



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:


- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>



234 F. 2.





DE
GRAECAE LINGVAE
DIALECTIS

SCRIPSIT

HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.

LIBER SECUNDUS.
DE DIALECTO DORICA.

GOTTINGAE
APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.
MDCCCXLIII.

DE
DIALECTO DORICA

SCRIPTIT

HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.

GOTTINGAE

APUD VANDENHOECK ET RUPRECHT.

MDCCCXLIII.



CAROLO LACHMANNO SUO

S. P. D.

HENRICUS LUDOLFUS AHRENS.

Primo hujus operis libro quatuor abhiuc annis absoluto spem conceperam fieri posse, ut Carolo Odo-fredo Muellero, qui eo ipso tempore Graecum iter parabat, incolumi et honestissima praeda onusto in patriam reduci laetissimum animum altero libro tradito testificarer. Quae enim essent de dialecto Dorica, quo nomine inscribere malle[m] quam ejus, qui Dorienses suos ita coluit, ut inter amicos jocantes ipse Doriensis appellaretur, aut cui pietatis atque venerationis aliquod documentum edere, quam ejus insignia de literis et de me merita longinqui itineris periculum et felicitis reditus desiderium tunc maxime in memoriam revocarent. Deo Optimo Maximo aliter placuit. Nam et scribendi difficultas, quam in primi libri praefatione questus eram (spasnum scriptorium medici dicunt), in dies aucta neque ullo medicamentorum vel balneorum usu,

adeo ne tenotomico quidem Dieffenbachii, clarissimi viri, artificio victa inceptum opus, quod unius anni spatio absolvi posse mihi persuaseram, continuari vetuit, donec obstinatae dextrae munus sinistra suscipere didicisset; et Muellerus immatura morte in ipsa Graecia abreptus orbem terrarum acerbissimo luctu implevit. Itaque aliud nomen huic volumini circumspiciens (nam libros defunctorum manibus dedicandi morem parum probo), non inveni quenquam digniorem, cui hac potissimum ratione animum amicum et gratum profiterer, quam Te, mi Lachmanne, qui de primo libro tam benevole iudicaveris, ut hoc amicitiae cum summo meo gaudio inter nos contractae fuerit principium, qui Dieffenbachii artem experturo benignissime hospitium Tuum obtuleris, semiaeग्रum per quinque hebdomades pro fratre germano foveris, subtristem suavissima confabulatione exhilaraveris, peregrinum in praestantissimorum hominum consuetudinem et familiaritatem adduxeris, denique Tuum illum mihi abunde exhibueris candorem, quem ii quibus propius Te cognoscere contigit non minus amant, quam doctrinam Tuam multiplicem et sagacitatem admirantur omnes.

Nec temperare mihi possum quin hoc loco reliquorum quoque Berolinensium, quorum insigni humanitate usus sum, memoriam gratissimo animo colam: Boeckhii, Clarissimi Viri, qui reliquae comitati id adjecit, ut copias in Corporis Inscripti-onum Graecarum usum congestas mihi perlustrandas et, quantum licebat scribendi facultate tum fere destituto, excerptas concederet; Franzii, quo nihil est sincerius et officiosius, qui reliqua sua in me beneficia inscriptiones Cyrenaicas in meum usum nitidissime describendo cumulavit; Meinekii, quem Tuo amore, qui est summus, amplecti didici: ceterorum praeter Te et Meine-

kium nostrum Graecae illi societati clarissimae adscriptorum, qui me hospitem admittere non de-
 dignati doctrinae elegantia et morum urbanitate ita
 ceperunt, ut horas cum illis peractas inter laetissi-
 mas vitae habeam; denique omnium, qui id effe-
 cerunt, ut mutila dextra, quem unicum tenotomiae
 fructum abstuli, itineris Berolinensis quotidie lu-
 bentissime admonear.

Aegre me revoco ad pauca de opere meo prae-
 fanda. Primus liber benevolos iudices nactus est,
 Schneidewinum meum in Ephemeridibus Gottingen-
 sibus a. 1840 nr. 152 et K quendam in
 Ephemeridibus Darmstadinis antiquitatis studio di-
 catis a. 1841 nr. 145. 146. Quorum uterque quum
 operam nostram ita probaverit, ut in paucis qui-
 busdam dissensum significarit, in Additamentis ad
 Librum Primum huic libro adjectis, admonitiones
 eorum, quatenus operis nostri ratio postulare visa
 est, non negleximus. Unum est, quod hoc loco
 commemorandum ducimus. Omnibus enim iis pa-
 ragraphis, quae vel singularum dialectorum Aeoli-
 carum indolem describunt vel omnes tres in com-
 parationem vocant, §. 31. 49. 51, parum satis-
 fecimus Censori Darmstadino, qui ampliore et ac-
 curatiori disputatione opus fuisse contendit. Nos
 in istas paragraphos non minus curae cogitationis-
 que impenderamus quam in reliquas et ne hodie
 quidem intelligimus, quae sint illa aut vera aut
 probabilia, quae addi potuerint. Itaque primum
 Te, mi Lachmanne, omnesque lectores bene-
 volos rogatos volo, ut, si et illa et quae in hoc
 libro sunt ejusdem generis, minus bene disputata
 esse videantur, ne diligentiam meam in culpam
 vocetis, sed aut ingenii tenuitatem aut ipsam re-
 rum tractatarum indolem et naturam; Censorem
 autem oro et obsecro ut, quae melius dici posse
 scit, publice privatimve communicet mecum, quo

edoceri nemo magis concupiscit. Ceterum severissimum operis mei censorem me ipsum egisse, Additamenta ad L. I abunde patefacient.

Illorum igitur censorum nec minus Tuo aliorumque, quibus plurimum tribuo, judiciis permotus sum ut neque operis absolvendi consilium abjicerem et eadem via atque ratione pergerem, quae omnium assensum tulisse videretur. Neque, nisi faciliore primi libri labore vires antea exercnissem atque firmassem, hujus mediocriter perficiendi gravissimum onus me sustenturum fuisse arbitror. Quod quam recte sentiam, quanquam Tu ex ipso opere satis intelliges, duo tamen molestissima impedimenta, quae facilius latere possint, paucis commemorabo. Primum nimium quantum desudavi, priusquam, quid quibusque fontibus, quorum plerique parum limpidi sunt, fidei haberi possit, satis perspectum haberem. Deinde in iis, quae recentiores et recentissimi (adeo qui jure doctissimi habentur) de Dorica dialecto protulerunt, incredibilem errorum copiam inveni, contra paucissima, unde aliquid praesidii peti posset; ne ea quidem, quae Boeckhius in secundo Corporis Inscriptionum volumine de dialecto Cretica commentatus est, quanquam reliquis multo praestantiora, omnia probari poterant, quum accurata omnium Doridis varietatum comparatio haud raro alia doceret. Utinam tantum laboris Te iudice ne male impensum esse videatur! — Ceterum, de qua re in primi libri praefatione monere neglexeramus, consilio et ea omissa sunt, quae ad syntacticam rationem spectant, quo pertinent schemata singulis populis apud grammaticos adscripta, et glossarum e dialectis depromptarum, quatenus in etymologicam partem nihil lucri afferunt, ingens numerus. Quod aliquoties, maxime in §. 46, ultra fines, quibus ipsi nos circumscripséramus, evagati esse videmur, apud

benevolos lectores excusatum volumus; iidem facile perspicient et clementer condonabunt incommoda quaedam inde orta, quod post longam moram invitis obtrusam, quo celerius hoc volumen in lucem prodiret, prelo prius uti coeperamus, quam totum opus absolutum et perpolitum esset. Postremo iterum a librorum penuria aliquid excusationis petendum est; baud paucos, quibus libenter usus essem, ne Gottingenses quidem thesauri suppeditarunt, quorum in numero Annales Instituti Archaeologici post a. 1837 fuisse mirabuntur qui legerint.

In Appendice Epicharmi Sophronisque fragmenta, quae quidem ipsorum poëtarum verba plus singula continerent, aliaque emendatiora exhibuimus; quibus annotationem paullo ampliorem adjicere oportuit, quia minus quam in primi libri appendice suppetebant, quo ablegaremus. Nam Epicharmeorum collectio Krusemaniana, Sophroneorum Blomfieldiana in paucorum manibus sunt neque idoneae esse videbantur quibus pro fundamento uteremur. Lectiones codicum, a quibus emendationes receptae proxime absunt, in margine sine indicibus adnotavimus; accentus rationem Doricam, id quod in reliquo libro praeterquam in paradigmatis non ausi eramus, tacite restituimus.

In Additamentis ad utrumque librum ea, quae latuerant nos e titulis et libris vel olim cognitae vel sero allatae, non addenda censuimus, nisi aut nova inde apparerent aut dubia magis confirmarentur. Alioquin enim ingens locorum numerus apponendus fuisset, praesertim e Cramerii Anecdotorum Parisiensium Voll. III. IV et Choerobosco ad Theodosii Canones ed. Gaisford, qui libri post magnam hujus voluminis partem absolutam et typhothetis traditam ad nos pervenerunt. Neque fieri poterat ut addenda et corrigenda singulis paginis et versibus

accurate accommodaremus, sed semel monuisse, quae ad plures locos pertinerent, satis habuimus.

Accipe igitur, mi Lachmanne, hunc qualemcūque librum, quem si priore non inferiorem judicaveris neque leve hoc animi mei erga Te documentum contempseris, satis amplum laboris mei praemium nactus esse videbor. Spero fieri posse ut breviori intervallo succedat tertius, qui erit de dialecto Ionica. Quum enim in ipso libro aliquoties indicaverim, sequentem de mixtis lyricorum et bucolicorum dialectis acturum esse, consilium mutandum erat, postquam comperi Zieglerum egregiis librorum manuscriptorum copiis in Italia conquisitis Theocriti editionem parare.

Vale et mihi favere perge.

Dabam Ilfeldae Calendis Majis a. MDCCCXLIII.

I N D E X.

	Pag.
Praemonenda. §. 1.	1
De fontibus. §. 2.	8
De accentu. §. 3.	26
De spiritu. §. 4.	35
De digamma. §. 5.	40
De consonantibus.	
De τ pro σ. §. 6.	59
De ϕ a Laconibus in σ mutato. §. 7.	66
De σ a Laconibus in ρ mutato. §. 8.	71
De σ a Laconibus, Argivis et Pamphylis inter vocales in spiritum asperum mutato. §. 9.	74
De aliarum consonantium simplicium et singularium per- mutationibus. §. 10.	79
De σ in ξ aut consonam palatinam mutato. §. 11.	89
De consonantibus duplicibus. §. 12.	94
De consonantibus geminatis. §. 13.	99
De υσ apud Argivos et Cretes servatis. §. 14.	104
De aliis consonantium conjunctionibus. §. 15.	107
De vocalibus.	
De α pro ε. §. 16.	113
De aliis brevium vocalium mutationibus. §. 17.	119
De υ apud Lacones in ου mutato. §. 18.	124
De ā pro η. §. 19.	126
De η pro εε et ω pro ου. §. 20.	153
De correptione syllabarum finalium in ς et υ desinentium. §. 21.	172
De aliis longarum vocalium et diphthongorum mutationi- bus. §. 22.	181
De diaeresi. §. 23.	191
De α cum sequentibus vocalibus contracto. §. 24.	195
De εε, οε, οο contractis. §. 25.	201
De εο et εω contractis. §. 26.	207
De crasi. §. 27.	220

	Pag.
De declinatione.	222
De declinatione I. §. 28.	223
De declinatione II. §. 29.	226
De declinatione III. §. 30.	228
De declinatione anomala. §. 31.	239
De pronomibus personalibus et possessivis. §. 32.	247
De reliquis pronomibus. §. 33.	264
De numeralibus. §. 34.	278
De conjugatione.	282
De systematum formatione. §. 35.	283
De conjugationis ratione communi. §. 36.	291
De conjugatione in ω . §. 37.	301
De praesentium contractorum et futurorum conjugatione. §. 38.	307
De conjugatione in μ . §. 39.	311
De verbo $\epsilon\mu\iota$. §. 40.	318
De conjugatione perfecti et aoristi primi. §. 41.	328
De conjugatione anomala. §. 42.	337
De praepositionibus. §. 43.	353
De adverbii loci et temporis. §. 44.	361
De variis particulis. §. 45.	378
Varia quaedam. §. 46.	386
De universa Doride. §. 47.	395
De mitiore Doride. §. 48.	403
De severiore Doride. §. 49.	414
De Doridis generum et specierum origine. §. 50.	423
Appendix.	
I. Epicharmi fragmenta.	535
II. Sophronis fragmenta.	464
III. Timocreontis Rhodii reliquiae Doricae.	477
IV. Chelidonismus puerorum Rhodiorum.	478
V. Spartanorum et Argivorum foedera. Thucyd. V c. 77. 79.	480
VI. Laconica quaedam.	482
VII. Decretum Amphictyonum Corp. Inscr. nr. 1698.	484
Addenda et Corrigenda.	
Ad Librum I.	495
Ad Librum II.	551
Epimetrum ad utrumque Librum.	577

Index siglorum et abbreviationum.

Ad ea, quibus in Libro Primo usi sumus, pauca accedunt, quae explicatione egere videntur.

Acr. Inscriptiones Acrenses vid. p. 13.

Agr. Decretum Agrigentinarum ibid.

Amph. Decretum Amphictyonum C. I. nr. 1688 vid. p. 11.

Chal. Tituli Chalienses vid. ibid.

Cyr. Tituli Cyrenaici vid. p. 17.

Gel. Decretum Gelensium vid. p. 13.

Herm. Tituli Hermionenses.

Ign. 2670 vid. p. 15.

Iss. Tituli Issenses vid. p. 13.

L. aut **Leak.** numeris additum indicat inscriptiones a Leakio in Morea aut in Itinere per Graeciam septentrionalem editas.

Lac. Tituli Laconici et **Lac. rec.** recentiores post a. 200 scripti.

Megal. Tituli Megalopolitani.

R. aut **Ross.** numeris additum indicat titulos a Rossio in Inscriptionibus Graecis Fasc. I. II. et Actis Academiae Monacensis, vid. p. 15, editos.

Teg. Tituli Tegeatici, et **Teg. H. L.** is quem Rossius edidit in Ephemeridibus Halensibus vid. p. 9.

Si qua praeterea obscura videantur, eorum potestatem facile e §. 2 cognosces. Numeri, quibus nihil additum est, ad Corpus

Inscriptionum Graecarum pertinent. Alcmanis fragmenta vulgo secundum Schneidewini Delectum attulimus; numeri uncinis inclusi et qui W. additum habent, Welckeri editionem spectant.

In Appendice asteriscus (*) numeris fragmentorum additus indicat, ea sine auctoris nomine legi. Idem verbis praepositus corruptelam prodit. Crux (†) Sophroneorum numeris adjecta significat, ea ad *Μίμους Ἀνδρῆτους* vel *Γυναικῆτους* e conjectura referri; idem signum in annotatione nostrarum emendationum index est.

§. 1.

Præmonenda.

1) **D**orica stirps quas terras urbesque intra Graeciae fines et extra tenuerit, satis in universum constat. Neque tamen soli Dorienses Dorica, quam dicimus, dialecto usi sunt, ut Aeolicis dialectis soli, quantum scimus, Aeoles: verum ad alios quoque populos diversae stirpis vel antiquitus pertinebat vel publica Doricarum civitatum auctoritate privatoque commercio permanavit. Strabo testatur, sua aetate omnes Peloponnesios (Eleosne et Arcadas excipiat, non liquet) *δωρίζειν* ¹⁾, etiam eos, qui non sint Doricae stirpis. Et Cynurii quidem jam Herodoti tempore Doricam linguam assumpserant ²⁾, Coloni-

1) Strab. VIII. p. 513. ὅσον μὲν οὖν ἦτρον τοῖς Λαωμεῦσιν ἐπιπλέοντο, καθάπερ συνέβη τοῖς τε Ἀρκάσι καὶ τοῖς Ἠλείοις — οὗτοι Διοιοῖσι διελέχθησαν· οἱ δ' ἄλλοι μικτῇ τινὶ ἐχρήσαντο ἐξ ἀμφοῖν, οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δ' ἦτρον αἰολίζοντες· σχεδὸν δ' ἔτι καὶ νῦν κατὰ πόλεις ἄλλοι ἄλλως διαλέγονται, δοκοῦσι δὲ δωρίζειν ἅπαντες διὰ τὴν συμβᾶσαν ἐπιμράτιαν, cf. L. I §. 1 not. 2. — Theocrito Peloponnesiacam linguam pro Dorica nominante XV, 92 uti nolumus nec grammatico Peloponnesios Dorice loquutos esse tradente, vid. not. 5.

2) Herod. VIII, 73. Κυνούριοι δὲ αὐτόχθονες ἰόντες δοκίμουσι μούροι εἶναι Ἴωνες, ἐκδεδωρίνυνται δέ. Thierschius in Actt. Acad. Mon. Vol. I p. 513 seqq., Cynuriorum posteros existimat esse hodiernos Zacones atque in horum dialecto a Neo-Graeca lingua valde diversa antiquissimae Iadis multa vestigia deprehendit. Nos pauca quaedam Doricae et Laconicae maxime dialecti admonere intelligimus, qualia sunt α pro η in ἄφωνα, σήμερε pro σήμερον, ἐτάκατε pro ἰσθήκατε, ου pro υ in θούρα, γουναῖκα, τε pro κε in δάτυλο pro δάκτυλος; sed plurima horrendum in modum corrupta et mutilata

dum in Messenia incolae, qui Atticam originem jactabant, certe Pausaniae tempore, vid. IV, 34; Eletherolaconum, qui erant perioecorum Laconicorum Achaicae stirpis posterii, decreta secundi a. Chr. saeculi puram Doridem referunt³⁾, nec minus Dryopum Hermionensium tituli⁴⁾

potius quam e remotissima antiquitate per tot varios casus servata. Quid vero, quod Thierschius etiam Pseudartabea illa Acharn. 104. οὐ λῆψι χρῦσος ad antiquissimam Iadem refert?

3) C. I. nr. 1325. 1334. 1335 etc., vid. §. 2, 2; de Eletherolaconibus cf. Müll. Dor. I. p. 22.

4) vid. §. 2, 3. — Strabo VIII. p. 572 narrare videtur, Hermionen ab Argivis dirutam esse: ἡρήμωσαν δὲ τὰς πλείστας οἱ Ἀργεῖοι πιθούσας. οἱ δ' αἰκητόρες οἱ μὲν ἐκ Τίρυνθος εἰς Ἐπίδαυρον ἀφίκοντο, οἱ δὲ ἐκ τῆς Ἑρμιόνης εἰς τοὺς Ἀλιεῖς καλουμένους. At ipse in proximis docet, Hermionen sua quoque aetate non ignobile oppidum esse; Persici et Peloponnesiaci belli tempore non dirutam jacuisse, adeo liberam fuisse ab Argivorum imperio et Spartanorum Argivis infestissimorum partes sequutam; apparet ex Herod. VIII, 43 et Thucyd. II, 56. VIII, 3. Itaque quum Strabonis codices Par. et Mosc. praebeant οἱ δὲ τῆς εἰς τοὺς Ἀλιεῖς et quum e Steph. Byz. s. v. Ἀλιεῖς et Τίρυνς satis constet, Tirythios ab Argivis expulsos in terram vel oppidum Ἀλιεῖς fugisse, quam regionem antea Hermionenses tenuerint, aut legendum est οἱ δὲ εἰς τοὺς Ἀλιεῖς aut οἱ δὲ τῆς Ἑρμιονίδος εἰς τοὺς Ἀλιεῖς. Nec vulgatam apud Strabonem lectionem Pausanias tuetur, quum II, 34, 5, postquam Hermionen ab Hermione Phoronei nepote conditam dixit, haec tradit: ἐπήμωσαν δὲ καὶ Ἑρμιόνην ἕστερον Λωρρεῖς οἱ ἐξ Ἀργούς, πολεμὸν δὲ οὐ δοκῶ γενίσθαι σφίσι· ἔλεγεν γὰρ αὖν ὑπὸ Ἀργείων. Nam et bellum fuisse negat neque quidquam de Dryopibus Hermionae incolis compertum habet, id quod lucide docet locus de Dryopibus IV. c. 34. Ubi quum praeterea narret, solos Asinaeos tum temporis non puduisse Dryopicae originis, satis certum habemus, Hermionenses mala fraude Argivam coloniam ementitos esse, ut Dorienses esse viderentur. Vides, quo jure Müllerus Dor. I. p. 175 Hermionen post bellum Persicum ab Argivis captam dicat, et Boeckhius ad C. I. nr. 1193 Hermionae incolas, quo tempore is titulus scriptus sit, Argivos fuisse contendat, quanquam in eo ipso cognationem Asi-naeorum agnoscunt. Potius, si quid videmus, Hermione nunquam

haud malae aetatis. Adeo Achaei Aegialenses saeculo a. Chr. secundo Dorice loquuti esse videntur (vid. L. I §. 54) et Arcadam recentiores tituli lingua omnino Dorica utuntur, quanquam antiquiores peculiarem dialectum exhibent, vid. L. I §. 53.

Extra Isthmum Argivi Amphiloehici, qui erant barbarae originis, ab Ambraciotis in civitatem acceptis Graecam linguam, Doricae procul dubio dialecti, assumpserant Thucydide teste II, 68. Nec minus Dorica Acarnanum dialectus, quae in titulis secundi saeculi conspicitur, a Corinthiorum in ea parte coloniis duci potest. Contra haud facile credideris, Aetolos a Messeniis, qui aliquantisper Naupactum tenuerant, Doricam dialectum accepisse, qua circa a. 200 usos esse tituli docent, sed eo libentius antiquam linguae cognationem statuemus, quod Aetoli uno saltem testimonio (L. I §. 1 not. 5) contra vulgarem antiquitatis opinionem inter Dorienses referuntur. Delphos, quorum tituli non minus Doridem referunt, Müllerus Dor. I p. 211 Dorienses fuisse credit, de qua re infra accuratius videbimus. Phocenses, Locrenses, Thaumacenses (quae est Phthiotidis urbs) Doride usos esse inscriptiones patefaciunt, quos nec Doricam dialectum mutatos esse neque ipsos Dorienses fuisse quisquam crediderit. Itaque per septentrionalem Graeciae partem antiquitus id linguae genus regnasse, quod a Doriensibus ex illa regione egressis Doricum appellatum est, jam nunc ponere licet. Infra ad eam quaestionem recurramus.

In Creta multas urbes Dorice loquutas esse, quas omnes Dorienses colonos accepisse nec traditum est nec verisimile, inscriptiones docent, vid. §. 2, 9. Igitur hic Dorica lingua non minus ad populos barbaros aut certe non Doricos propagata est, quam in Sicilia, ubi inscriptiones Segestanorum et Alaesinorum, qui erant barbari,

ab Argivis nec diruta est nec bello capta nec sine vi colonis ducta, sed per omne tempus libera erat et Dryopica.

et Tauromenitarum; qui erant Chalcidicae originis, Dorica dialecto utuntur, vid. §. 2, 6, ut omittamus nummos populorum barbarorum, qui saepe et in Sicilia et in Italia Doricas formas offerant. Nam in Magna Graecia Doridem ad populos vicinos pervenisse non minus constat; Etnius. tests. Festo s. v. bilingues Bruttates bilingues dixit, quod et Graece et Osce loquerentur, neque alia de causa Horatius Sat. I, 10, 30. Canusinos. Utrosque Doricam dialectum assumpsisse patet.

In Asia Pamphylia dialectum habebant Laconicae aut Argivae simillimam (vid. §. 9 not. 1, §. 5 not. 7 et nr. 5 sub ἀβελος et αἰβετός); procul dubio a colonis Doribus acceptam; nam et Apendus teste Strabone XIV p. 983 et Mela L. I c. 14 ab Argivis condita erat et Phaselis in Pamphyliae confiniis sita a Rhodiis, vid. Müll. Dor. I. p. 110.

Non male igitur, quanquam paullulum ὑπερβολικῶς, Joannes Grammaticus ⁵⁾ Cretes, Siculos, Epirotas, Libyas Dorice loquutos esse testatur. Nam in Epiro, Creta, Sicilia Doricam extra Doricas urbes propagatam esse vidimus; idem in Cyrenarum vicinia factum esse verisimile est.

2) Varia fuisse Doricae dialecti genera jam antiqui grammatici monent ⁶⁾. Quorum quaedam vix minus inter

5) J. Gr. 236, b. Λωριδα, ἢ χρώται Ῥόδιοι τε καὶ Κῶοι καὶ Πελοποννήσιοι καὶ Κρισκοὶ καὶ Σικελοὶ καὶ Λιβύες καὶ οἱ τὴν ἤπειρον λεγομένην οἰκοῦντες. In recentioribus editionibus (ut Const. Lasc. p. 316) pro Κῶοι legitur Κρήτες, omittitur Κρισκοὶ, postremo scribitur τὴν παλαιῶν ἤπειρον οἰκῶντες, neque minus Meerm. p. 642 praebet: Πελοποννήσιοι καὶ Κρήτες καὶ οἱ τὴν παλαιῶν ἤπειρον οἰκῶντες. Κρισκοὶ e Κρισάοι corruptum esse dubitanter conjecimus L. I §. 1 not. 6.

6) J. Gr. 242, b. τῆς Λωριδος πολλοὶ εἰσὶν ὑποδιαίριστις τοπικαὶ ἄλλως γὰρ Κρήτες διαλέγονται, ἄλλως Ῥόδιοι καὶ ἄλλως Ἀργεῖοι καὶ Λακεδαιμόνιοι; item Meerm. 656. omissis Rhodiis et Greg. C. 299, ubi adduntur in nonnullis libris Συρακούσιοι καὶ Σικελοὶ. Deinde J. Gr. 243, b. διαφέρει δὲ ἡ τῶν Κρητῶν διάλεκτος, ἣ νῦν μίχρηται Κυψήλας, καὶ ἡ τῶν Λακόνων, ἣ μίχρηται Ἀλκυῶν, Σώρων. Item Gr. C. 371,

se distant, quam Aeolicae Lesbiorum et Boeotorum dialecti, ut si Laconicum et Rhodiicum comparare velis. Diversissima tamen genera aliis intercedentibus, quae vel huic vel illi similia sunt, ita inter se cohaerent et, quo antiquiorem linguae formam investigamus, ita apertius cognationem suam produunt, ut multum cogitantibus nobis rei non convenire visum sit, singula Doridis genera singulis capitibus describere, quam disquisitionis viam in libro de dialectis Aeolicis optimo jure tenuimus. Ne tamen minus appareat, quae cujusque generis sit indoles, ita rem instituendam duximus, ut in extrema libri parte singulorum generum proprietates succincte enarra-remus.

Nunc praemonendum est, duas potissimum Doridis differentias conspicuas esse, quae quum multis aliis rebus tam eo discrepant, quod altera genitivum secundae declinationis cum Lesbiiis, Bocotis, Arcadibus in $\bar{\omega}$ exeuntem habet, ut ἔππω, altera cum Ionibus et Atticis in $\bar{o}\nu$, ut ἔππου. Illam, quae a vulgari ratione magis recedit, se-
verio-rem Doridem vocabimus, hanc mitiorem, quan-
quam aptiora nomina acgre desiderantes ⁷). Illa est La-

nisi quod ultima scribuntur: ἤπερ Ἀλκμάν και Σόφρων ἰστοίχησαν. Recisissime apud Joannem suppleri jusserunt: Ἀλκμάν (καί ἡ τῶν Στρακουσίων, ἢ κίχρηται) Σόφρων, vid. Intt. ad Gr. C. —

7) Mitior Doris significari videtur in Arg. Theocr. Id. I. Δω-
ριδι και Ἰάδι διαλέκτῳ χρῆται ὁ Θεόκριτος, μάλιστα δὲ ἀνεμίγη και
χθοναλή Δωριδι παρὰ τοῦ Ἐπιχάρμου και Σόφρονος. Valckenarius ad
Roev. p. 59 et ad Adon. p. 209 (Aldinae tamen lectionem spe-
ctans, quae hoc scholion cum alio, quod in sequenti nota exhibe-
bimus, male miscet) correxit παρὰ τὴν Ἐπ. vel παρὰ τὴν τοῦ Ἐπ.,
eamque emendationem in Theocriti editione ad scholion recte se-
paratum transferens recentiorum editorum assensum tulit. Voluit
autem eam praepositionis παρὰ vim esse, ut discrimen Theocriteae
dialecti ab Epicharmo et Sophrone indicet. Nos nihil mutandum
censemus, sed Theocritum dialectum ab Epicharmo et Sophrone
accepisse dici, quod quatenus verum sit, alio tempore quaeremus;
Epicharmi certe et Sophronis mitior Doris non male ἀνεμίγη et
χθοναλή dicitur. — Severiorem Doridem intellige, quum τὴν in

conum, Tarentinorum, Heracleensium aliorumque, ut videtur, Italiotarum, deinde Cretensium et Cyrenaeorum; haec reliquorum, qui Dorica dialecto usi sunt, quantum quidem compertum habemus, omnium.

3) Inter antiquiorem et recentiorem vel universae Doridis vel singulorum generum formam haud leve discrimen intercedere neque antiquos grammaticos latuit ⁸⁾ et infra accuratius demonstrabitur. Noli tamen Diodoro ⁹⁾ fidem habere, qui Dioclis Syracusani leges septuaginta annis praeterlapsis Timolcontis aetate propter antiquam dialectum difficiles ad intelligendum fuisse tradit, appellationem *ἐξηγητοῦ* male interpretatus. Nam dialectus Syracusana, quali Epicharmus et Sophron, Diocle antiquiores, usi sunt, ne Attico quidem homini difficilis esse poterat neque aetate erat mutata praeterquam in levis-simis rebus.

Inde ab Alexandri aetate Attica lingua paullatim ad Dorienses transmanare coepit, ita ut saeculo tertio et secundo a. Chr. paucissima quaedam ad ejus rationem mutata conspiciantur, deinde majore in diem temeritate Dorica Atticis misceantur. Dorice tamen loquebantur in ipsa Graecia non solum Straboni aetate (vid. not. 1),

Scholl. II. ζ, 262. *ἄκρω* *Δωρίων* vocatur; nam Laconum et Tarentinorum est *νη* pronominibus additum. Vide etiam §. 21 not. 1.

8) Arg. Theocr. Id. I. ἄλλως ἰστίον ὅτι ὁ Θεόκριτος Δωρίδι διαλέκτῳ κέχρηται τῇ νῆρ, δύο γὰρ εἰσι, παλαιὰ καὶ νέα· καὶ ἡ μὲν παλαιὰ τραχηλά τις ἐστὶ (Ald. addit καὶ ὑπέρογκος καὶ οὐκ εὐνόητος)· ἡ δὲ νέα, ἣ καὶ Θεόκριτος χρᾶται, μαλθακώτερα καὶ εὐκολώτερα. Ceterum haec parum accurate dicuntur. — In Ann. Oxx. I, 171, 20. οἱ παλαιότεροι τῶν Δωρίων dicuntur εἰς proferre, contra Rhintho ἤς, etiam hoc minus recte; ibid. p. 278. optime μῶσα Laconibus tribuitur, μῶσα vero τοῖς μεταγενεστέροις Λάκωνσι.

9) Diod. XIII. c. 35. postquam de Diocle legum latore dixit: οἱ δ' οὖν Συρακούσιοι κατὰ τοὺς νεωτέρους χρόνους κατὰ μὲν Τιμόλκοντα νομοθετήσαντος αὐτοῖς Κεφάλου, κατὰ δὲ τὸν Ἴερωνα τὸν βασιλεῖα Πολυδώρου, οὐδέτερον αὐτῶν ὀνόμασαν νομοθέτην, ἀλλ' ἢ ἐξηγητὴν τοῦ νομοθέτου· διὰ τὸ τοὺς νόμους γεγραμμένους ἀρχαίᾳ διαλέκτῳ δοκεῖν εἶναι δυσκατανοήτους.

sed etiam Pausaniae, qui Messenius Doridem puriorem servasse testatur quam reliquos Peloponnesios ¹⁰); Rhodios Tiberii aetate Dorice loquutos esse Suetonius tradit c. 56.

Attamen si solas inscriptiones consulas, vix credideris Doricam dialectum, quae quidem aliquo jure dici possit, in plerisque Doricis civitatibus ad id temporis perdurasse. Recentissimi enim tituli, qui Doridem medio-criter puram exhibent, sunt Byzantius Tiberii vel Caligulae aetate scriptus C. I. nr. 2060, Cyrenaei nonnulli, quos frequentatum Ti. Claudii nomen non ante Tiberium scriptos esse arguit, Delphicus apud Rossium nr. 71, quem simili ratione Vespasiano non antiquiorem esse apparet. Sed in Peloponneso et Megaride maturius patria lingua in publicis documentis obsolevit. Non credimus quidem titulum Methanae prope Troezenem repertum, C. I. nr. 1191, vulgaris dialecti, qui est circa a. 160 a. Chr. scriptus, a Peloponnesiaca civitate positum esse, sed aut a peregrina in Isidis templo collocatum aut casu quodam Methanam delatum existimamus; Megarica tamen decreta a. u. 719 scripta C. I. nr. 1053. 1054. 1055 vulgarem dialectum praebent, nec minus Messenius titulus nr. 1297 a. u. 764—765 scriptus et alius nr. 1301 e Caligulae aetate, Laonicus nr. 1389 ejusdem fere aetatis. Levissima sunt Doridis vestigia, quae usque ad tertium p. Chr. saeculum in titulis aut resederunt aut post Hadrianum antiquorum resuscitatore[m] quaecebantur, ut ἀ πόλις, ὁ δᾶμος et nominum propriorum formae Doricae.

Jam vero si quis hinc colligere velit, Doricam dialectum primo aut certe secundo nostrae aerae saeculo omnino extinctam esse, non rectius judicaverit, quam qui Teutonicae linguae dialectum Sassicam per tria saecula in publicis documentis spretam plane ex ore populi evanuisse

10) Paus. IV. c. 27. extr. οὕτε τὴν διάλεκτον τὴν Δωρικὴν μετεδάχθησαν, ἀλλὰ καὶ ἐς ἡμᾶς ἐτι τὸ ἀκριβὲς αὐτῆς Πελοποννησίων μάλιστα ἐφύλασσαν.

suspicietur. Non minus Doricam dialectum, certe Laconicam, postquam scribi desita erat, apud plebem rusticam haesisse, quae ad nostra usque tempora ejus reliquias quasdam servavit, infra demonstrabimus.

§. 2.

De fontibus.

1) Inscriptiones et multae et bonae frugis plenae ad sunt quaerenti de Dorica dialecto variisque ejus generibus, quanquam dolemus, quod paucae tertium a Chr. saeculum superant, paucissimae quartum, deinde quod nonnullarum urbium, quarum dialectos penitus cognoscere enixe cupimus, nulli fere tituli supersunt, unde certiora discamus. Qui Romanorum imperatorum tempore scripti sunt, raro quidquam utile praebent; metricis inscriptionibus caute utendum est, quia mixtam ex arbitrio dialectum habere solent. — Jam eos titulos, quibus maxime uti sumus, locorum temporumque ratione habita, perlustrabimus.

2) Tituli Laconici et Messenici:

Leake nr. 71 Sellasiae antiquae loco repertus, antiquae scripturae (h. e. ε, ο pro η, ω etc.), ita mutilatus ut tantummodo singula quaedam verba certius legi possint.

Corp. Inscr. nr. 13 Geraniae in Messenia aut Laconica a Fourmonto repertus, antiquae scripturae, pauca verba continens.

Ibid. nr. 15 Spartanus e schedis Fourmonti, antiquae scripturae; pauca verba legi possunt.

Ibid. nr. 1511 Tegeae positus sed recensum rerum Lacedaemoniis in belli usum donatorum continens, ita ut dialectum Laconicam judicare oporteat. Scriptura est antiqua, aetas tituli Müllero et Boeckhio iudicibus fortasse Lysandrea; sed potest etiam antiquior haberi. Ceterum valde lacer est et parum accurate a Fourmonto descriptus.

ROSS nr. 33 Misthrae repertus antiqua scriptura solam vocem ΕΠΟΙΕΗΕ exhibet i. e. *ἐποιεῖ* pro *ἐποίησε*; neque enim recte Rossius *ἐποίηθη* legit. Eundem titulum Leakius nr. 52 per errorem inter Arcadicos retulerat, quem in L. I §. 53 male sequuti eramus. — Ibid. nr. 34, a. b. item Misthraei, qui solas voces *ΗΙΑΡΕΩΝ* et *ΗΛΑ(ρ)ΕΤ(ς)* habent.

CORP. INSCR. nr. 1325 Gytheaticus paullo post a. u. 559 scriptus. — Nr. 1331 decretum Spartaе repertum, sexti u. c. saeculi, mutilum et corruptum. — Nr. 1332 fragmentum decreti Paroreae repertum. — Nr. 1334 Geronthratarum decretum valde corruptum. — Nr. 1335 decretum *τοῦ κοινοῦ τῶν Λακεδαιμονίων* mutilum et corruptum. — Nr. 1336 Gytheaticus et nr. 1338 Amyclaeus a peregrinis ibi versantibus positus, Romanorum imperatorum aetatis. — In his titulis Laconicis inde ab a. 200 a. Chr. scriptis Doricam quidem dialectum conspici sed eam mitiorem, non severiorem, qua Lacones usos esse aliunde satis constat, valde memorabile est, quod qua ratione explicari possit, infra quaeremus.

Messenici tituli sunt: in Corp. Inscr. nr. 1339 fragmentum decreti Boeckhio iudice imperatorum Romanorum tempore scripti; nihil tamen obstat, quin paullo antiquius habeatur. — Leak. nr. 46 descriptio finium agri Messenici et Phigalici, lacera, ejusdem fere aetatis.

Nonnulla Laconicae proprietatis vestigia recentissimi tituli, circiter secundum p. Chr. saeculum scripti servarunt, maxime in nominibus propriis. — Ceterum Fourmontiana commenta, a Boeckhio optimo jure explosa, silentio praetermisimus.

3) E reliqua Peloponneso et Megaride hi tituli Dorici suppetebant:

Ex Arcadia Megalopolitanus C. I. nr. 1534 valde lacer et corruptus; Tegeaticus a Rossio in Ephemeridibus Halensibus a. 1838 *Intelligenzblatt* nr. 40 et alius ab eodem in Inscr. Gr. nr. 1 editus, quem ad primorum imperatorum aetatem pertinere suspicatur.

Argivae inscriptiones antiquissimae C. I. nr. 2. 14. 18. 19 tam incertae lectionis, ut vix quidquam fructus inde redundet; nr. 29 inscriptio galeae, quam Boeckhius conjectura Argivam fecit; nr. 17 et accuratius apud Ross. nr. 55, unde veram lectionem eruit Müllerus in *Ephem. Gott.* 1836 p. 1152, epigramma metricum. His titulis, qui antiqua scriptura utuntur, multo recentiores sunt nr. 1119 misere mutilatus et nr. 1120, fragmentum catalogi.

Hermionenses: nr. 1194. 1195 antiquae scripturae; nr. 1193 paullo longior sed valde corruptus; nr. 1197. 1200. 1205 paucorum verborum; nr. 1207 — 1211 catalogi virorum et mulierum male habiti, qui quum Romanis nominibus careant (nam praenomen *Αι.* in nr. 1211, 25 dubium videtur), ante nostram aeram scripti existimari possunt.

Calauraeus nr. 1188 brevis inter Ol. 145, 4 et 155, 3 scriptus.

Troezenius nr. 1183 paucorum verborum.

Epidaurii nr. 1172. 1177. 1178. 1179 bonae aetatis sed paucissima verba exhibentes.

Aeginetici: nr. 2138 antiquae scripturae, nr. 2140 valde corruptus et lacer, a. u. c. 671—672 scriptus, nr. 2140, b brevis.

Phliasius nr. 37 antiquissimus paucorum verborum et similis apud Ross. *It. Pelop. I* p. 31.

Cleonaeus (si quidem Boeckhius recte conjecit) Athenis collocatus nr. 166 antiquae scripturae, militum defunctorum catalogus.

Megaricus nr. 1052, post conditam Megalopolin ante Romanorum dominationem scriptus.

4) Ad Graeciam extra Isthmum sitam (excepta Megaride) hi tituli pertinent:

Crisaeus antiquissimus C. I. nr. 1, quem multo accuratius descripsit Ulrichs in *Itinere Graeco I* p. 31, quanquam etiam nunc paullo certiora non sunt nisi haec: *ἔχοι κλέφος ἀπθικον αἰφέι.* — Delphicus titulus C. I.

nr. 25 circa Ol. 102 antiqua scriptura exaratus; Amphictyonum decretum Athenis Ol. 100, 1 positum, mutilum quidem et lectionis valde dubiae, sed nihilominus summi pretii, quare, quum complura sint, in quibus a Boeckhio discedamus, in Appendice hunc titulum accuratius tractabimus; Delphicus titulus bonae aetatis nr. 1690, sed valde mutilus et corruptus. Paulo recentiores sunt Delphicae inscriptiones hae: nr. 1691. 1692 decreta de proxenia, quorum hoc valde corruptum; nr. 1693 decretum a. 275 a. Chr. scriptum, incertissimae lectionis, sed quod e titulo Rossiano nr. 67 saepe restitui possit; nr. 1699—1709, a, tituli de servis Apollini venditis, omnes male habiti, quos secundo vel primo a. Chr. saeculo scriptos existimo; recentior est nr. 1709, b ejusdem argumenti, qui ad primorum imperatorum aetatem pertinere videtur. Rossii titulus nr. 67 Boeckhiano nr. 1693 pro parte simillimus est; nr. 71, cujus pars extat in C. I. nr. 1710, a de serva vendita Vespasiano non est antiquior. Ulrichsius p. 67 Delphicum decretum de proxenia exhibet, haud malae aetatis.

Phocici tituli: Stirienses C. I. nr. 1724, b, quem corrigas e variis lectionibus a Rossio p. 34 allatis, Ross. nr. 73 recentior et negligentissime incisus, nr. 74, a. b; Daulienses C. I. nr. 1725 recentior, lacer et pessimae fidei, apud Rossium nr. 81 difficilis lectionis et nr. 82 fragmentum; Hyampolitanus Ross. nr. 86 paucorum verborum; Elateensis, quem ineditum vidi apud Boeckhium.

Locrici tituli, qui in Corp. Inscr. e Meletio descripti habentur, tam incertae sunt fidei, quibus vix uti liceat, Throniensis nr. 1751 et Opuntius nr. 1752. Praeterea titulos nr. 1567. 1594. 1607 in eodem lapide exaratos, quos Boeckhiius Chaliae, Boeotiae oppidulo tribuit, potius Chalaei, oppidi Locrici Delphis vicini, esse demonstravimus L. I §. 54, 2. Addimus jam eo minus offendi posse in scriptura *Χάλειον*, quae est in lapide,

quod Theognosto auctore (Ann. Oxx. II, 121, 3) Χαλειὸν ἢ πόλις διὰ τοῦ ε̄ scribitur.

Thaumacorum, oppidi in Phthiotide siti, tres tituli extant nr. 1771. 1772. 1773 pejus habiti, quorum dialectus est Dorica.

Aetolorum sunt tituli Naupactii nr. 1756. 1757, a. b post Philippum Amyntae scripti, quo tempore Naupactus Aetolorum erat; nr. 2350 Aetolorum et nr. 2351 Naupactionum decreta ad Ceos, hoc valde mutilum, utrumque Cei positum; nr. 3046 Aetolorum decretum ad Tejos, Tei circa a. 190 a. Chr. positum.

5) Acarnaniae, Ambraciae, Corcyrae inscriptiones jungimus, quia has terras Doricam dialectum a Corinthiis accepisse partim certum est, partim verisimile.

Acarnanici sunt nr. 1793, a. b. c., decreta concilii Acarnanum in templo Apollinis Actii non multo post Ol. 140 Boeckhio iudice posita; nr. 1794 in Anactorii agro repertus, pauca verba continens.

Ambracici nr. 1797—1800 nihil fere nisi nomina propria exhibentes, quorum nr. 1798 et 1800 recentiores sunt.

Corcyraei: nr. 20 fragmentum antiquae scripturae; nr. 1838 mutilus, quem quum Boeckhii non valde antiquum esse dicat, tertii tamen a. Chr. saeculi esse putaverim; nr. 1839 fragmentum decreti ad pugnam quandam navalem pertinentis; nr. 1840 dialecto docente bonae aetatis i. e. quarti a. Chr. saeculi; nr. 1841—1844 decreta de proxenia circa Ol. 140 scripta, optime servata; nr. 1845, quae inscriptio tertii, nisi fallor, saeculi et ampli ambitus inter gravissima Doridis documenta esset, si accuratius descripta teneretur; nr. 1846—1850 breviores vel mutilati.

6) Siciliae tituli Dorici hi aliquid frugis suppeditarunt:

Syracusanus, praeter antiquam inscriptionem in galca Hieronis C. I. nr. 16, unicus in Torremuzzae

Siciliae inscriptionum nova collectione. ed. II 1784 Cl. XVIII nr. 3, isque mutilus et exigui fructus.

Acrenses, quae est Syracusarum colonia, a Goettlingio a. 1834 singulari libro editi, cf. *Raoul-Rochette sur quelques inscriptions Grecques de la Sicile* in Mus. Rhen. Nov. Vol. IV p. 73 seqq.

Geleusium decretum Torremuz. Cl. VIII nr. 3; ante a. 208. scriptum, quo anno urbs a Phintia Agrigentii tyranno funditus eversa est.

Agrigentorum decretum ibid. Cl. VIII nr. 1, Gruter. I p. 401, Rose Inscr. Vet. p. 290, paullo recentius, quum legatio Romam missa commemoretur.

Messanius, catalogus νεωρῶν (nam ναυροὶ legendum videtur pro ναυροί) apud Torremuz. I nr. 19.

Tauromenitanus brevis Torrem. VIII nr. 9; alius longissimus et bene servatus, cujus aetas non est infra primum saeculum, a Franzio editus est in Annal. Inst. Arch. Vol. X. Fasc. I n. 1838, unde prima tabula repetita est in Franzii Epigraphice, quam solam inspicere nobis licuit.

Alaesinorum terminorum descriptio apud Grut. I p. 210, Torrem. VII nr. 11. Titulus recentior est, ut docet iota subscriptum semper neglectum, et haud pauca semibarbara continere videtur.

Segestani breviores apud Raoul-Rochette l. l.

Addimus hic titulos Issae, Syracusanorum in insula Dalmatica coloniae: nr. 1834 fragmentum bonae aetatis et nr. 1835 paucorum nominum.

Praeterea nescimus, quo loco melius commemorari possit Marmor Farnesianum, in quo Herculis res gestae enarrantur, praeter alios a Marino in Inscriptionibus Albanis p. 155 editum. Aetas recentior est, id quod docent iota subscriptum saepe omissum et vulgares formae intermixtae; lectio difficillima; Dorica dialectus mitior.

7) Italioticis tituli:

Tessera hospitalis aerea prope Petiliam in Brutis reperta C. I. nr. 4, vetustissimis literis inscripta.

Tabulae Heracleenses, quae erat Tarenti colonia; a Mazocchio Neapoli a. 1754 editae; postquam fragmentum in Britanniam delatum jam antea a Maittairio publici juris factum erat. Inter omnes titulos Graecis dialectis illustrandis idoneos sine ulla controversa palma dignae sunt. Nam et amplii sunt ambitus et facilis lectionis, ut rarissime conjecturam desiderent, et bonae aetatis, quippe quae secundum Mazocchium exeunte saeculo a. Chr. quarto scriptae sint, denique ad severiorem Doridem illustrandam utilissimae. Ceterum altera tabula Mazocchio p. 135 paullo recentior videtur, quanquam iidem in utraque *ὀρίωναι* nominantur. Nam in hanc et recentior orthographia et Attica dialectus aliquoties irrepserunt, quae a priore alienae sunt, ut *Ἑλέκτι* II, 55. 57. 71. 75, *τρῆς* 15. 53. 70, *τέσσαρες* II, 50, *τεσσαράκοντα* 49, *διакόνιοι* 35; quum in priore tabula ubique et in altera plerumque scribantur *Ἑλέκτι*, *τρῆς*, *τέτρες*, *τετράκοντα*, *διакάτιοι*. At in tabulae prioris fragmento Britannico l. 41 *τετρακόσια* legitur pro *τετρακάρια*, quod in reliquis scriptum est. Quod an cum aliis Maittairii errori debeatur dubitari potest; nam de Britannici fragmenti lectione minus certo constat quam de reliquis.

Inscriptio in Brnttiis reperta, quae est inter Rosii Inscriptiones Vetustissimas p. VIII, quarti, si quid video, a. Chr. saeculi. Paucorum lectio certa est.

8) E Doricis coloniis ad Bosporum et Pontum Euxinum situs pauci tituli adsunt, unde earum dialectus cognosci possit:

Byzantium decretum Olbiae positum C. I. nr. 2060 e Tiberii vel Caligulae tempore, cujus dialectus pro recenti aetate et pro eo quod in urbe non Dorica exaratum est, satis pura est.

Chalcedonius titulus apud Caylus *Recueil d'antiquités* Vol. II Pl. 55, dialecti, ut nunc quidem legitur, parum purae.

Messembrianorum decreta de proxenia C. I. nr. 2055, b. c.

9) E Sporadibus Doricis hi tituli suppetunt:

Melii C. I. nr. 2424. 2433 brevissimi.

Pholegandrius a Rossio editus in Actis Academiae Monacensis Hist. Phil. Vol. II, 1837 p. 401 seqq. nr. 29, unde nihil apparet nisi Pholegandrios Dorice loquutos esse.

Theraci vetustissimi cum recentibus aliis a Boeckhio editi in Actis Acad. Berol. 1836 Hist. Phil. p. 41 seqq., omnes fere nihil nisi nomina propria exhibentes. Summi pretii est Epictetae testamentum C. I. nr. 2448, ampli ambitus et bene servatum, quanquam subinde negligenter descriptum videtur. Alii tituli nr. 2450 etc. pauca fere nomina exhibent et maximam partem recentiores sunt.

Anaphaci a Rossio editi in Actis Monn. I. I., quorum primus e peioribus schedis in C. I. nr. 2477, sed etiam apud Rossium lacer et dubiae saepe lectionis. Magis etiam mutilus est nr. 2 Rossii, ejus reliqui, ut in C. I. nr. 2477—2480, et breviores et recentiores sunt.

Astypalaeensium decreta nr. 2483. 2484 et recentius nr. 2485 anni a. Chr. 105, praeterea nr. 2487. 2488. 2489 paucorum verborum.

Calymniorum decretum ad Iasenses C. I. nr. 2671, Iasi positum, bene paucissimis exceptis servatum, quod Boeckhiius ad Alexandri M. aetatem refert. Eodem forsitan pertinuerit Doricae urbis cujusdam epistola ad Bargylietas nr. 2670 Bargyliae posita, valde mutila.

Coi tituli nr. 2503 et 2513 paucorum verborum.

Rhodii nr. 2524. 2525 et maxime nr. 2525, b, summi pretii titulus, quia et longus est et optime servatus, nr. 2527 et alii breviores vel recentiores, postremo nr. 2905 sententiam judicum Rhodiorum de finibus Priensium continens, Prienae positus inter Ol. 140 et 155, ejus satis multa supersunt bene servata.

10) Cretici tituli:

Latorum et Olontiorum foedus C. I. nr. 2554 ampli ambitus, sed incertissimae lectionis. Nam singulare folium, quo olim Venetiis editum est, quum Boeck-

hinc sibi comparare non posset, Chishullo confidere coactus est, qui tantum l. 14—25 et 104—176 majusculis idque vix religiose ex illo apographo descripsit, reliqua suis (si diis placet) correctionibus inquinata minusculis edidit. Paulo certiora sunt l. 176—186, quae Seldenus majore, ut videtur, fide ex illo apographo tradidit.

Hierapytniorum foedus cum cleruchis nescio quem locum tenentibus C. I. nr. 2555, lectione aliquoties satis dubia.

Priansiorum et Hierapytniorum foedus nr. 2556 certioris lectionis et magni pretii.

Allariotarum ad Parios epistola nr. 2557. II, quae Pari in lapide exarata fuisse videtur, unde factum est, ut haud paucae vulgares formae irrepererint, vid. infr.

Decreti fragmentum Minoae Cydoniatarum in agro repertum nr. 2558; Apteraci tituli nr. 2559. 2561 et Gortynius nr. 2560, valde laceri, unde nihil discas; Hierapytniae genealogiae fragmentum nr. 2563 et brevior titulus ejusdem oppidi nr. 2567; Eleuthernaeus brevior nr. 2566.

Decreta Creticarum urbium de asylo Tejorum circa a. 190 a. Chr. Tei posita, omnia Teji lapicidae culpa magis minusve vulgaribus formis aspersa: nr. 3047 Eleuthernaeorum; nr. 3048 Istroniorum, nr. 3049 Sybritiorum, nr. 3050 Vaxiorum (Oaxiorum), nr. 3051 Rhauciorum, nr. 3052 Arcadum Cretensium, nr. 3053. A. Cnossiorum, nr. 3053. B. incerti decreti fragmentum; nr. 3054 Polyrrheniorum decreti fragmentum, nr. 3055 Cydoniatarum decreti initium, nr. 3056 Lappaeorum decreti initium praeter rā vulgaris dialecti, nr. 3057 Priansiorum decreti initium ejusdem conditionis, nr. 3058 Latorum decretum. — In omnibus his titulis Tejo-Creticis lectio incertissima est, ubi sola Chishulli, hominis pessimae fidei, auctoritate nititur, qua de causa potissimum in nr. 3051. 3052, ubi schedae Sherardianae parum accurate collatae sunt, circumspectione opus est. Quod et in his Tejo-Creticis et in Al-

lariotarum ad Parios epistola nr. 2557 multae vulgares formae reperiuntur, Hoekium et Boeckhium C. I. II p. 401 movit, ut titulos prioris dialecti nr. 2554. 2555. 2556 antiquiores judicarent, id quod minus certum videtur, si lapicidis Tejis et Pario illas deberi recte suspicemus, vid. nr. 12.

11) Cyrenaios titulos, unde dialecti aliquis cognitio hauriri possit, paucos della Cella in *Ἰβίμενο* Cyrenaeo vulgavit; plures et utiliores e. copis in Coropis Inscriptionum usum congestis insigni Franzii humanitate accuratissime descriptos accepi. Utrosque numeris significabimus, quo brevius singulos advocare possimus.

1) Titulus Aesculapi, qui orat. Apollinis sacerdotis, statuae subscriptus, qui incipit *Ἀσκληπιῶν ἱερέως ἐπέταύρωτα*.

2) Catalogus feminatarum sacerdotum Junonis, qui incipit *θεὸς τύχα ἀγαθὰ ἰάρεται*.

3) Stemma, quod incipit *Κλέωχος Κλεώχων*.

4) Inscriptio sepulchralis *Ἀρσενεῖδης Διόνιος Καστός μηθὲν ἐπίθῃ*.

5) Titulus statuae subscriptus, qui incipit *Θαῖς Ἰβίμενος Ἀνέξιος*.

6) Catalogus apud Cellam p. 145 valde porriuptus. In his sex titulis nullum Romanorum dominationis vestigium conspicitur et dialectus antiquior est; sequentes vel Romanis nominibus vel dialecto monstrantibus Romanorum tempore scripti sunt.

7) Catalogus sacerdotum Apollinis, qui incipit *θεὸς τύχα ἀγαθὰ ἰάρεται*, non antiquior Tiberio, ut docet *Ἰβίμενος Τη. Κλαύδιος*. In eisdem Franzii schedis pars hujus tituli reperitur, aliunde haud dubie missus, aliunde a *Ἰβίμενος* alia pars apud Cellam p. 144. Ceterum titulus corruptior est.

8) Titulus statuae subscriptus Cellam p. 142.

9) Similis, qui incipit *Διωμακάδα Διόνιος*, mutilus.

10) Fontis inscriptio Cellam p. 143.

11) Titulus statuae subscriptus, qui incipit *τὸ σφραγισμένον*.

12) Titulus, qui incipit *Τ. Κλαύδιος*.

13) Titulus laevis, qui incipit *τῷ Ἀμμιανῶς*, non antiquior Vespasiano, ut indicat Flavii nomen.

Præterea brevissimi quidam tituli et antiquiores et recentiores nonnulli attilia suppeditarunt.

12) Quamquam constat, inde a tertii sæculi initio plura in dies vulgaria in Doricam dialectum irrepsisse, cavendum tamen est, ne (id quod ipsi Bœckhio accidit) dialecto corruptae ea tribuamus, quae a lapicidibus peccata sunt. Nam si quando Dorica decreta in urbe non Dorica lapicidae Doridis ignari opera exarata sunt, facillime accidere poterat, ut formas consuetas in Doricarum locum substitueret, ut Lampsacenum lapicidam in Aeolico decreto nonnulla corrupisse suspicati sumus L. I. §. 2, 2. Jam vero Doricorum titulorum haud pauci simile fatum passi sunt. Primum Amphictyonum decretum Athenis positum C. I. nr. 1688 quantum inde dialecti inconstantiam traxerit, accuratius in Appenninice videbimus; in decreto Aetolico Cæiposito nr. 2350 lapicidae Atticum *θάλατταν* vindicamus; in Aetolorum decreto ad Tejos nr. 3046 *ἡὲ* referimus *πρὸς ἡ 43* pro *πρὸς* et L. 16 *εἰς τοὺς νόμους* pro Aetolico *ἐν τοὺς νόμους*, quod l. 18 rectissime in Hestælii apographo traditur. In Byzantium decreto Olbiae lapidi inciso nr. 2060 num. qua ejus generis insint, difficilius judicatur, quia recens ejus tituli actas majorem dialecti corruptionem statuere permittit; vel sic tamen non crediderim ipsos Byzantios *ἡγήσατο* l. 22 pro *ἀγγέλας* scripsisse. In Galymniorum decreto ad Iasenses nr. 2671 pulcherrime scripto lapicida nihil peccasse videtur, nam excusationem habet *ἀρακωνίδου* in nomine legati dasbænsis et *βασιλείης*, quo Macedonicus rex significatur. In Dorico decreto ad Bargylistas nr. 2670 contra male exarata videntur *Βαργυλιητῶν* (quamquam hoc excusari potest) pro *Βαργυλιητῶν* et *ἀρχιερατον*, quum postea *θεαροθέων* scriptum sit. In sententiâ judiciorum Rhodiorum de finibus Priœnensium nr. 2905 *ἀπεδοθήμεν* et similia pro *ἀπέδοθήμεν*, *ἐπέδοθη* et *βασιλεύς* dialecto Rhodio

rum tum jam corruptae tribuenda videntur. Contra, in Allariotarum epistola ad Parisios nr. 2557 non dubitamus quin lapicida saepe lapsus sit et huic vindicamus βουλά pro βολά, οὐς pro Cretico ὄς, ὑπάρχουσα pro ὑπάρχουσα, ὑπάρχειν pro ὑπάρχεν, εἶναι pro ἦμεν, φυλάττω pro φυλάσσω etc. Nec minus in Tejo-Creticis eadem ratione explicamus plerasque vulgares formas, quibus dialectus Cretica horribilem in modum mixta est. Neque tam barbaram dialectorum confusionem in titulis, quos Dorici lapicidae inciderunt, reperies ante imperatorum Romanorum aetatem et ne tum quidem aequae abundantiam. Quomodo igitur fieret, ut Cretes, qui minus quam plerique Doriensium vulgaris linguae contagio patebant, iam circa a. 190 hybrida illa dialecto uterentur?

Itaque hanc legem sequuti sumus, ut vulgares formas in titulis ejus generis obvias plerasque silentio praeteriremus. Eodem modo versati sumus in titulis recentioribus i. e. Romanorum dominantium aetate scriptis et in iis, qui parum accurate descripti sunt, ut Corcyr. nr. 1845, Cret. 2554.

13) Deinde Doricae dialecti cognitio ex antiquis scriptoribus haurienda est, qui ea vel potius singulis ejus generibus usi sunt. Qui fons minus vel uber est vel limpidus ideo, quia eorum, qui pura Doride usi esse videntur, haud ita multa supersant et ea ipsa librariorum culpa corruptiora.

Laconica dialecto Alcmanem usum esse, antiqui testantur 1). Qui quum potius dialectos Laconicam, Lesbiam, epicam ex arbitrio miscuerit, gravis quidem est antiquioris Laconum linguae auctor, sed cum summa cau-

1) Praeter ea testimonia, quae §. 1 not. 6 attulimus, vid. Suid. s. v. Ἀλκμάν: κέρχεται Δωρίδι διαλέκτῳ καθάπερ Λακεδαιμόνιοι. — Pausan. III, 15: τῷ Ἀλκμάν ποιήσαντι ἄσμαα αὐδὲν ἐς ἠδονὴν αὐτῶν Ἰννήματο' τῶν Λακωνῶν ἢ γλώσσῃ ἤμιστι παρεχομένη τὸ εὐφρονόν. Minus accurate δωρικῶν dicitur ab Apoll. de synt. p. 279; 25 et Gramm. Leid. 635. De Alcmanis Acolismo vid. L. I. §. 2, 4.

tione adhibendus, ne Laconica putemus, quae aliunde ascivit, vel a Laconibus ejus aetatis aliena, quae in suam usam convertere noluit. Ceterum in tertio operis nostri libro quaeremus, quas leges in dialectis, miscendis sequutus sit.

Spartanorum decretum de pace cum Argivis ineunda apud Thucydidem L. V c. 77 Laconica dialecto conscriptum fuisse apparet e verbis τῶ σιῶ σῦματος pro τοῦ θεοῦ σῦματος, Laconica proprietate insignibus. Nonnulla tamen vel Thucydidis vel librariorum culpa ad vulgarem rationem redacta sunt. Illi tribuimus digamma in εἰκόντι omissum, his ου saepius pro Laconico ω scriptum (nam Thucydides antiquam scripturam sequutus utrumque eadem litera o expressisse videtur); nescimus illine an his ἀναίφλιβτας pro Laconico ἀναίφλιβτας et εἰσόντιαι pro εἰσόντιαι. Pessime de dialecto et hujus decreti et foederis V, 79, quod Argivorum linguam refert, judicavit Poppo Proll. Thuc. I p. 234, neque quisquam intellexit, quid interesset inter decreti et foederis dialectum. Quare utrumque in Appendice denuo recensitum exhibebimus.

Insignissimum Laconicae dialecti specimen Aristophanes nobis reliquit, Laconum orationem in Lysistrata satis accurate imitatus, quanquam, si qua peccata videntur, ea noli omnia librans imputare. — Simili modo Eupolis in Helotibus (Meinek. Fragm. Comm. Gr. II p. 481 seqq.) et Epilycus in Coralisco, cujus fragmentum in Appendice emendatius apponemus, Laconica nonnulla Atticis intermiscuerunt.

Chilonis epistola apud Diog. Laert. I, 73 spuria est, quanquam Laconicam dialectum imitatur. Varias fidei sunt cantilenae, epistolae, apophthegmata Laconum a Plutarcho potissimum servata, quorum ea, quae Laconicam dialectum paullo accuratius expriment, in Appendice colligemus.

Decretum in Timotheum a grammaticulo fictum esse, qui quum nonnulla de Laconica dialecto fando percepisset, pleraque foedissimis erroribus turparet, verissime Müllerus

judicavit Dor. II p. 324, ubi simul priores editiones enumeratae sunt. Quid tandem fidei tribuamus ei, qui satis constanter *v* pro *υ* et *z* pro *θ* scripserit, scilicet Laonicas esse eas mutationes opinatus?

14) Argivorum dialectum agnoscimus in Spartanorum et Argivorum foedere apud Thucydidem V, 79. Quod quum aut Laconica aut Argiva dialecto scribi posset, nihil fere inest, quod Laconum sit proprium, vid. Append. De Dercyllo, quem Argiva dialecto usum putaverunt, vid. §. 9, 5.

Ad Corinthiorum dialectum cognoscendam non sine fructu sunt ficticiae Periandri epistolae apud Diogenem Laertium I, 99. 100., quanquam et vulgares formae intermixtae sunt et Lesbiaca ποιήσαις pro ποιήσας et κατακλύσαις in altera.

Megaricam dialectum Aristophanes in Acharnesium parte expressit; sed neque ipse neque librarii Megaricam proprietatem tanta cura servarunt, quanta Laconicam in Lysistrata.

Addimus hic Byzantiorum, qui erant Megarensium coloni, decretum in Demosthenis oratione de corona §. 90. Droysenius in Zimmermanni Ephemeridibus 1839 nr. 102 dubitat an cum reliquis ejus orationis documentis spurium habendum sit, in dialecto tamen nihil fere videt, quod offendere possit. Nos inde potius certissima fraudis argumenta petimus. Non enim solum vulgares formae haud paucae leguntur, ut βοηθήσαις pro βοαθήσας, ἑκαίδεκαπήχεις pro -πάχεις, θεωρίας pro θεωρίας, πανηγύριαις pro παναγύριαις, ἡμῶν pro ἀμέων, sed etiam, id quod fraudem maxime evincit, multa e severiore Doridis genere intermixta sunt, quum Byzantii mitiore uterentur, alia adeo e dialectis Lesbiaca et Ionica. Nam Dorica quidem sed a Byzantiorum dialecto aliena sunt ω et η pro ου et ει in his: Βοσπορίω, βολά, Φιλίππω τῷ, τῶς νόμωις καὶ τῶς τάφωις, τῷ δάμωι, τῶς στεφάνωις, ἡμεν, quibuscum non concinunt ἐξέλκετο, κατοικεῖν, ἐθέλουσι, ἀλειοῦργητος et λειτουργία, στεφανούμενος, ἀποστεῖλαι, in quibus seve-

rior Doris η et ω postulat, vid. §. 20. Lesbiaca sunt *πλοιοισιν* et *ἄμπε*, Ionicum *ἐπιστήριαι*.

15) Ampliora et certiora specimina Sicularum dialecti nobis restant. Epicharmus et Sophron, quos grammatici locupletissimos Doridis testes habere solent, et Dinolochus, Epicharmi successor, Syracusanorum dialectum accurate expresserunt neque eorum reliquiae librarium culpa, si solam dialectum spectes, valde corruptae sunt. Eas emendatores in Appendice subjiciemus. Archimedis librorum pars Doricam dialectum prae se fert: libri de quadratura parabolae, de planorum aequilibriis, de helicibus, de conoidibus et sphaeroidibus, arenarius. Quod dialectus in his multis vulgaribus formis mixta est, partim ipsius scriptoris culpa factum est, cujus aetate Doris etiam in Sicilia minus pura erat, partim librarium res magis quam verba spectantium, partim editorum, qui multa aperta menda e codicibus corrigere neglexerunt. Rarissime tamen librarii ita peccarunt, ut ficticium quendam Dorismum inferrent. Itaque ex Archimede et iis uti licet, quae a vulgari lingua recedunt et iis, quae ipsum scriptorem ab hac non diversa scripsisse librorum constantia arguit.

Contra Theocritus, Bion, Moschus minime, id quod vulgo existimant, Syracusana dialecto in carminibus suis usi sunt, sed et Doricam dialectum Lesbiaca atque epica temperaverunt et varia Doridis genera ex arbitrio miscuerunt, adeo formas hyperdoricis finxerunt, Doricis mutationibus male ad ea adhibitis, quae Doris cum vulgari lingua communia habent. Accuratius de bucolicorum dialecto in sequente libro agemus; nunc rariores quasdam vel universae Doridis vel Syracusanae dialecti formas eorum ope illustrabimus.

2) Epicharmus et Sophron *ἀνιμῆνη καὶ χθαμαλῆ Δωριδοῦ χρεῖσθαι* dicuntur in Arg. Theocr. Id. I, Epicharmus Dorice scripsisse a gramm. Leid. 635; de Sophrone vid. §. 1 n. 6. Saepe apud grammaticos in singulis Doricae vel Syracusanae dialecti auctores habentur.

16) Italica Doride et Tarentinorum maxime dialecto Italicae comoediae poetae nisi sunt, Rhintho, Sciras, Blaesus, quorum quoddam paucissima fragmenta supersunt, quae plus quam singula verba complectuntur, valde dolemus. — Uberrima specimina Italicæ linguae in reliquiis Pythagoreorum adesse videntur: Timaei Locri libro de mundo, quem accuratissime edidit Imma. Bekkerus in Platonis editione P. III. Vol. III p. 373. (varietas lectionis est in Comm. Crit. T. II. p. 260); deinde in Philolai, Archytæ multorumque aliorum fragmenta, quorum pleraque servavit Stobæus in Eclogis et in Florilegio, alia Iamblichus, Porphyrius, Simplicius etc.³⁾; postremo in Pythagoreorum epistolis, quas collegit Orellius in Socratis et Socraticorum, Pythagoræ et Pythagoricorum epistolis Lips. 1815. At diu est, ex quo nonnulla istorum, ut Timaei librum, suppositicia esse inter omnes constat, de aliis dubitatum est; nuper Gruppianus (*über die Fragmente des Archytas und der ältern Pythagoreer. Berlin 1840*) omnia, solis Philolai fragmentis exceptis, spuria iudicavit. Qui multo etiam confidentius eam sententiam pronuntiasset, si et dialecto argumenta petere potuisset. Tantum enim abest ut Italicæ Doris, qualem exspectamus in Italorum ejus ætatis libris, conspiciatur, ut non solum vulgares formae admixtae sint, sed etiam Lesbiacæ et Ionicae, ut varia Doridis genera temere perturbata sint; postremo ut etiam hyperdoricæ formæ fictæ sint, potissimum η contra Doridis leges in α mutato. Credibile est, multa eorum, quæ contra dialectum peccata sunt, librorum vel oscitantiae vel temeritati deberi; adeo ipsi editores dialecti perturbationem auxerunt. Heerenius quidem in Stobæi Eclogis Doricum idioma partim neglectum ubivis etiam

3) Multa collegit Orellius in Opusculis veterum Graecorum sententiosis et moralibus, Archytæ fragmenta Hartensteinius in dissertatione de Archyta Lipsiæ 1833, Philolai reliquias Boeckhius in præclaro libro de Philolao.

sine libris, saepe ne mōnito quidem lectore, restituere conatus (vid. Praef. p. XXI. et P. I p. 710) hand dubie, quae erat dialectorum illa aetate cognitio, multa potius corrumpit quam correxit. Sed ne audacissima quidem et violentissima critica id efficiet, ut aut pura Doris Italio-tica aut certe dialectus certis quibusdam legibus obtemperans restituatur. Neque tamen istorum ad Italio-ticam dialectum cognoscendam nullus est usus. Nam qui antiquis Pythagoreis libros et epistolas supposuerunt, dialecti cognitionem aliquam e genuinis scriptis hausisse videntur, quum hand raro etiam reconditiorem Italicae Doridis proprietatem imitati sint.

Philolai reliquias a suppositionis suspitione Boeckhius vindicavit. Neque dialectus tantum offensionis habet, quantum in reliquis Pythagoreorum fragmentis. Nam si ultimum fragmentum p. 164 B. (e Stobaei Ecl. I, 21, 2) excipias, quod ab omni parte corruptissimum est et dubitationis plenum, reliqua certe nihil Lesbiaci, nihil Ionici, nihil hyperdorici habent; notatu dignissimum est, quod nunquam, uti infra demonstrabimus, Bucolicorum et reliquorum Pythagoreorum more *iori* scriptum est pro *iori*, quam formam Doris infucata cum reliquis dialectis communem habet. Multa tamen et e vulgari lingua et e mitiore Doride admixta sunt, ita ut dialectus longe distet non solum ab ea, qua Italio-tas Philolai aetate usos esse certum est, sed etiam ab ea, quam philosophum ad poetarum exemplum sibi finxisse credi possit. Itaque ne hinc quidem ad Italio-ticae linguae cognitionem multum proficimus.

17) Rhodiorum dialectum Timocreon in parte carminum satis accurate expressisse videtur, cujus fragmenta Dorica in Appendice emendatiora exhibebimus, nec minus puerorum Rhodiorum Chelidonismum, quo et ipso uti licet. Cleobuli epistola apud Diog. Laert. I, 93 homini debetur Rhodiorum dialecti non omnino ignaro.

18) Cretica dialecto Cypselas usus esse traditur (vid. §. 1 not. 7), de quo nihil praeterea constat. Epi-

stola Epimenidi supposita apud Diog. Laert. I, 105 aliquatenus genuinam dialectum refert. — Cyrenaeorum dialectum noli quaerere in Aristippi Cyrenaei, quae feruntur, epistolis (Orell. Epist. p. 16 seqq.), quae, si quando Dorici quid sapiunt, tantam inscitiam prodant, quae *Σωκράτης* et similia Dorica existimaverit.

19) Pindarus reliquique poëtae Lyrici (Alcman, de quo supra vidimus, excepto) mitiorem Doridem Lesbiaca et epica dialecto temperaverunt, quas leges sequenti, in tertio libro docebimus. Nunc in tanta dubitatione, uade quaeque arripuerint, cautissime eorum auctoritate utemur. Cautius etiam in Callimacho et aliis poëtis recentioribus versandum est, ubi accedit suspicio, ne qua secundum Doridis analogiam male finxerint. — Paucissima e dramaticorum lyricis partibus intelliguntur.

20) Postremo de grammaticis dicendum est, quibus eadem ratione usi sumus qua in libro primo. Apollonius Dyscolus Doridis auctores Sophronem potissimum habet et Alcmanem, rarius Epicharmum et Tarentinorum dialecti Rhinthonem, ita ut, quaecunque Doridis specimina auctore non nominato affert, satis confidenter Alcmani tribuere liceat, quum poëtam sapiunt, Sophroni, quum pedestrem sermonem, cf. quae monuimus in Mus. Rhen. 1839 p. 234. Cautissime Theocriti auctoritate utitur, nunquam Pindari et reliquorum lyricorum. Neque aliter Herodianus egisse videtur, qui in libro *περὶ μνηστικῆς λέξεως* p. 10, 27 seqq. Sophronem, Epicharmum et Helotas apponit. Haud pauca bonae frugis plena Joannes Grammaticus suppeditavit. Contra quae Gregorius Corinthius de suo addidit, maximam partem inepta sunt; scilicet bonus episcopus pro Doricis venditat, quaecunque apud Pindarum et Theocritum invenit. Tales ineptias anxie recoquere saepe nos piguit. Ceterum quae apud hos scriptores leguntur inde a verbis *Κρήτες δὲ τὸ διαπαντὸς αἰεὶ* (Gr. C. p. 345), vulgo Cretica putantur, perperam, quippe quae aut omnibus Doriensibus communia sint, aut aliis generibus propria, ut *βέντιον* et *ἔβαρον*

sine libris, saepe ne mōito quidem conatus (vid. Praef. p. XXI et P. I p. quae erat dialectorum illa aetate cognoscitur quam correxit. Sed ne auctore violentissima critica id efficiet, ut auctore aut certe dialectus certis quibus perans restituatur. Neque tamen istud dialectum cognoscendam nullus est ut quis Pythagoreis libros et epistolas cognoscere aliquam e genuinis scriptis quum haud raro etiam reconditiorem proprietatem imitati sint.

Philolai reliquias a suppositione vindicavit. Neque dialectus tantum quantum in reliquis Pythagoreorum ultimum fragmentum p. 164 B. excipias, quod ab omni parte citationis plenum, reliqua certe nunci, nihil hyperdorici habent: quod nunquam, uti infra demonstratur, reliquorum Pythagoreorum mōi, quam formam Doris in se communem habet. Neque tamen mitiore Doride admittitur, si constet non solum ab antiquis esse certum est, sed etiam poetarum exemplis. Hinc quidem ad proficimus.

17) Rhodiorum carminum satia menta Dorica minus puerorum uti licet. Cuius mini debetur

18) (vid. §

stela Epimenidi supposito quibusdam apud Diores oxytona sunt ⁴⁾, quatenus genuinam dialectum esse vid. L. I §. 3, 2, vulgo dialectum noli quaerere in Doribus. Diores igitur secundam locutionem, epistola (Orell. Epist.) partem accentu efferebant ut modo Diores quid scripsit (ant σκῶρ ⁵⁾ pro vulgari σκῶρ, in antiquis Athenaei editionibus et γλαῦξ pro Attico γλαῦξ ⁵⁾. Sic βουῖς περισπᾶσθαι fertur ⁶⁾. Dorienses barytona esse perhitum in ultima habent: φάληξ Ach. 262 et βίσχυν pro ἰσχύν

que diphthongis αι et οι vocem diphthongis et vocalibus longis utur, ut acutum in antepenultima, prima poni vetarent. Ea enim lex declinationis secundae nominativo, ἀνθρώποι, τυπτομένοι, unde in

constat. Non recte Bekkerus apud Apoll. σκῶν et ξυνῶν scripsit. Confer de hac con-

Meerm. 657. τὰ μονοσύλλαβα ὀνόματα (Meerm. Monosyllaba barytona sunt atona, vid. Apoll. an recte ista praecipi et corrigendum esse dubabile videtur, infr. nr. 9 certissime apparebit. σκῶρ τοῦτο δὲ φασὶ Λωρῆεις δέξινται. — Scholl. γλαῦξ ὄνομα, Εὐφρόνιος φησιν, Ἀττικοὶ μὲν περισπᾶσθαι, cf. Eustath. 1451, 64.

24. Τὰ εἰς ὡς ἀρσενικὰ μονοσύλλαβα περιττοσύλλ- οῖς, θῶς, πλῶς ἰχθύς τις. τὸ μέντοι κατὰ διάλεκτον ἀπὸ τοῦ βοῦς βοῶς περισπᾶται. Inde corrigas Et. ὡς λήγοντα μονοσύλλαβα ἀρσενικὰ δέξινται, εἰ μὴ ἐκ σῶς σῶς, ἢ ἐκ μεταθέσεως, ἢ (del.) ὅτι οἱ Λωρῆεις ὡς λέγουσι, leg. τὸ βοῦς βῶς, quod propter Hom. vocatur. Non recte Lobeckius Parall. p. 86 corrigenti calculum addit, quum sola mascu-

τὰ εἰς οἱ λήγοντα πληθυντικὰ ὀνόματα κατὰ τὴν

Syracusanis (vid. §. 15 et §. 5) et pro eis septentrionalis Graeciae incolis, quum Cretica essent *βένιον* et *ένς* §. 15 et §. 14.

Plurima Laconicae dialecti specimina Hesychius servavit, pauciora Italioticae et Creticae, pauca reliquorum Doridis generum. Quorum pleraque Hesychius, vel potius Diogenianus doctissimo Pamphili operi accepta debere videtur, qui ipse antiquioribus glossariis usus erat, Aristophanis glossis Laconicis, Artemidori libris de Doride, Hermonis glossis Creticis, Diodori Italicis etc., vid. Ranke de Lex. Hesych. p. 72 seqq. Nostri maxime interesset, si singula quaeque ad primum fontem reducere liceret, ita ut pateret, e quibus scriptoribus et, si qua e populi ore, quo tempore hausta sint. Nam Laconicas certe glossas ad diversas aetates pertinere, infra demonstrabimus.

§. 3.

De accentu.

1) Dorienses contrario Aeolibus studio acutum in fine vocabulorum amasse ideoque etiam praepositionum anastropheν aversati esse dicuntur¹⁾: Alia ejus moris exempla nulla reliqua sunt; praeter *φράτηρ*, quod Dorice acutum in ultima habuit²⁾, et ea quae in *ων* contrahendo ex *ων* natum exeunt, ut *Ποτιδάν* pro *Ποσειδών*, *Ποσειδών*, *Ἀλκμάν* pro *Ἀλκμαιών*, *Ἀλκμάν*³⁾. Eodem vero

1) Apoll. de pr. 119. A. *Δωρικῶς ἐπὶ τὸ τέλος φιλοῦσι τῆς ὀξείας προάγειν.* — Ann. Oxx. I, 171 de ποιῖ antistropheν non admittente: *Δωρικῆ ἴστί πρόθεσις Δωρικῆς δὲ ἦδονται τῇ ὀξείᾳ ἢ δὲ ἀντιστροφῇ διαλέκτῳ ἕναντία.*

2) Ann. Oxx. I, 346, 16. *φράτηρ Ἀττικοὶ μὲν βαρύνουσι, οἱ Δωρικῆς ὀξύνουσι.*

3) De *Ποτιδάν* vel *Ποσειδάν* vid. §. 31; Arcad. p. 8. *τὰ ἐκ ὠν λήγοντα ἀπλᾶ ὀνόματα ὀξύνεσθαι ἰθίλει, ἐπ' εὐθείας πτώσεως μὴ τροπῆν ἀνεδιξάμενα ἀπὸ τῶν ἐκ τῶν βαρυνόντων, οἷον Παιάν, Ἴάν, δωριάν, Ἀλκμάν, Τυάν, πελειάν.* Inter haec etiam *Παιάν* et *Ἴάν* e *Παιών*

pertinet, quod monosyllaba apud Dores oxytona sunt ⁴⁾, quae apud Lesbios perispomena vid. L. I §. 3, 2, vulgo vel oxytona vel perispomena; Dores igitur secundam longae vocalis vel diphthongi partem accentu efferebant ut Aeoles priorem. Exemplo sunt σκῶρ ⁵⁾ pro vulgari σκῶρ, quod etiam apud Epich. 24 in antiquis Athenaei editionibus recte acuto ornatum est, et γλαῦξ pro Attico γλαῦξ ⁶⁾. Quanquam Doricum βῶς pro βοῦς περισπᾶσθαι fertur ⁶⁾. — Pauca quaedam apud Dorienses barytona esse prohibentur, quae vulgo accentum in ultima habent: φάλησ pro φαλήσ Scholl. Arist. Ach. 262 et βίσχυν pro ἰσχύν vid. §. 5 not. 17.

2) Deinde Dores ubique diphthongis αι et οι vocem claudentibus ut reliquis diphthongis et vocalibus longis eam vim tribuisse videntur, ut acutum in antepenultima, circumflexum in penultima poni vetarent. Ea enim lex non solum valebat in declinationis secundae nominativo pluralis ⁷⁾, ut ἀγγέλοι, ἀνθρώποι, τυπτομένοι, unde in

et Ἰάων contracta esse constat. Non recte Bekkerus apud Apoll. de adv. p. 570, 10 μιγιστᾶν et ξυνᾶν scripsit. Confer de hac contractione §. 24.

4) J. Gr. 243, a, Meerm. 657. τὰ μονοσύλλαβα ὀνόματα (Meerm. ἔγγραφα) βαρυτονοῦσι. Monosyllaba barytona sunt atona, vid. Apoll. de pr. 61, B, unde non recte ista praecipi et corrigendum esse δέντονοῦσι jam nunc probabile videtur, infr. nr. 9 certissime apparebit.

5) Joann. Al. 7, 20 σκῶρ· τοῦτο δὲ φασὶ Δωριεῖς ὀξύνειν. — Scholl. Arist. Vesp. 1081 τὸ γλαῦξ ὄνομα, Εὐφρόνιος φησιν, Ἀττικοὶ μὲν περισπᾶσιν, οἱ δὲ Δωριεῖς ὀξύνουσιν, cf. Eustath. 1451, 64.

6) Arcad. 126, 24. Τὰ εἰς ὦς ἀρσενικὰ μονοσύλλαβα περιττοσύλλαβα ὀξύνεται, Τρῶς, Θῶς, πλὴς ἰχθύς τις. τὸ μέντοι κατὰ διάλεκτον τροπῇ γινόμενον βῶς ἀπὸ τῶν βοῦς βοός περισπᾶται. Inde corrigas Et. M. 277, 20 τὰ εἰς ὦς λήγοντα μονοσύλλαβα ἀρσενικὰ ὀξύνεται, εἰ μὴ ἐκ συναλοιφῆς εἴη ὡς σόος σῶς, ἢ ἐκ μεταθέσεως, ἢ (del.) ὅτι οἱ Δωριεῖς καὶ οἱ Ἴωνες τὸ οἷς ὡς λέγουσι, leg. τὸ βοῦς βῶς, quod propter Hom. Il. η, 238 Ionicum vocatur. Non recte Lobeckius Parall. p. 86 Sylburgio τὸ οὔς ὡς corrigenti calculum addit, quum sola masculina spectentur.

7) J. Gr. 243, a. τὰ εἰς ὦς λήγοντα πληθυντικὰ ὀνόματα κατὰ τὴν

prima quoque declinatione ἀγκύραι, κρώναι pronuntiatum esse videtur, sed etiam in verbis, ubi Dorica dicuntur φορεῖται et ἑσσεῖται⁸⁾. Quamquam Theocriti scholiasta docere videtur, in barytonis, ut λέγεται Doricum accentum non diversum fuisse a vulgari.

8) Similiter Doris non antepenultimam sed penultimam acuit in tertia persona pluralis praeteritorum objectivi, ut ἔλεγον, ἔλυσαν, ἐφιλιάθεν⁹⁾. Apparet etiam hic

παραλήγουσαν ποιούσι τὸν τόνον, φιλοσόφοι· τὸ δ' αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῶν μεταχῶν· πωλουμένοι, καλουμένοι. Item Meerm. p. 657 cum exemplis: ἀνθρώποι, ἀγγέλοι, ἀποστόλοι, φιλοσόφοι, λυπούμενοι, τυπτομένοι, et Greg. C. p. 314 cum exemplis φιλοσόφοι, Μενελάιοι, πωλουμένοι, καλουμένοι, δωρουμένοι.

8) Scholl. Theocr. I, 83. φορεῖται· καθόλου τὰ εἰς τὰ ἴσην ἄλλα ἔγνα ὅταν ἔχη τὸ ᾗ (leg. ε) παραληγόμενον (leg. παραλήγον) καὶ προπερισπώμενον, παραξύνουσι οἱ Δωριεῖς· ὅταν δὲ βαρυνόμενον, ὁμοίως ἡμῖν ἐκφέρουσι. Scholl. A II, β, 393. προπερισπαστίον τὸ ἑσσεῖται, οὐ γὰρ προπαροξύντιον, ὡς τινεῖς, ἐπὶ Δωριῶν· ἤδη γὰρ πολλὴ χρῆσις τῶν τοιούτων παρὰ Ἀττικοῖς. Itaque Dorae pronuntiabant ἑσσεῖται, neque si πσιεῖται et similia, quae etiam ab Atticis non sunt aliena, Dorica vocantur, eorum accentus Doricus habendus est.

9) J. Gr. 243, a, Meerm. 657, Gr. C. 316. ἔτι δὲ καὶ τὰ εἰς ἄν ἴσην ἄλλα ἀπαρίμματα παροξύνουσι· ἐτάσαν, ἐφάσαν, ἔλυσαν, ἔδειραν, ἐράσαν, καὶ τὰ εἰς ὄν ἴσην ἄλλα παροξύνουσι: ἔλαβον, ἐφάγον, ἔλλισον, ἐτρέχον. Pro ἀπαρίμματα, quod corruptum esse patet, apud Gregorium nunc editum est τρίτα πρόσωπα τῶν πληθυντικῶν ἐπὶ τῶν ἀορίστων, quum olim legeretur, ut est in codicibus nonnullis, τὰ τρίτα πρόσωπα τὰ εἰς ἄν ἴσην ἄλλα τῶν ἀορίστων. — Joann. Alex. 3, 16. παρὰ Δωριεῦσι τὸ ἔλεγον ἐκείνοι παροξύνουσι (leg. παροξύνεται). — Macrob. de diff. p. 310 »Unde Δωριεῖς in illis verbis, quae in ὄν mittunt paratiticon et propter βραχυκαταληξίαν tertiam a fine patiuntur accentum, tertiam numeri pluralis discretionis gratia βαρυντοῦσι: ἔτρεχον ἐγὼ προπαροξύντως, ἐτρέχον ἐκείνοι βαρυντόντως, ubi corrigendum est παροξύνουσι et παροξύντως. — Eodem spectat Apoll. de synt. 213, 15. ἐπιερῆσθω τὰ Δωρικά· ἡ γὰρ παρὰ αὐτοῖς καταβιβασμένη ὀξεῖα ἐπὶ πληθυντικῶν ἀφίστησι τὴν πρὸς τὰ ἐνικά συνέμπτων (ut ἔλεγον et ἔλλισον) iet Et. M. 119, 45, Gud. 64, 30. πᾶν ἔγνα εἰς ἄν ἴσην ἄλλα χρόνῳ βραχεῖ παραληγόμενον ἀπλοῦν ἢ σύνθετον, ὅπερ ἐστὶν ὑπὲρ δύο συλλαβᾶς, προπαροξύνεται, εἰ μὴ Δωρικὸν εἶη. —

ultimam syllabam Doribus pro longa fuisse. Et fuit longa positione antiquissimis temporibus, priusquam extremum re-
 abjectum est, quod Latini servarunt, *ἐλέγοντ', ἐλύσαντ', ἐγίλαθεντ'*. Itaque antiquissima lingua syllabis finalibus positione longis id tribuisse videntur, ut neque antepen-
 ultimam acuto neque penultimam circumflexo instrui lice-
 ret, quum Attica dialectus illo quidem abstineat, sed hunc admittat, ut *καλαῦροισι*. Deinde Doros in *ἰστάσαν, ἐλέγον* etc. antiquum accentum retinuisse videntur, quan-
 quam abjecto et ultima correpta erat.

4) Aequae in nominativo et accusativo pluralis decli-
 nationis tertiae apud Dorienses paroxytona fuisse tradun-
 tur, quae vulgo sunt proparoxytona vel properispomena,
 ut *παῖδες, γυναῖκες, πτόμας* 10). Quod valde mirum esset,
 nisi et in Latinorum declinatione tertia nominativus et
 accusativus pluralis ultimas longas haberent, ut *pedēs*, et
 in Gothorum iis declinationibus, quae Graecorum et La-
 tinorum tertiae respondent, ut a *fisks piscis*, descen-
 dit *fiskōs* n. pl. et *fiskans* acc. pl., et apud ipsos
 Graecos pronomina personalia, quae priscas formas ser-
 vare amant, ut *ἡμεῖς* et *ἡμεῖς*. Inde augurari licet, anti-
 quitas eos tertiae declinationis casus ultimas produxisse
 et in Dorica dialecto accentum certe priscum haesisse.

5) Jam judicare licet de accentu earum formarum,
 quae apud Doriensium nonnullos ultimam corripunt, de

Scholl. Theocr. VII, 60. *ἰφίλαθεν* — *Διοτικὸν ὡς τὸ ἐπόσηθεν*. Κα-
 λιμαγὸς δὲ τοῦτο παροξύτω (in Doricis; puto, carminibus).

10) Choerob. Bēkk. 1236. οἱ Δωριεῖς ὀξεῖαν παρέχοντες ἐπὶ τῶν
 τοιούτων· οἷον παῖδες, αἴγες, γυναῖκες· ταῦτα γὰρ ἡμεῖς μὲν περισπώ-
 μεν, οἱ δὲ Δωριεῖς παροξύνοσαν. — J. Gr. 243, a. τὰ εἰς ες λέγονται
 θηλυκὰ ὀνόματα πληθυντικὰ ὀρθῆς πτώσεως παροξύτονοισι, γυναῖκες,
 χίφες, πάες, ὀρνίθεις. — Scholl. Theocr. I, 109. τοῦ δὲ πτόμας τὸ
 ἄς μακρὸν. οἱ γὰρ Δωριεῖς τῶν εἰς ες λεγόντων εὐθειῶν τῶν πληθυντι-
 κῶν ὁμοίως παροξύνοσαι καὶ μακρὸν ἔχουσι τὸ ᾶ, ὅτι τὰς παρ' ἡμῶν εἰς
 ες λεγούσας εὐθείας τῶν πληθυντικῶν ἐκείνοι διὰ τῆς αἰ προφέρουσαι.
 Grammaticulus, qui recte Dorico more *πτόμας* scriptum invenit,
 quae profert, inde male collegit.

quae nihil apud antiquos praecceptum reperimus, nisi circumflexum ultimae in acutum transisse, ut *ἄμεις*, *καέν*, *ποιέω* pro *ἡμεῖς*, *νοεῖν*, *ποιεῖς* (vid. §. 21 not. 7 et 9). Quid vero, ubi vulgares formas acutum in penultima habent? Primum in accusativo pluralis primae declinationis codices et editiones accentum nominativi imitari solent ut *πᾶτας* Theocr. I, 83. IV, 3; "Αθηνιας Hesiod. Theog. 267, ut Gaisfordius e libris recripit pro "Αθηνιας vel "Αθηνῶας, quod Reizin iubente scriptum erat, cf. *πᾶσαι*, "Αθηνῶαι, et sicubi libri acutum in penultima servarunt, ut *Μαίρας* Theocr. II, 160, *τραυλοῦς* IX, 11, *εἰσορε* id factum facile existimaveris. In accusativo declinationis secundae accentus a penultima non retrahitur, ut Pind. Ol. I, 43 *κακαγόρος*, Theocr. IV, 109. 112. 114 *ἀμπέλος*, *δασυκέρκος*, *καρθάρος*, sed ubi licet, in circumflexum mutatur, ut *νᾶσος* pro *νήσος* Pind. Ol. II, 78. In nominativis tertiae declinationis rarina propter ultimae corruptionem accentus mutatus reperitur, ut *πρᾶξας*, *τιμῆς* pro *τιμήεις* vid. §. 21 not. 2. Contra in secunda persona *ικ* in *ε* et in infinitivis *ιν* in *εν* corripientibus semper fere libri acutum in penultima servant, ut *συγλοδες* Theocr. I, 3, *ἐρίσθεν* IV, 8, *ἐνεύθεν* V, 10, quanquam Meinekius cum Reiskio *ἐνεύδην* scripsit. Tantum in similibus rebus ipsam dialectum variasse, credi non potest, quae aut debet nunquam mutare acutum penultimae, aut eum accentum assumere, quem cognatae formae in breves syllabas exeuntes habent, aut accentum ita in penultima relinquere, ut in longa circumflexus fieret; sed unam ex his cum constantia. Librarii autem inter tres illas rationes incerti fluctuarunt et id potissimum consilium sequuti sunt; quod probari nequit, ut ultimae correctio appareret. Itaque, ubi breves vocales in ultima erant, vulgarem accentum retinere malebant, ut *ἀμπέλος*, *ἐνεύθεν*, *συγλοδες*, nam circumflexus in *τιμῆεις* fortasse Bekkero editori debetur et pro *νᾶσος* apud Pindarum in bono libro est *νᾶσος*. Contra, ubi in ultima est anceps *α*, accentum mutant, maxime in prima declinatione. Jam quae ipsius Doridis in his consuetudo

fuisse videtur? Eam vidimus in *ἰστιάσαν, ἰλέγον, γυναίκες, πτώκας* penultimam ideo acuto instruere, quia antiquissima lingua ultimam produxerat. Quid igitur eam fecisse arbitremur in iis formis, quarum ultimas syllabas poetae Dorici ex arbitrio modo producebant, modo corripiebant? Haud dubitamus quin ubique acutus penultimae servandus sit, etiam in iis Doridis generibus, quae constanter corripiantur, ita ut scribatur *πάσας, τὸς τοιοῦτος, τιμᾶς, αἰίδες, ἐνεῦθεν*.

6) Antiquum accentum Dorae etiam in genitivo pluralis femininorum servabant, ut *ἀμφοτεσῶν, ἀκρῶν* pro vulgaribus *ἀμφοτέρων, ἀκρων* ¹¹⁾, Quae quum ex *ἀμφοτέρων* et *ἀκρων* contracta sint, circumflexum res requirit, ut in reliquis declinationis primae genitivis pluralis; sed masculinorum, aequisonorum analogia in Attica dialecto fecit, ut accentus in penultimam retraheretur.

7) Aequalis causa est, cur Dorae secundae declinationis genitivum pluralem perispomenon habeant in pronomibus *τουτῶν, τῆνῶν, ἄλλων*, non in nominibus ¹²⁾. Nam quum huius casus terminatio sit *ων*, stirps autem secundae declinationis in *ο* exeat, dubitari non potest, quin antiquissima forma fuerit *ἄλλο-ων* ut *ἄλλά-ων* in feminino. Masculini tamen soluta forma mature obsolevit, quam ne Boesti quidem solutarum formarum alioquin tenaces retinuerunt. Dorae contractarum certe eum accentum, quem antiquitus fuisse apparet, in pronomibus

11) Arcad. 135, 15. ὅτε δὲ κατὰ διάλεκτον ἡ γενικὴ τροπήν ὑπομίνοι τοῦ *ων* εἰς *ων*, περισπᾶται, *κυσσιῶν, ἀμφοτεσῶν*. — (Herod.) Ann. Oxx. III, 241, 11. οἱ γὰρ Λωρῆες τρέπουσι τὸ *ω* εἰς *α*· πρῶτος πρῶτος, ἐπρῶω ἐπρῶα, ἀκρων ἀκρων (leg. ἀκρῶν) καὶ φυλακισοῦσι τὸν τόπον πλὴν τῶν πληθυντικῶν (add. τῆν παραξυνημένων).

12) Apoll. de pr. 41, A de ἄλλος; τὴν γενικὴν πληθυντικὴν περισπᾶω Λωρῆες ἐπὶ καὶ τὰς τοιαύτας τῶν ἀκρωνυμῶν· σπουδῶν γὰρ καὶ τῶν, cf. de adv. 581, 24. — Ann. Oxx. I, 45, 17. εἰ Λωρῆες οὐ λῆγουσι Πριάμωσιν ἀλλὰ Πριάμων· τῶν μέγροι ἀκρωνυμῶν τῶν εἰς τὰ ἰσχυροῦσιν τὰς γένηκας περισπᾶσι· τουτῶν καὶ τινῶν (leg. τῆνῶν). εἰ τοῖσιν τῶν (leg. τῶ) ἄλλων περισπᾶσιν, οὐκ ἔστιν ἕνομα ἀλλ' ἀκρωνυμία.

nonnullis servarunt; scilicet in pronomibus prisca firmitus haerent.

8) In genitivis pluralibus monosyllaborum, quae tertiam declinationem sequuntur, Diores genitivi et dativi singularis et dativi pluralis analogiam sequenti ultimae circumflexam tribuant etiam in his vocibus, quae apud Atticos analogia laesa acutum in penultimam asciscunt, ut *παιδῶν*, *Τρωῶν*, *παντῶν* 13) cf. Göttl. de accentu p. 58, Butt. Gr. Gr. §. 43 not. 4.

9) De adverbiorum in *ως* exentium accentu mira praecipiantur apud Joannem Grammaticum et qui hanc exscripserant 14), ea, quae vulgo sunt perispomena, Doriensibus barytona esse, contra quae vulgo barytona, in Dorica dialecto circumflexum in ultima habere, ut *κάλως*, *σθφως* et *σύνως*, *παντῶς*, *αὐτοματῶς*. Alterum praeeptum quatenus verum sit, doctissimus Grammaticus Apollonius 15) aperit, eorum errorem castigans, qui in universam adverbia vulgo barytona circumflekti apud Dorienses dixerint. Adverbiorum enim in *ως* accentum eundem esse, quem Genitivorum pluralium; itaque Dorienses *παντῶς*, *ἀλλῶς*, *τηνῶς* pronuntiare ut *παντῶν*, *ἀλλῶν*, *τηνῶν*, non

13) Apoll. He pr. 33. B. ἐκ τοῦ παρά Δωριεῶσι μὴ περισπᾶσθαι (sc. εἶων) καθὼς παιδῶν, παντῶν, Τρωῶν, cf. de adv. 581, 21. — J. Gr. 243, a, Meerm. 658, Gr. C. 317. περισπᾶσι δὲ τὰ τοιαῦτα παιδῶν, Τρωῶν, παντῶν καὶ τὰ ὅμοια τρίτοις. — Ann. Oxx. I, 45, 17. Δωριεῖς μόνας τὰς ἀπὸ τῶν εἰς ῖ (leg. εἰς) ληγουσῶν εὐθετῶν γενικὰς περισπᾶσιν μῆνι (leg. μῆνις) μηνῶν, quanquam hoc etiam Atticum est.

14) J. Gr. 243, a, Meerm. 657, Gr. C. 311. ὁμοίως δὲ (i. e. βαρυτονουῖσι vid. not. 4) τὰ ποιότητος δηλωτικὰ ἐπιβάρηματα, *κάλως*, *σθφως*, *κίμψως*, *ἄπλως* τὰ δὲ ὑφ' ἡμῶν βαρυτονὰ περισπᾶσιν *σθφῶς*, *παντῶς*, *αὐτοματῶς*.

15) Apoll. de adv. p. 581. τὰ προκειμένα τῶν ἐπιβάρημάτων — περιδραπέτω ἢ βαρυτονέτω καθὼς πάντα γενικῆ' πληθυντικῆ' ἢ τοῖς περισπᾶται ἢ βαρυτονέται, deinde ἐκ τοῦ Δωριεῖς συναπτῶσιν τὸ ἐπιβάρημα (παντῶς), ἐπεὶ καὶ τὴν γενεὴν παντῶν φασίν. οὕτως ἔχει καὶ τὸ ἀλλῶς καὶ τηνῶς. καὶ τὰ γὰρ καὶ ἐπίουσι ἠπάτησεν ἀποφρασθῆναι ὡς τὰ παρ' ἡμῶν βαρυτονὰ τῶν ἐπιβάρημάτων περισπᾶσι Δωριεῖς. ὅπερ οὐκ ἦν ἀληθές. οὕτω γὰρ τε κούφως οὕτε τὸ φίλων οὕτε τὰ τοιαῦτα περισπᾶσι, cf. p. 586, 82.

εὐλῶς vel κουφῶς. Ergo Joannes non recte praecipit de αὐτοματῶς, melius de οὐτῶς, quum, τουτῶν Doricum sit, accedente praeterea Eustathii testimonio, qui οὐτῶς ut Doricum affert e Theocr. X, 47¹⁶). In adverbio ὅπως iudice Apollonio utraque accentus ratio, ὅπως et ὀπῶς, defendi potest¹⁷). Quid vero de priore illius regulae parte judicandum est? Optimi auctores docent, nonnulla adverbia apud Dorienses acutum in ultima habuisse, ut καλῶς, σοφῶς¹⁸), et apud ipsum Joannem in ea regula, cui haec adnexa est, pro βαρυντοῦσι restituendum esse ὀξυτοῦσι supra monuimus not. 4, quod jam certissime confirmatum vides. Neque tamen omnia adverbia vulgo circumflexa vel, quod Theognostus docet, ab adjectivis ὀξυτομένοις derivata apud Dorienses acutum in fine habuisse, Apollonius significat. Nam et eam regulam, quam proponit, adverbia genitivorum pluralium accentum sequi, ad Doricam dialectum adhibet vid. not. 14, et nonnulla tantum adverbia, quum enclitica fiant, acutum assumere docet. Itaque pauca quaedam, quarum vis ita debilitari posset, ut encliticae fierent, eo praecipit tangi arbitramur, ut καλῶς, σοφῶς. Non credimus Joanni de κάμψως et ἄπλως.

16) Eustath. 630, 29. Δωρικῆς κατὰ τὸ καλῶς, σοφῶς, δυνατῶς φασὶ καὶ οὐτῶς, οἷον· πιαίνεται ὁ σταχυς οὐτῶς. In bono Theocriti libro (Ben. 2) est οὐτῶς.

17) Apoll. de adv. 584, 19. δοκεῖ μοι καὶ κατὰ τὴν Δωρίδα διάλεκτον τῷ μὲν προκατειλεγμένῳ λόγῳ ὅπως ἀναγινώσκων, οὐδ' ὅπως ἄριστα· τῷ μὲντοι μᾶλλον αὐτοὺς συγκαταβιβάζειν τὰ ἐπιθήματα ὀπῶς, ὥστε ἀμφοτέρως τὰς ἀναγνώσεις λόγον ἔχισθαι.

18) Apoll. de adv. 580, 33. παρὰ Δωριεῦσιν ἔνια (adverbia in ὤ) δέυνται, ὥστε (num ὅτε?) κατ' ἔγκλισιν ἀνεγνώσθη· ἢ ἕα καλῶς (corr. καλῶς) ἀποκαθάρσασα ἐξελέπρωσεν, unde nonnulli ὡς Doricum esse putarunt, vid. p. 581, 3 et 583, 20. — Theogn. Oxh. 164, 19 (Ann. Bekk. p. 1123). Δωρικῆς τὰ ἀπὸ τῶν εἰς ὤ δέυτων ἐπιθήματα δέυνουσι, οἷον σοφός σοφῶς, καλὸς καλῶς. — Herod. π. μ. λ. 25, 29. οὐδὲν εἰς ὡς λῆγον ἐπιθήματα δέυνόμενον ὑπισταλμένης Δωρίδος διαλίπτου.

10) Adverbia in $\bar{\alpha}$ locum in quem significantia vel modum, quae a pronomibus derivantur, perispomena sunt, ut $\acute{\alpha}\lambda\lambda\bar{\alpha}$, $\pi\alpha\upsilon\tau\bar{\alpha}$ 19), quanquam vulgo paroxytona $\acute{\alpha}\lambda\lambda\eta$, $\pi\acute{\alpha}\nu\tau\eta$. Quippe adverbiorum in $\omega\bar{s}$ analogiam sequuntur; nec minus Dorica adverbia in $\epsilon\bar{i}$, quae locum ubi significant, et in ω quae locum unde, ut $\tau\omicron\upsilon\tau\epsilon\bar{i}$, $\tau\eta\mu\epsilon\bar{i}$, $\tau\omicron\upsilon\tau\omega\bar{i}$, $\tau\eta\mu\omega\bar{i}$ vid. infr. §. 44. Num $\acute{\omicron}\pi\alpha$ et $\acute{\omicron}\pi\epsilon\bar{i}$ veriora sint an $\acute{\omicron}\pi\bar{\alpha}$, $\acute{\omicron}\pi\epsilon\bar{i}$, Apollonius non minus dubitaverit, quam dubitavit de $\acute{\alpha}\pi\omega\bar{s}$ et $\acute{\omicron}\pi\omega\bar{s}$. Nos eo certius circumflexum in his probamus, quia etiam apud Atticos in vocibus duas syllabas excedentibus praepositum $\acute{\omicron}$ nunquam accentum in se recipit, ut $\acute{\omicron}\pi\omicron\iota\omicron\varsigma$, $\acute{\omicron}\pi\omicron\sigma\omicron\varsigma$, $\acute{\omicron}\pi\omicron\tau\epsilon$, $\acute{\omicron}\pi\omicron\theta\epsilon\upsilon$, quorum analogiam $\acute{\omicron}\pi\omega\bar{s}$, $\acute{\omicron}\pi\bar{\alpha}$, $\acute{\omicron}\pi\epsilon\bar{i}$ opportune sequuntur. Ceterum in codicibus et editionibus genuina omnium eorum adverbiorum tonosis haud raro neglecta est.

11) Praeterea Diores nonnullorum adverbiorum in $\bar{\alpha}$ exeuntium, quae vulgo et ultimam brevem habent et acutum in penultima, ultimam circumflectunt: $\acute{\alpha}\mu\bar{\alpha}$ et $\kappa\rho\upsilon\phi\bar{\alpha}$ pro $\acute{\alpha}\mu\alpha$ et $\kappa\rho\upsilon\phi\alpha$ 20). Nunc $\acute{\alpha}\mu\bar{\alpha}$ apud Pindarum legitur Ol. III, 22, P. III, 36 (ubi metrum ultimam longam postulat), N. V, 11. VII, 78 et apud Theocritum metro jubente IX, 4. XI, 39, saepius apud utrumque $\acute{\alpha}\mu\alpha$; deinde $\kappa\rho\upsilon\phi\bar{\alpha}$ certum est Ol. I, 47, minus certum fr. 217. Praeterea in fragmento Philolai Boeckhii p. 61 $\delta\iota\chi\bar{\alpha}$ $\varphi\rho\omicron\nu\epsilon\acute{\omicron}\nu\tau\omega\upsilon$ pro $\delta\iota\chi\alpha$, (cf. $\tau\rho\iota\chi\bar{\alpha}$ $\delta\acute{\epsilon}\delta\alpha\sigma\tau\alpha\iota$ apud Archytam in Stob. Flor. I, 76.) non pro $\delta\iota\chi\eta$ dictum existimat, et est $\delta\iota\chi\alpha$ in talibus locutionibus usitatus. Nihilominus et

19) Apoll. de adv. 586, 32. $\Delta\omega\rho\iota\epsilon\bar{i}\varsigma$ $\pi\alpha\upsilon\tau\bar{\alpha}$ $\varphi\alpha\sigma\iota\upsilon$, $\acute{\omicron}\tau\iota$ $\kappa\alpha\iota$ $\tau\acute{\omicron}$ $\acute{\epsilon}\pi\iota\lambda\acute{\eta}\eta\mu\alpha$ $\pi\alpha\upsilon\tau\omega\bar{s}$, $\kappa\alpha\iota$ $\acute{\alpha}\lambda\lambda\bar{\alpha}$, $\acute{\omicron}\tau\iota$ $\kappa\alpha\iota$ $\acute{\alpha}\lambda\lambda\omega\bar{s}$. — Scholl. Theocr. VIII, 41. $\Delta\omega\rho\iota\omega\bar{s}$ $\pi\alpha\upsilon\tau\bar{\alpha}$ $\pi\epsilon\rho\iota\sigma\pi\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\omega\varsigma$, cf. de $\pi\alpha\upsilon\tau\bar{\alpha}$ Greg. C. p. 213 et not. 20.

20) Scholl. Pind. P. III, 36. $\tau\acute{\omicron}$ $\acute{\alpha}\mu\alpha$, $\acute{\omega}\varsigma$ $\text{Ἡρωδιανός φησιν ἐν τῇ θ'}$, $\acute{\omicron}\iota$ $\Delta\omega\rho\iota\epsilon\bar{i}\varsigma$ $\pi\epsilon\rho\iota\sigma\pi\omega\bar{s}\iota$ $\kappa\alpha\iota$ $\tau\acute{\omicron}$ $\pi\alpha\upsilon\tau\bar{\alpha}$, $\acute{\omega}\varsigma$ $\pi\epsilon\rho$ $\tau\acute{\omicron}$ $\kappa\rho\upsilon\phi\bar{\alpha}$ $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}$ Πινδάρου . $\tau\omicron\iota\omega\upsilon\tau\omicron\upsilon$ $\delta\acute{\epsilon}$ $\acute{\epsilon}\sigma\tau\iota$ $\kappa\alpha\iota$ $\tau\acute{\omicron}$ $\acute{\alpha}\mu\bar{\alpha}$ $\pi\epsilon\rho\iota\sigma\pi\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron$ $\acute{\alpha}\nu\omicron$ $\tau\omicron\upsilon$ $\acute{\alpha}\mu\eta$ $\gamma\epsilon\acute{\nu}\omicron\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron$. $\acute{\iota}\eta\tau\epsilon\upsilon\tau\alpha\iota$ $\delta\acute{\epsilon}$ $\acute{\epsilon}\nu$ $\tau\eta$ $\pi\epsilon\rho\iota\sigma\pi\omega\mu\acute{\epsilon}\nu\omega$ $\acute{\alpha}\mu\bar{\alpha}$, $\acute{\epsilon}\iota$ $\pi\rho\sigma\tau\epsilon\theta\eta\sigma\tau\alpha\iota$ $\tau\acute{\omicron}$ $\bar{\iota}$. — Greg. C. 255 $\acute{\alpha}\mu\bar{\alpha}$ pro $\acute{\omicron}\mu\omicron\upsilon$ esse dicit. — Scholl. Pind. Ol. I, 75 $\kappa\rho\upsilon\phi\bar{\alpha}$ $\Delta\omega\rho\iota\omega\bar{s}$ $\acute{\alpha}\nu\tau\iota$ $\tau\omicron\upsilon$ $\kappa\rho\upsilon\phi\alpha$.

hoc Doricum putamus pro $\dot{\alpha}\eta\eta$ et $\kappa\upsilon\upsilon\alpha$ pro $\kappa\upsilon\upsilon\eta$ et $\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}$ cum Herodiano pro $\acute{\alpha}\mu\eta$, quod non est in usu. Sed apud Doros hoc adverbiorum genus latius patebat. Accuratius de hac re et de iota his formis subscribendo infra videbimus.

12) Postremo consentaneum est, cum accentus rationem, quam recentiorum demum Atticorum assumpsisse constat, a Doride alienam fuisse. Itaque inter alia Doros cum Homero et antiquioribus Atticis $\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\sigma$, $\acute{\epsilon}\rho\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\sigma$, $\acute{\epsilon}\rho\eta$. $\mu\acute{\alpha}\sigma$ pronuntiasse putandi sunt, vid. Boeckh. nott. critt. ad Pind. p. 359, quanquam de solo $\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\sigma$ ut Dorico Gregorius p. 318 discrete testatur. Et $\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\sigma$, $\acute{\epsilon}\rho\acute{\alpha}\mu\acute{\alpha}\sigma$ in Pindari et Theocriti carminibus non sine libris scriptum est, sed $\acute{\epsilon}\rho\eta\mu\acute{\alpha}\sigma$ reliquit Boeckhiius N. XI, 72.

13) Haec fere sunt, quae de Dorica accentuum ratione cognita habemus (nam de futuris contractis infra agemus), quae multo plura et accuratiora essent, nisi Arcadius et Joannes Alexandrinus doctissimos Herodianum libros ita excerpissent, ut omnia fere ad dialectos pertinentia omitterent. Jam vero quanquam una quaedam summa lex, qualis in Laebia, non magis apparet quam in Attica tonosi, et quanquam haud paucae singulae discrepantiae nos latere videntur, tamen quae traduntur, tam bene inter se conspirant, ut et recte praecipiet et praecipuam Doridis in hac re proprietatem continere videantur. Itaque in Doricae dialecti exemplis, quae in Appendice exhibebimus, Doricam tonosin exprimere conabimur.

§. 4.

De spiritu.

1) De spiritu apud Doricos ratione antiqui grammatici paucissima praecipiunt, quae res cum a vulgari usu non multum discussas praebet. Plura ex antiquioribus titulis iis discere licet, qui asperi signum appictum habent, praecipue e tabulis Heraclensibus. Nam reliqui ejus generis tituli, et breviores vel corruptiores sunt, quam qui multa docere possint (ut in Laconico

Leakii nr. 71 saepius asperi signum conspicitur, neque tamen ulla vox eo instructa certo legi potest), neque omnes constantiam in exprimendo aspero servant, ut in galea Hieronis nr. 16. et ἡσάρον scriptum est et ο sine aspero, unde articulum asperi sono caruisse colligere noli¹⁾. Postremo in omnibus titulis de aspero conjicere licet e tenui antecedente in aspiratam mutata, non item e mutatione neglecta de spiritu tenui, ut infra videbimus.

2) In tabulis Heraclensisibus (neque aliter in reliquis titulis, qui asperi signum norant), asper etiam in compositis appictus est, ut ἀνθελάμενος, sed omittitur, ubi antecedens tenuis in aspiratam transiit, ut ἀφομοιωσάται et ἀφ᾽ ἄς pro ἀφ' ἄς, ita ut tenuem potius cum spiritu aspero in aspiratam edulescere appareat. Jam vero Heraclensium dialectus eam vulgari lingua asperum in his communem habet: in articulo ἄ, ᾠ et omnibus relativis, ut ἄσας, ἄσας, ἄς, ἄς pro ἄσας; praeterea ἄμα, ἄμεις pro ἄματι, ἄνακτος, ἄνακτος, ἀνελόμενος et ποθέλωνται, ἀνέσθαι ab ἄημι, ἄστα cum derivatis, ἄς i. e. εἰς, ἔξω, εὐδίσκω, ἔμροσιν, ἄμη in compositione, ἄρα in compositione, ἄραός i. e. ἄραός, Ἰστίεος N. P., quod ab ἔστια descendere videtur, ἄστασθαι in ἀμφίστασθαι, ἄδδς, ἄμοῖος et ἄμοῖ in compositione, ἄραω in derivatis ἄραρος et ἄραρον, ἄραος et ἄρα, ἄραω, ἄρα, ἄρα. — Cum Attide asperam addit voci ἄραω, ut docent composita ἀφ᾽ ἄραω, ἄραροι, ἀν᾽ ἄραω.

Contra vulgarem morem asper conspicitur in ἀροσκυρία I, 17, 23, quod cum ἀρός compositum videtur, ἀρησις I, 108, ἔννεα et derivatis, ἴσος I, 127, quantum I, 101, 122 est ἴσος sine aspero, οἴσονται futuro ἄραω I, 102, ὄναω et derivatis, πεκαυ᾽ ἄραω, quanquam ἄραω praeterea digamma habet.

In contrario asper deest in ἄραος, finis, ejusque de-

1) Franzii Elem. Epigr. Gr. p. 98 ex hoc titulo et ex Attico O. L. nr. 12, ubi οδ' (i. e. ὄδ') ἐπιθετικῶς ἢ ἐπ' Ἐρῆς leguntur, colligit asperi signum primum in abculis omitti coeptum esse.

rivatis ὀρίζω, ὀρισται, ἄντορος, cujus nominis Ionica forma οὐρος aequae leni instructa est; ἄλλα, concio, quod quum ab ἀλής vel ἀλής i. e. ἀολλής descendat, lenis spiritus antiquior esse videtur, ἀμαξιτός cum Homericā et vulgari lingua pro Attico ἀμαξιτός. Postremo numerale ἕξ cum derivatis digamma instructum est.

3) E reliquis fontibus pauca de spiritu apparent. Asper pro vulgari leni e tenuis mutatione cognoscitur in ἐφανίσθαι Delph. 1688, 37. 41 ab ἀκείσθαι et in καθ' ἐνιαυτὸν Ther. 2448, VI, 25, (contra κατ' ἐνιαυτόν Cret. 2556, 65) quod bene conspirat cum ἕνος, ut rectius scribi videtur quam ἕνος. Deinde ἀμός pro ἀμός i. e. τις pronuntiatum esse, docent μηθαμῶς et μηθαμῶθεν in titulis Doricis, vid. §. 10, 7, ex antiquo more, quum ἄμα, semel cognata sint; vid. §. 10, 8. Lacones ἀνω dixisse ut Atticos ἀνώ, patet e κασάνεις i. e. καθάνεις, vid. §. 7, 2. Postremo Dorae ἔστε pro ἔστε protulisse referantur²⁾, et legitur ita in bonis Theocriti libris I, 6. V, 22. VI, 32. VII, 67, quanquam hoc ex ἐς ὄ,τε ortum est, non ex ἐς ὄτε, quod Dorice ἐς ὄκα sonaret, neque ex ἔωστε, ut grammatici volunt.

Lenis pro aspero assumpti exempla paullo incertiora sunt. In antiquo titulo Argivo C. I. nr. 2, ubi asper ter legitur in articulo, nomina propria Ἰπομέδον i. e. Ἰπομέδων et Τρασιος aspero carent, unde colligere licet, antiquos Argivos neque initiali *v* semper asperum addidisse et lenem in ἔπρος ex antiquissima lingua (vid. L. I §. 4, 9) traditum servasse. Deinde in antiquissimo titulo Theraeo nr. 11. B. nomen proprium Ἰαρον i. e. Ἰάρων aspero caret, quanquam et in vetustissimis illis inscriptiōibus Theraeis asperi signum nunquam neglectum esse videtur et Ἰάρων asperum habet in galea Hieronis C. I. nr. 16 et in didrachmo Crotoniata, vid. Raoul-Roch. in Mus. Rhen. 1835 p. 87, ἰαρός in tabulis Heracleensibus

2) Et. M. 382, 8. ἔστε — Δωρικός δὲ δασύνουσαι, ἀπὸ τοῦ ἔωστε κατὰ συνηγορίαν ἡγοούμεναι εἶναι.

et in titulo Laconico C. I. 13; lenis autem in hac voce antiquior esse videtur vid. L. I §. 4, 6. In tessera Petiliensi antiquissimae scripturae C. I. nr. 4, quam asperum expressuram fuisse certum videtur, est *Ἀσμοξίδαμος* sine aspero (unde non spernendum est, quod *ποταρομόξασθαι* legitur apud Pythagoreum Aresam in Stob. Ecl. I, 52, 23), et videtur verbum *ἄσμοξω* a radice *ἄρ* recentius asperum assumpsisse. In antiquo Laconico Leakii, nr. 71, qui asperi signum non ignorat, saepius est *ανοχιον* i. e. *ανοχιών* sine aspero. *Ἐπιστάμενοι* in Gret. 2556, 65 non dialecti peculiari quadam ratione pro *ἐπιστάμενοι* esse puto, sed cum Valchenario ad Adon. p. 273 errore (lapidicae?) pro *ἐπιστάμενοι* scriptum (quanquam obloquentibus Hœckio et Boeckhio), quum paullo post eodem sensu *ἐπιστακότες* legatur ³⁾. Postremo lenem habebat verbum *ἀγέομαι* cum derivatis, certe apud Lacones ⁴⁾, ut docent nomina Laconica *Ἄγεις*, *Ἀγησίλαος*, *Ἀγησάνδρος*, *Ἀγησιπολις*, quae satis constanter leni instruantur, deinde *ἀγῆται* Arist. Lys. 1314, (nunc tamen a Dindorfio libris ducibus expulsum) et *Ζεὺς ἀγῆτωρ* apud Spartanos cultus, vid. Boeckh. ad C. I. p. 252. Contra fervidius in Lys. 82 ex una Juntina Reisigius Synt. p. 14 arripuit *ἄλλομαι*.

4) Ubi in crasi vel elisione tenuis non mutata est, non licet nisi cautissime de sequentis vocis spiritu leni conjecturam facere. Nam Apollonius auctor est, Dorientes saepe ante sequentem asperam tennes non mutasse ⁵⁾,

3) In titulo Megalopolitano nr. 1534, 3 *προκατισε* i. e. mihi e *προκλήσει* σ. . . corruptum videtur, cf. l. 14 *περὶ ὧν προκαλίσατο*

4) cf. Müll. Dor. II p. 525, Giese de dial. Aeol. p. 417.

5) Apoll. de synt. 335, b. *ἀπειράεις τὰ Λωρικά διὰ ψιλῶν ἀντιστοιχόντας συναλοφῶς ποιῆται*

κὼ τοξότας Ἡρακλῆς

κἀλλιστ' ὑπαυλεν (leg. ὑπαυλέν)

κἀ μεγ' ἀπηνήσασα ναὶ ἅ Μελάμποδα τ' Ἀρπόλυκόν τε

ἄρχομεν γὰρ κὼθρασιών (?).

Ex optimo codice A., ubi *καμεγ' ἀσθηνησασαν*, corrige *κἀ μεγασθε-*

et exempla ex Alcmane, ut videtur, affert, unde noli colligere, Laconicum poetam ὀ, ᾶ, ὑπό, Ἀρπόλυκος pronuntiasse. Idem mos subinde in inscriptionibus reperitur: ἐπ' ἱερῆως Rhod. 2525, b et in vase Acrensi apud Raoul-Rochette p. 85, ἐπ' ἱεραπόλων Acarn. 1793 a. c., ubi Boeckhius non debebat ἐπί corrigere, μετ' ὀμονοίας Calymn. 2671, ὑπ' ἄλλω in epigrammate Corcyraeo, ubi Boeckhius ἄλλω scribit, ἐπ' ἀμέρας Ther. 2448, IV. 11, ἐπ' ἀμέ. Cret. 2563, πορτ' ἀμέ Cret. 3050 et incertius ποτ' ἀμέ Ign. 2670, ubi Boeckhius minus recte ἀμέ. Nam pronomen ἀμές apud Dorienses spiritum asperum habuisse et Apollonius de pr. p. 118 silentio testatur et diserte Lex. de spir. p. 214; praeterea additus est in tabb. Herod. et apparet in ποθ' ἀμέ, quod bis legitur in titulo Cretensi 2557 et in Arist. Lys. 95, ποχ' ἀμίν Sophr. 50, ut Theocritea exempla omittamus. Male enim et scholiasta Theocriteus, quem alius bene refutat, initiale ᾶ Dorice ex ἠ natum excepto articulo lenem asciscere tradit *) et Reisigius in Synt. p. 14 levem, qui haud raro in libris reperitur, errorem sectatus, in Doricis Lysistratae et Acharnensium ubique ἀμές etc. reponi jubet. Non magis de aspero a Doriensibus non antiquissimis pronuntiato in ἱερός ejusque derivatis dubitari potest, vid. nr. 2 et Sophr. 98 ἀφ' ἱεράς, et in ὀμόνοια, quod ne apud Lesbios quidem lenem assumpsisse putamus cf. L. I §. 4, 9. Facilius credas, ἄλιος recte leni instrui et propter ἠέλιος et quod Pind. Ol. I, 5 pro μηκέθ' ἄλιου meliores

της Ἀσσαναία et sequentia ut aliud exemplum dirime. Alcmani haec vindicavimus et emendavimus in Mus. Rhen. VI. p. 234.

6) Scholl. Theocr. I, 1. ἀδύ· φιλοῦται τὸ ᾶ. οἱ γὰρ Λωρικῆς τρέπορες τὸ ἠ τὸ δασύ εἰς ᾶ φιλούμενον τρέπονται, ὑπεκαιομένου τῶν ἄρθρων· τὸ γὰρ ἠ τὸ ἄρθρον τραπὼν εἰς α οὐ φιλοῦται, ἀλλὰ δασύεται. Ἐν ἄλλω οὕτως· τὸ ἀδύ τις λέγουσιν ὅτι φιλοῦται τοῦ ἠ τρεπομένου εἰς ᾶ Λωρικῆς· καὶ εἰ μὲν οὗτοι ἀληθεύουσι, ψεύδεται ὁ Θεόκριτος, πάνθ' ἄλιος γράφων καὶ οὐχ ἄμιν τὸν ἱερωτα καὶ τί ποθ' ἀδύ καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα ἐναντιούμενα τῷ κανόνι. — De aspero in ἀμῶν et ἀδύ testatur Lex. de spir. p. 214.

mant. Ut a Laconibus ordiamur, in titulo nr. 1511 est *Ἰκατι* i. e. *ἱκασσι*, reliquis antiquis inscriptionibus neque servati neque neglecti digamma certa vestigia offerentibus; nam in nr. 15 Boeckhius vix recte *ἰδηδοκα* pro *ἰδηδοκα* detegere sibi visus est. Alcman, qui digammi usum potius e Laconica dialecto arripuit quam (id quod grammatici arbitrantur, vid. L. I §. 2, 4) ex Aeolica, digamma scripsisse traditur in fr. 76 W. *τὰ Φὰ κάδεα* ²⁾ et 77 W. *δάΦρον* pro *δηϊόν* ³⁾. In similes literas abisse videtur fr. 67 (68) ex Apoll. de pr. 105, ubi pro *καὶ τοὶ γ' ἄναξ* bene restituerunt *καὶ τοὶ Φάναξ*, et fr. 4, ubi pro *Εὐτέλεγγι τ' ἄνακτι* Schneidewinus suspicatur *Φάνακτι*. Deinde hiatus digamma a poëta pronuntiatum testatur in fr. 34 (65) *ἐγώνγα ἄνασσα* et 59 (24) *τὸ ἦρ*, ut recte Schneidewinus e libris restituit; deinde productio syllabae finalis in unam consonantem exeuntis fr. 51 (48) *ὄς ἰθεν* et 17 (26) *Κύπριδος ἱκατι*, quum *ἐκών*, *ἔκητι*, *ἔκηλος* olim digamma habuisse ex Homero et Pindaro satis constet. Minus certum indicium digamma in media voce ab ipso poëta pronuntiatum est augmentum syllabicum in *ἔειξε* fr. 80 W., quia etiam in Attica dialecto post digamma pridem ejectum similia remanserunt; quanquam et certum est antiquos Graecos *Φέικω* dixisse et verisimile, Alcmanem *ἔΦειξε*. Quae Welckerus minus recte huc traxit, omittimus. Neglectum est digamma in *τοῦθ' ἀδεῖν* 18

et grammaticus in Bekk. Ann. 778, 9 et Ann. Oxx. IV, 323, 3, vid. L. I §. 5 not. 2.

2) Ex Apoll. de pron. 136, qui postquam pronomen possessivum apud Aeoles digamma instrui monuit: *καὶ Ἀλυμῶν συνεχῶς Αἰολικῶν ἦροι τὰ φα κάδεα*, ubi Bekkerus et Welckerus minus recte correxerunt *τὰ Φὰ*, vid. L. I §. 5, 4.

3) Prisc. I p. 22. »Hiatus quoque causa solebant illi (Aeoles) interponere digamma F, quod ostendunt etiam poëtae Aeolidae usi (corr. uti) Alcman: *καὶ χεῖμα πῦρ τε δάΦρον* cf. p. 21. Alia Aeolicorum poëtarum apud Priscianum frustula corruptissima, in quibus digamma reperitur, Alcmani vindicare conati sumus L. I §. 5 not. 5.

(27) et οἶνον δ' Οἰνοντιάδαν 58 (15), quum et ἀδύς et οἶνος olim digamma usa esse certum sit et Οἰνοντιάδας ab οἶνος derivandum esse videatur, et ante consonantem in τὶς πόκα ῥά, cf. L. I §. 5, 4. In Aristophanis Lysistrata semel hiatus digammi indicium facit v. 1096 τὸ ἔσθος; neglecti exemplum unum v. 206 ποτόδδαι γ' ἀδύ facile ejecta particula tollere licet, alia 156 παρῆνιδών, 1099 αἶ κ' εἶδον, 1052 θείκελοι pro θεοσίκελοι non una de causa suspecta sunt ⁴⁾. In Epilyci Coralisco apud Ath. IV. 140, a hiatus est in μάλα ἀδύς. In decreto Laconico apud Thucydidem V, 77 digammi vestigia nulla apparere non mirum est.

2) Laconum per Tarentinos coloni Heracleenses digammi satis tenaces erant; mira tamen ratione modo id abjecerant, ubi antiquissimos Graecos eo usos esse certum est, modo asciverant, ubi in reliquis dialectis et linguis cognatis ne ullum quidem ejus vestigium apparet. Antiquum digamma tabulae Heracleenses servant in his: *Ἔετος* I, 3. 5 etc., quanquam in composito *πενταέτηρις* pro digamma spiritus asper legitur I, 57. II, 35; *Ἔκατι* vel *Ἔικατι* pro *εἴκοσι* cum compositis *Ἐκατίπεδον* et *Ἐκατίδειον*; *Ἔιδιος*, quod etiam apud Pindarum Ol. XIII, 49 hiatum admittit, cf. di-vido, viduus, Pott *Etymol. Forsch.* II. p. 43; postremo *ἐγῆληθῶντι* I, 109 i. e. *ἐξεληθῶντι* a *Ἔηλω* pro *εἰλέω* (vid. §. 20, 6 et §. 26), unde simul apparet digamma mediae simile habitum esse. Antiqui digamma vestigium praepositio in *ἐπινοικοδομά* I, 102 elisionem non passa servavit, quanquam in *οἰκία* et *ἐποίκία* I, 98 plane evanuit. Non minus periit in *ἐργάζομαι* I, 64. 120. 121 et composito *ἀμπελωργικά* II, 43

4) In v. 156 *παρῆνιδών* et ἅπαξ λεγόμενον est et in aliis libris *παρῆνιδών* vel *παρῆνιδών* traditur; praeterea pro *γυμνάς* (quod certe circumflexum flagitaret) *γυμνά* desideratur. In v. 1099 apertissime corrupto libri praebent: *δενά γ' ἀδύ πεπόνθαμες, αἰδύδον ἀμῆς ἀνδρες ἀναπεφασμένως* (v. l. *ἀναπεφλασμένως*), quae manum emendatricem expectant. De voce *θείκελος* vid. §. 26.

(ab antiquo ἀμπελοφέρτος), in ἔργω, arceo, unde composita reperiuntur ἀφέρω, ἐφέρω, συνέργω I, 83. 85, in ἴσος vel ἴσος, I, 101. 122. 127; ante ρ in ῥήτρα I, 97. 103 (cf. L. I §. 52, 3), ἄρρηκτος et ἐρρηγεῖα a ῥήρμι (cf. L. I §. 5, 4). — Recens accessit digamma in numerali *Ἑξ* ejusque derivatis *Ἑξήκοντα*, *Ἑξάκαιοι*, *Ἑκκτος*; nam neque apud alios Graecos, neque in cognatis linguis (Sanscr. schasch, Lat. sex, Goth. saíhs) digammi vestigium aliquod apparet.

In tessera Petiliensi nr. 4 legitur *Φοικλα*, unde apparet non omnes Italiotas in hac stirpe digamma abjecisse. In vase antiquo, quod in Magna Graecia repertum descripsit Abeken in *Annali dell' inst. di corr. arch.* Vol. VIII fasc. II, est *ΑἶΦας*, herois nomen.

Cum Laconibus conjunctissimi sunt Cretenses, quorum Vaxii certe satis recenti tempore digamma in ipsorum nomine servarunt, quod *Λάξιοι* scriptum est in nummis, item vel *Λάξιοι* in titulo nr. 3050, quum oppidi nomen apud scriptores sit *Ἄξος* vel *Ῥαξος*, vid. Boeckh. ad C. I. II p. 401, b, Hoeck. Creta I p. 397. — Vix recte Boeckhii *Ἐκαθλονος* N. P. rescripsit in recenti titulo Cretico nr. 2598.

3) Rarius apud reliquos Dorienses aut ipsum digamma aut olim pronuntiati vel scripti indicia reperiuntur. — In antiquissimo titulo Crissaeo C. I. nr. 1, quem aliquanto emendatiorem exhibuit Ulrichsius, certa videntur *κλέφος* et *αἰφέι*⁵⁾. Contra jam in titulo Delphico nr. 1688, qui a. 400 scriptus est, nullum digamma extat, vestigium tamen quoddam in *ἐπιεργαζόμενος* l. 18, praepositione elisionem non passa. In antiquo titulo Argivo nr. 18 videtur *Ἐκα(τι)* esse, in alio nr. 19 *πεδάφοικοι* i. e. *μέτοικοι*, quod etiam corruptius in nr. 14 a Boeckhio agnoscitur. In galea ab Argivis, si Boeckhii

5) Ulrichsius praeterea *εφος*, quod ab initio habet, legit ὄος (*ἴος*), de quo valde dubitamus; deinde *Ἐτά*, quod *Ἐτά* esse debebat vid. not. 2.

recte coniecit, Olympiae dedicata, C. I. nr. 29 legitur *Διφι*; idem latere videtur in *Διει*, quod est in corruptiore titulo Coreyraeo nr. 1869, et in alio Coreyraeo nr. 20 est *Φασσ* . . . , fortasse, Boeckhio iudice, forma aliqua ab *ἄστυ* (*Φάσστυ* cf. §. 13, 2) 6).

Apud Epicharmum quoque subinde hiatus (quem praeterea non admittit nisi in *οὐδέ. εις*) digammi vim non omnem interisse indicat. Ita fr. 19 *ἦκω οἰκαδεις*, 29 *τῷ ἦρι*, 34 *βδελυχραὶ ἀδέαι*, 45 *ἕες τε ἱεράνες τε*, 48 *αὐτῶ τε αἰ*, 60 *χορδαὶ τε ἀδύ*, 92 *πλοὶ ἄρονες (?)*, 97 *καὶ ἀνδάνειν*, 98 *σάφα ἴσαμι*, nec minus producta syllaba finalis fr. 113 *ἄγροθῶν ἴοικε*. Neque tamen minus saepe nulla digammi vis conspicitur, ut 18 *ἔσθοντ' ἴθης*, 51 *δ' ἀδιστον*, 72 *πλατιῶν οἰκεῖ* etc.

4) Saepe apud Lacones et alios quosdam Dorienses digamma in $\bar{\beta}$ abiit, quod etiam in Eleorum dialecto factum vidimus L. I §. 52, 2. Inde grammatici pleonasticum litterae β usum apud Lacones, Pamphylios, Syracusanos fingunt 7). Et revera interdum β vocibus praepositum reperitur, quas non ab origine digamma instru-

6) In Hermionensi titulo antiquiore nr. 1194, ubi Fourmontii schedae praebent *ΕΦΡΑΛΛΕΑΤΟ*, Boeckhii suspicatur *Φεργάσατο* i. e. *Φειργάσατο* aut *Φηργάσατο*, non recte, quia digamma non transsilit augmentum. Nos aut *ειργάσατο* aut *εργάσατο* aut *εφεργάσατο* legi posse putamus.

7) Et. M. 426, 11. ἴθος τῆς Δωριδος διαλέκτου τὸ $\bar{\beta}$ προσγράφισθαι τὰς ἀπὸ φωνήεντος ἀρχομέναις λέξεσιν. — Et. Gud. 104, 12 ex Herodiano: γίγνεται δὲ τὸ βαῖνος πλεονασμῷ τοῦ $\bar{\beta}$ κατὰ Λάκωνας· οὕτω γὰρ τὸ ἰδιὴν βιδεῖν λέγουσι. — Et. M. 257, 52 (Suid. s. v. δερβιστήρ) δερβιστήρ, τὸ δέγμα· παρὰ τὸ δέρος δερβιστήρ καὶ πλεονασμῷ τοῦ β · πλεονάζουσι δὲ τὸ $\bar{\beta}$ Συρακουσῶσι· ὡς ἐπὶ τοῦ ὀλάχχιον. ὀλάχχιον γὰρ ἔστι τὸ ἀπαθίς, τὸ τὰς οὐλὰς ἔχον. σημαίνει δὲ τὸ κανοῦν ἐν $\bar{\phi}$ ἀπειτίθεντο τὰς οὐλὰς ἢ τὰς ὀλὰς. — Eustath. 1654, 20. ἐν δὲ ἐτέρῳ τόπῳ λέγει ὁ Ἡρακλείδης τοὺς Παμφυλίους ἄλλως χαίρειν τῷ $\bar{\beta}$, προσθέτας αὐτὸ παντὸς (!) φωνήεντος. τὸ γοῦν φάος φάβος λέγουσι καὶ τὸ ἀέλιος βαβέλιος (leg. ἀβέλιος). οὕτω δὲ φησι καὶ τὸ ὀροῦν ὀροῖβον λέγουσι καὶ περισπωμένως ὀρουβῶ.

etas faisse certum est. Sed etiam hic primum digamma, ut in Heracleensium *Ἔξ*, additum, deinde hoc in β mutatum putamus. Jam videamus singula exempla β apud Dorienses pleonastice, ut videtur, additi. Adjicimus etiam ea, quae apud Hesychium dialecto non nominata afferantur, quia vix ad aliam pertinent.

βάγος pro *ἄγος*, *βάξοα* pro *ἄξοα*, *μουκηροβαγός* pro *μουκηροαγός* i. e. *καρυοκατάκτης* ⁸⁾, omnia ab *ἄγκυμι*, de cujus stirpis digamma ex Homero constat, et Laconica, *βαγός* pro *αγός* ab *ἄγαι* apud Lacones ⁹⁾, quae radix antiquitus digamma ignorat.

βάδομαι, *ἀγαπᾶ* Hesych. i. e. *ἤδομαι*, cui voci digamma erat ut cognatis *ἀνδάκω*, *ἡδύς*.

βαλικιότης, *συνέφηβος* *Κρητες* Hesych., quauquam *ἡλιξ* ejusque derivata ab origine digamma aversantur.

βάννας, *βασιλεύς* παρὰ *Ἰταλιώταις* Hesych. pro *ἄναξ* cf. §. 12. *Εὐρυβάνασσα* N.P. est in recentiore titulo Laconico 1323, et *Βαναξίβουλος* in recentibus Creticis 2572. 2577.

βάρνες pro *ἄρνες* dictam videtur ⁹⁾.

βασκαρίζειν, *σκαρίζειν* *Κρητες* Hesych.; itaque longiori formae *ἀσκαρίζειν* littera β pleonastice addita est.

βείκατι, *εἴκοσι* *Λάκωνες* Hesych.

βειλαρμόσκαθ, *βειλώρχας* (Kust. *ιλάρχας*) *Ταφρον-*

8) Hesych. *βάγος*, κλάσμα ἄρτου, μάλης. καὶ βασιλεύς καὶ στρατιώτης. *Λάκωνες*, cf. *ἄγος*, κλάσμα, τραύμα, ἀρχηγός. Duo vocabula confusa sunt, τὸ ἄγος vel *βάγος* ab *ἄγκυμι* et ἡ *αγός*, *βαγός* ab *ἄγκυμι*. — Id. *βάξοα*, κατάξοα *Λάκωνες* (Kusterus recte *κάταξοα*). — Athen. II, 53, b. *Πάμφιλος ἐν γλώσσαις μουκηρόβατόν φησι καλεῖσθαι τὸν καρυοκατάκτην ὑπὸ τῶν Λακόνων ἀντὶ τοῦ ἀμυγδαλοκατάκτην μουκηρόν γὰρ Λάκωνες καλοῦσι τὰ ἀμύγδαλα*, cf. Hesych. *μουκηρόβατος* *καρυοκατάκτης*. Lobbeckius ad Phryn. p. 610 correxit *μουκηροβάκτας*, Ranzkii de Hesych. Lex. p. 75 *μουκηρόβαξ*; nos maluimus *μουκηροβαγός* ut *ναυαγός*. De Laconico *μουκηρός* vid. §. 18.

9) Eo ducunt corruptiores Hesychii glossae: *βανεία*, τὰ ἀρνεία καὶ βάννημα τὸ αὐτὸ et *βαρεῖον*, *πρόβατον*, in quibus *βαρεῖον* pro ἀρνίον latere videtur, deinde *βάφοι*, ἄρνες cf. *ἄρνα*, *ἄξεν* *πρόβατον*.

τίνοσ, cf. *Ἐπιχαρτίου* in titulo Boeotico; vid. infr. Corrig. ad L. I p. 170.

βελήαντες, ἱεραῖες et βεραανή (?), ἢ ἀρπαικική, Hesych. ut ἱεραῖς apud Epicharmum hiatus admittit.

Βελιτύλος oppidum Laconicum Ὀτύλος vocatur in recenti titulo 1323, vid. Boeckhium, qui etiam Ὀτύλος e Φτύλος natam esse mouet. A Ptolemaeo Βέτιουλα vocatur.

βουάσ pro βουάσ¹⁰⁾

βέκηλος pro βένηλος, uti corrigendum apud Hesych. βείκηλα, νωχελῆ, ἀρχεῖα Λακωνες.

βέλλα pro βέλλα, βέλλα apud Lacones¹¹⁾. De digamma testatur etiam γέλλα, de quo mox videbimus, et videtur ἀλλέλιος cognatum esse.

βέρρον pro βέρρον Lacones dixisse prodit Hesych. γαβερρός, ὄρουμισθωτός Λακωνες i. e. γαβερρός, γεωργός. Nam explicatio corrupta est.

βέρρον pro βέρρον pronuntiatum esse colligas e glossis βέρρης, δραπέτης et βερρεύει, δραπετεύει.

βεστόν vel βετόν Lacones ἱμάτιον dixerunt ab ἐνυμν¹²⁾.

βέτος Laconicum erat pro βέτος, si διαβέτης; magistratus cuiusdam in recentibus titulis Laconicis nomen, recte inde derivatur, vid. Boeckh. ad C. I. I p. 611.

βήλημα pro βέλημα ab βέλω Lacones dixerunt¹³⁾.

10) Hesych. βινάς, μικράν et antea corrupte βεινάς, μικράν, praeterea βεῶς (?), μακρόθεν.

11) Hesych. βέλλα, ἥλιος καὶ ἀγῆ ὑπὸ Λακωνῶν et βελλάσεται (leg. βελασῆται, ἥλωθησεται, cf. βέλλα, ἥλιος, ἀγῆ et βέλλα, ἥλιουται).

12) Et. M. 195, 44. βέστον, τὸ ἱμάτιον ὑπὸ Λακωνῶν· οἱ δὲ βέστον Διαβέτης. Eodem referenda videitur corruptissimum Hesychii glossa: βέστον, ἴθος καὶ ὁ τῶν ἴθων ἱμπερος. Λακωνες δὲ βεστίον τὰ εἶσιν. Nam latere videntur βεστον, ἴθος et βεστιός, ὁ τῶν ἴθων ἱμπερος. Alii correxerunt βέστον, ἴθος, quod per se bonum est.

13) Hesych. βέλημα (e serie litterarum Salmabius corrigit βέλημα), κώλυμα, φράγμα ἢ ποταμῶ. Λακωνες.

βῆράνθεμον pro ἥράνθεμον ab ἥρ 14).

βιδεῖν (potius βιδῆν) Laconicum pro ιδεῖν 7).

βιδεος vel βιδουι Spartanorum magistratus quidam vocatur in titulis recentioribus, vid. Boeckh. ad C. I. I p. 609, a. Apud Pausaniam scribitur βιδιαῖος III, 11, 2 et 12, 4, apud grammaticos βειδαιοι 15). Jam vero cum hoc Laconico magistratu Boeckhiius optime comparat ιδύουσι sive ειδούσι, quo nomine μάρτυρες, ἀνίστορες vel iudices litium capitalium ab antiquioribus, praecipue in Draconis et Solonis legibus, appellabantur 16), et stirpem ιδεῖν agnoscit.

βισχύν Laconum adverbium pro ισχύν ab ἰς 17).

βιύζω vel βιούζω, quod υ in ου mutato Laconicam dialectum prodit, pro ιύζω 18), quocum ἰάχω cognatum est in Homericis dialecto digammi indicium abundans.

βίωρ, ἴως, σχεδόν· Λάκωνες. Hesych.

βοῖνος apud Cretes pro οῖνος, si recte inde deducitur Βοιόβιος N.P. in recenti titulo Cretico nr. 2576.

14) Hesych. βηράνθεμον, νάρκισσος· οἱ δὲ τηράνθεμον λέγουσι. Hoc e Τηράνθεμον corruptum esse, recte intellēxit Alberti.

15) Ann. Oxx. II, 289, 31. πᾶσα λέξις ἀπὸ τῆς βι συλλαβῆς ἀρχομένη διὰ τοῦ τ γράφεται, εἰ μὴ ἐστὶν κατὰ γλῶσσαν Λακόνων ἢ κατὰ πάθος, deinde p. 290, 2. πρόσκειται, εἰ μὴ ἐστὶ κατὰ γλῶσσαν Λακόνων διὰ τὸ βειδῖω (leg. βειδῖαι). τοῦτο διὰ τῆς εἰ διφθόγγου γράφεται. βειδῖαι λέγονται οἱ ἄρχοντες παρὰ τοῖς Λακεδαιμονίοις· βειλλοπις δὲ λέγονται οἱ μάνται (μάνταις recte vult Cramerus)· τούτο δὲ ἴσως διὰ τῆς εἰ διφθόγγου γράφει, ὃ δὲ Λιδυμοσ διὰ τοῦ ι. Hinc hauserit Eustath. 1453 seqq. Λάκωνες τοὺς ἱμάντας βειλλοπις ἐκάλουν· ὃ δὲ τοῦτο γράφας τεχνικῶς λέγει καὶ ὅτι παρ' ἐκείνοις βειδῖαι οἱ ἄρχοντες· ἀμφότερ δὲ ταῦτον αἱ ἄρχουσαι διὰ τῆς εἰ διφθόγγου παραδίδονται. — Suid. (post βιχίρες) βειδῖος ὁ ἑνδοξος, βειλλοπις οἱ λῆροι. De βειλλοπις vide Hesych. et intt.

16) Eustath. 1158, 20, Hesych. s. v. ιδῖαια (Jens. ιδῖος) et ιδύουσι.

17) Hesych. βισχύν, ισχύν, ἀπόδρα, ὀλίγον (?)· Λάκωνες. — Theogn. Oxx. II, 162, 19. εἰς ὑν λῆγον ἐπιβόημα· οὐδὲν ἐστὶν εἰ μὴ τὸ βισχύν, βαρύτερον μόνον ὄν.

18) Hesych. ἀβίηκτον (Is. Voss. ἀβινκτον e serie litterarum), ἐφ' οὗ οὐκ ἐγένετο φωνῆ ἀπελλυμένου, cf. βιουόζει, θρηγέ.

Boeckhio in nr. 2554, 126 Βοίωνα N.P. pro 'Ποίωνα corrigenti non possum adstipulari, quia in Creticis titulis ante Romanorum dominationem scriptis digamma potius non expressum quam in β mutatum est.

βορθαγορίσκος. sive ὀρθαγορίσκος apud Lacones peculiaris appellatio erat τῶν γαλαθηνῶν χοίρων ¹⁹⁾. Vocis etymon dubium est (ridicula enim ab ὀρθρος derivatur), neque Boeckhium in antiquo titulo Argivo nr. 2 ad nomen proprium Βορθαγόρας putamus recte Doricum β praeponendi morem adhibere, quippe qui multo recentior sit. Num Hesychii glossa βωρθία (Salm. βορθία), ὀρθία ad Dianam Ὀρθίαν pertineat, nescimus neque ex his omnibus ὀρθός aliquando digamma habuisse colligere possumus.

5) In mediis vocibus inter vocales additae litterae β haec exempla reperiuntur:

ἀάβακτοις, ἀβλαβεῖς Hesych. pro ἀάστος, ἀάατος, cf. ἀάατα apud Pindarum i. e. ἀΐατα.

ἀβείδω Lacones dixerunt pro αείδω ²⁰⁾, de cuius vocis digamma vid. L. I §. 35, 2.

ἀβέλιος pro αέλιος, ἥλιος Cretensium erat et Pamphyliorum ²¹⁾.

19) Hesych. βορθαγορίσκια, χοίρεα κρτα. καὶ μικρὸν χοῖρον βορθάκειο (Salm. βορθαγορίσκος). Λάκωνες, cf. ὀρθαγορίσκος (leg. ὀρθαγορίσκος), χοιρίδιον μικρόν. Athen. IV, 140, b. ἀλλὰ μὴν εὐδ' ὀρθαγορίσκει λέγονται, ὡς φησὶν ὁ Πόλλων, οἱ γαλαθῆνοι χοῖρον (cf. p. 139, b.), ἀλλ' ὀρθαγορίσκει, ἐπεὶ πρὸς τὸν ἕρθερον κενάσκονται, ὡς Περσῶν ἱστῶσι ἐν τῇ Λακωνικῇ πολιτείᾳ καὶ Διοσκουρίδης ἐν δευτέρῃ πολιτείᾳ καὶ Ἀριστοκλήῃ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ οὗτος τῆς Λακωνικῆς πολιτείας.

20) Hesych. ἀπαβοῖδωρ, ἐμμελῶς. Λάκωνες, ubi cum Guyeto corrigis ἀπαβοῖδωρ, ἐμμελῶς, pro ἀπαβοῖδως, ἀπῶδως. — Id. καλαβίς, τὸ περισπᾶν τὰ ἰσχία, καλαβοῦσθαι (cod. καλαβοῦτοι) ἐν τῷ τῆς Λεριστιδῆος ἱερῷ Ἀρτέμιδος ἀδόμενοι ὕμνοι. Si conferas καλαοῖδωρ, ἀγῶν ἐπιταλούμετος Ἀρτέμιδι παρὰ Λάκωνων, intelliges ultimis ἀνθρα glossam contineri: καλαβοῖδωρ, οἱ ἐν τῷ etc. Lacones Dianam non obscoena saltatione (de calabide vel callabide vid. Athen. XIV, 629, f. et Phot. Lex. s. v.) coluerunt, sed pulchris cantibus.

21) Hesych. ἀβέλιον, ἥλιος Κρήτης et ἀβελίον, ἥλιον (?) . Παν-

ἀβηδόνα, ἀηδόνα Hesych., quae vox cognata videtur cum αἰδῶ.

ἀβήρ, οἶκημα στοῶς ἔχον, ταμίον· Λάκωνες Hesych., quod recte referre videntur ad ἀήρ, Lesbiace αὔηρ, a ἔρ.

ἀβῶρ Lacones dixerunt pro ἠῶς, Lesbiace αὔως 22).

αἰβετός, αἰτός· Περγαῖοι· Hesych. et Et. M. 28, 7.

ἀπροβᾶσθαι, ὑπακούειν Hesych., cf. Sanscr. cṛu, audire.

γραβία ἢ γρατία, πανήγυρις· Τυραντῖνοι. In voce ceterum ignota β̄ et τ̄ permutatae produnt, hanc male pro digamma scriptam, illam inde mitam esse, cf. not. 14. 24.

δάβελος, δαλός· Λάκωνες· Hesych. δαβῆ, κάθηται· Λάκωνες (corr. δαβῆ, καυθῆ) et ἐκδάβη, ἐκασῆ· Λάκωνες (corr. ἐκδαβῆ, ἐκκαυθῆ), cf. δαυλός Sophr. Et. M. 246, 35, Ionicum δαυλός, Alcmanis δαδῖός (vid. nr. 1) et participium δεδαιυμένος.

ἐβάω pro ἐάω Lacones et Syracusani habebant 23).

θαβακός, θακός Hesych.

λαῖβα scutum vocabatur a Cretibus i. e. λασιά, quia laeva manu gestabatur 24).

φύλοι, unde corrigendum est βαβίλιος Pamphyliarum; quod literam β̄ praeponendi praecepto pessime abusus vel Eustathius vel librarius scripsit, vid. not. 7.

22) Hesych. ἄβωρ, βοή ὡς Λάκωνες, corr. ἀβῶρ, ἠῶς· Λάκωνες. Ad eosdem pertinet μργάβωρ, λυκόφως i. e. μωγηῶς, quod docet σ bis in ρ mutatum vid. §. 8. Deinde ejusdem stirpis apud Hesychium sunt ἀβῶ, πρωτῆ· Λάκωνες et ἀβάσαι, ἀριστήσαι. Minus recte olim Alcmani fr. 70 Schn. ἀβῶς obtuseram.

23) Et. M. 308, 27. ἔβασον ἀντὶ τοῦ ἱασον, συγχώρησον· οὕτως Συρακούσιοι καὶ Λάκωνες· γίγνησι δὲ πλεονασμῷ τοῦ β̄. τὸ γὰρ ἱασον ἔβασον λέγουσι καὶ τὸ ἱαται ἔβασαι (leg. ἱᾶτε, ἔβᾶτε) καὶ τὸ ἱα ἔβα. — Hesych. ἔβασον, ἱασον· Συρακούσιοι. — J. Gr. de Doride 243, b. τὸ ἱα ἔβα, τὸ ἱασον ἔβασον, pro quibus libri Gregorii Cor. 354 et Meerm. 658 male τὸ ἱα εἶα, τὸ ἱαντὸν εἶασον. Suid. ἔβασον, ἱασον.

24) Hesych. λαίβας, ἀσπίδας· Κρητες et λαῖβα, ἀσπίς, cf. λαῖφα, ἀσπίς, ubi digamma in φ transiit, et λαῖτα, πῖλητη, quod e λαῖτῆ corruptum videtur.

ὄρωβω pro ὄροω Pamphylii vid. not. 7.

φάβος pro φάος Pamphylii, vid. not. 7.

ἄβτα, τὰ ἄα Ἀργεῖοι Hesych., cf. ἄεα apud Epicharmum 113 et eñim.

ἔξωβάδεια, ἐνώτια Ἀρκάδες Hesych. ab οὖς, οὐατος.

6) Digamma ante sequens ρ Lesbiaco more in β mutati apud Dorientes nē ullam quidem exemplum reperitur. Contra unum adest ejusdem mutationis ante sequens λ. In Phaestiorum vel Gortyniorum agro a Strabone locus quidam Ὀλύσσην commemoratur cum varia lectione ὁ Ἀλίσση, cf. Hoeck Creta I p. 410. Eandem Stephanus Byz. vocat Λισσής idque ipsum in Hom. Od. γ, 293 legit pro vulgato λισσῆ. Postremo ex Eustathio et scholiis ad Homericum locum discimus, apud recentiores Cretes idem nomen sonuisse Βλισσῆ vel Βλισσῆν²⁵). Itaque apparet, varias ejusdem nominis formas esse Λισσῆν, Ὀλυσσῆν, Βλισσῆν (ut eam terminationem praeferamus, quae certior videtur), quae quin ex antiquo Φλισσῆν orta sint, vix dubitabit, qui repertaverit, quae infra comparabimus. Eodem forsitan traxeris Hesychii glossam ἄβληρα, ἦλια i. e. αὔληρα, quo Epicharmus secundum Et. M. 393, 4 pro εὔληρα usus est, nisi scribentis lapsu Hesychium in errorem inductum esse putes.

Post aliam consonantem β e digamma ortum est in

25) Strab. X. p. 733. Γορτυνίωσ δὲ ἴσται καὶ τὸ ῥίτιον σὺν τῇ Φαιστώ καὶ Ὀλύσσην δὲ τῆς Φαιστίας. — Steph. Byz. s. v. Φαιστιάδος ἴσται δὲ Φαιστιάδος καὶ ὁ καλούμενος Λισσῆς. Ὅμηρος ἴσται δὲ τις Λισσῆς αἰπιῶ τε εἰς ἅλα πέτρα. — Eustath. 1468, 38. Λισσῆ δὲ πέτρα ἣ ἡ λεία ἣ ὀνοματικῶς οὕτω λεγομένη κατὰ τι κύριον ὄνομα. παρὰ δὲ γε τοῖς Κρησὶ βλισσῆ σὺν τῷ β̄ κατὰ τοὺς παλαιούς. ἴσται δὲ ἀκρωτήριον τῆς Γορτυνίας. Κράτης δὲ, φασὶ, σὺν τῷ ν̄ γράφει βλισσῆν (potius Λισσῆν) καὶ δουῖ κατὰ εὐθείαν ἀρσενικῶς προσφέρειν ὁμοίως τῷ σωλῆν. — Scholl. Q. Od. γ, 293. τινὲς δὲ κύριον ὄνομα τῆν νῦν Βλισσῆν καλούμενην (Vulg. ἣ κατὰ μεταπλασμὸν εἶπαι τὸν νῦν παρὰ τοῖς Κρησὶ σὺν τῷ β̄ Βλισσῆ); Q. et Vulg. ὁ δὲ Κράτης σὺν τῷ ν̄ γράφει Λισσῆν (leg. σὺν τῷ ν̄ Λισσῆν).

Syracusana voce *ὀλβαχάιον*²⁶⁾ (ita omnibus perpensis scribendum videtur) ab *οὐλαί, ὀλαί, mola*, quas vox non minus ex *ὀλβαί* prodiit; quam *γουνός, γονός e γονΦος*.

7) Rarius digamma apud Dorienses in alias literas mutatum est. Creticum oppidum *Φάξος* (vid. nr. 2) apud Seylacem p. 19 *Πάξος* vocatur; in Hesychiana glossa *ἀμπίσαι, ἀμφίσαι· Λάκωνες* eo minus recte *ἀμπί* pro *ἀμφί* agnoverunt, quod verbum *ἐννυμι* aut digamma instructum est aut spiritu aspero, sed verius Meibomius vidit, per rariorem apocopen ex *ἀμφί* factum esse *ἀμ* (cf. §. 42). Itaque *ἀμπίσαι* est pro *ἀμφίσαι*. Eandem mutationem agnoveris in Laconico *ἐπιλλάζειν* pro *ἐκαλησιάζειν*, si id cognatum habere licet cum *ἀλία, ἀόλλης a Fellw*.

Interdum digamma in *o* abiit, quod factum vidimus in *Οἰτύλος* (vid. nr. 4 s. v. *Βέτυλος*), in *Ὀαξος* pro *Φάξος* (vid. nr. 2), quod nomen Stephanus Byz. s. v. recte ab *ἄνυμι* derivare videtur, in *Ὀλίσην* (vid. nr. 6), quibus addendum est *δοάν* pro *δήν*, quod ex Alemane affertur in Ann. Bekk. 949, 20. Constat enim *δήν* apud Homerum vestigia habere digamma post *δ* omissi. Simile est apud Hesychium *ἄρσαν, τὴν ἀρόσον· Κρήτες*, ut Homericum est *ἔέρση* pro *Φέρση, ἔρση*.

Digamma Lesbico more in *v* mutati, unicum exemplum reperio nomen proprium *Λαναγήτα* in recenti titulo Laconico C. I. 1466. Nam *λαός* non minus digamma medium habuisse videtur quam *ναός*, quod Lesbii *ναῦος*.

Valde memorabilis digammi mutatio est in *τρεί, σέ· Κρήτες* Hesych. pro antiquo *τρε* (Sancr. *τρα*); nihil enim corruptelae subesse docet alia glossa *δεδροικώς, δεδοικώς* (pro *δεδφοικώς*, ut Homerum pronuntiasse constat), quam aequae Creticam existimamus.

26) Hesych. s. v. *εὑπλοτον*: *οὐλοχίτας τὰ κωῶ, ἃ οἱ Λυρμεις ὀλαχίτα*. — Id. *ὀλβάχιον, κωῶν Λιωλόχος* (Siculus). — In Et. M. 257, 52 et Suid. s. v. *δερβιστήρ* (vid. not. 7) scribitur *ὀλβάχιον*, in Et. M. 621, 20. *ὀλβαχιον*. — Conferas Hesych. *οὐλοχόιον, ἀγγειον εἰς ὃ αἱ οὐλαὶ ἐμβάλλονται* et *ληχοῖον, κωῶν οὐλοχόιον*, ubi recte Taylor emendat *ὀλβόχιον, κωῶν οὐλοχόιον*.

8) Saepe apud Hesychium voces, quas digamma instructas fuisse, aut certum aut probabile est, literam γ in fronte habent. Jam pridem inter doctos viros disputatum est, utrum errore quodam vel Hesychii vel unius ex iis, quos exscripsit, pro digamma similis litera gamma exarata sit, an dialectus quaedam γ pro digamma pronuntiaverit. Hanc opinionem recentiore tempore amplexi sunt: Buttmannus Lexil. II p. 161 et Giesius de dial. Aeol. p. 293 seqq. Quibus hoc concedimus, fieri potuisse, ut aliqua Graecae linguae dialectus digamma in γ mutaret, sicuti Franco-Galli e vastare fecerunt gâter; ceterum contrariam sententiam probamus. Primum enim, ipso Giesio monente, miram esset, ni Hesychius, qui tantum reconditae doctrinae e dialectis servavit, ipsius digamma neque abjecti neque in alias literas mutati vestigia quaedam teneret; deinde nemodum docuit, cujus dialecti ista mutatio fuerit, et glossae illae Hesychianae potius diversarum dialectorum peculiarem indolem prae se ferunt, modo Lesbiae vid. L. I. §. 5, 2, modo Boeoticae vid. ibid. §. 35, modo, ut mox docebimus, Doricae, ita ut eadem voces interdum e diversis dialectis repetitae sint, ut γέαρ et Boeoticum γλαρ, Lesbicum γέμμα et Laconicum γῆμα pro εἶμα, γέτος et Laconicum γέτορ. Jam vero neque eas dialectos digamma in γ mutasse constat, neque alia quaedam cogitari potest, quae et hanc mutationem propriam habuerit et diversissimarum dialectorum naturas conjunxerit. Praeterea notatu dignum est, quod nulli harum glossarum dialecti significatio addita est. Itaque haustae videntur e glossario aliquo, quod variarum dialectorum voces originis indice non addito congestas praebebat. Quod vero eae glossae ad literam initialem γ relatae sunt, ejus quem Hesychius exscripsit potius consilio quam errore factum videtur. Qui quum dubius haberet, quem locum obsoletae literae inter reliquas tribueret, haud multo absurdius gamma et digamma promiscua habere constituit, quam qui in vernaculae linguae lexicis a et á, o et ó, u et ú simili ratione conjungunt. Postea

eo facilius ubique γ pro *F* scriptum est. Quanquam non multum refragor, si quis incitiae ejus, qui istas glossas in ordinem alphabeticum redegit, errorem assignare malit; certe subinde non minus τ pro *F* scriptum mox videbimus.

Jam quum haud paucas ex his glossis Doricas esse certum sit, plures probabile, omnes hic enumerando, quo melius res appareat, nihil absoni facturi videmur. Eas solas omittemus, quae corruptiores vel incertiores sunt, quam ut quidquam inde colligas. Digamma tacite pro γ reponemus.

Φάδεσθαι, ἡδεσθαι. — *Φάδεται, ἡδέται.* — *Φάδονται, εὐφραίνονται.* — *Φανθάκειν, ἀρέσκω.* — *Φαδεῖν, χαρίσασθαι.* — **Φαδεδᾶν, χαιρεῖν.* — **Φαδεῶ, χαρά.* — *Φάσσαν, ἡδονήν.* — *Φᾶδος* * * ὄξος vid. intt. — Postremo ad eandem radicem pertinere videtur *Φάδιξις* (ut recte Salmasius pro *γάδιξ*), *ὁμολογία*, cf. *ἄδιξις, ὁμολογία παρὰ Ταραντίνοις.* Ut igitur haec glossa e Tarentinorum dialecto desumpta est, ita reliquae Doricae esse videntur.

Φαίνυται, αἰνυται e Thierschii emendatione pro *γαίνυται, ἀνύει.*

Φακτός, κλάσμα a Φάγνυμι.

Φάλλοι, ἤλοι, Lesbicum vid. L. I §. 8, 8.

Φάλι (fort. *Φάλις*), *ικανόν* pro *ἄλις.*

Φατάλαι (fort. *Φατελαί*), *οὐλαί.* Apud Homerum neque *ὠτειλή* neque *οὐτάω* digammi indicia habent, sed *ῶ* vel *οῦ* e *Φα* orta videntur ut in *ῶνος, ὠνέομαι*, quae voces et ipsae digamma carent, cf. venum.

Φέαρ, ἔαρ et *Φίαρ* (cod. *γιαρες*), *ἔαρ*, hoc Boeoticum, vid. L. I §. 38, 2.

Φέκαλον (cod. *γέγαλον*), *ἥσυχον.* — **Φέκαθα, ἐκοῦσα.*

Φέλαν, αὐγὴν ἡλίου. — *Φελοδυτία, ἡλιοδυσία,* ubi τ pro σ Doricam dialectum prodit, vid. §. 6, 6.

**Φέλλαι, τίλαι* et *Φελλίξαι, συνειλήσαι*, fortasse etiam *Φελλίξεν, γαργαρίζεν* et **Φελλίκη* (ubi ordo literarum

duplicem liquidam postulat) *ἐλιξ*, quibuscum conferas *ἐλλίξων*, *ἐλλων*, quam ad stirpem pertineant, dubium est. Explicatio per *ἐλλω* de Latino vello cogitari jubet, *συνειλῆσαι* de *εἰλω*, *ἐλιξ* de *ἐλίσσω*.

Ἐέλουτρον, *ἐλυτρον* malo Laconicum habere (vid. §. 18) quam Boeoticum, quum Hesychius ὕ in *οὔ* mutati Boeotica exempla nulla servaverit. Nam *οὔμαι*, *ὕμέτεροι*, quod Boeotis dedi L. I §. 38, 3; et ipsum Laconicum est. Boeotice *σομαρετ οὔμη*.

Ἐέννος; *ἀρχαῖος* pro *ένος* propter duplicem liquidam Lesbiacum videri potest, vid. L. I §. 8, 12. Antiqui digamma indicium faciunt hiatus in *τετραετής* et Hesychii glossa *φέννος*, *ἐνιαυτός*.

Ἐέργανα, *ἐργαλεῖα* pro vulgari *ὄργανα*.

Ἐέρρω, *ἀπόλωλα*. — *Ἐερρητηρία* (*γερητ.*), *ἀπώλεια*.

Ἐέμματα, *ἰμάτια* Lesbiacum est vid. L. I §. 8, 3; contra *Ἐήμα*, *ἰμάτιον* severioris Doridis, vid. infr. §. 20. Doricum videtur etiam *Ἐεστά* (ut corrigimus pro *γεστία*), *ἐνδυσίς μέλη* (?), *ἰμάτια*, cf. supr. nr. 4 *βεστόν* et Hesych. *ἔστά*, *ἐνδύματα*. Incertioris dialecti sunt *Ἐεστρά*, *στολή* et *Ἐεῖθρον*, *ἐνδυμα*.

Ἐέτος, *ἐνιαυτός* et *Ἐέτορ* (cod. *γέτορι*), *ἔτος*, aperte Laconicum.

Ἐήθεα (*γήθια*), *ἦθη*.

Ἐηλιόμενοι, *κατεχόμενοι* certissime est severioris Doridis pro *εἰλούμενοι*, vid. §. 20 et §. 26. Inde grammaticus male finxit infinitivum *Ἐηλιᾶσθαι*, *κατέχεσθαι*. Melius se habent *Ἐήλεσθαι* (ut corrigimus pro *γήνεσθαι*), *κατέχεσθαι* i. e. *εἰλεσθαι* et *Ἐηλομένως* (ut scribendum videtur pro *γηλουμένους*) *συνειλημμένους*.

Ἐια, *ἄνη* i. e. *ια*.

Ἐιμβάναι, *ζεύγανα* (?), cf. *ἴμψας*, *ζεύξας*. *Θεταλίοι* et *ἴμψιος Ποσειδῶν*, ὁ *ζύγιος*. De stirpis hujus digamma praeterea non constat.

Ἐιν, *σοί* (num. οἶ?). — *Ἐίο*, *αἰτοῦ*. — *Ἐοί*, *αἰτώ* (cod. *γοιαντώ*). — *Ἐῶ*, *ἔαντώ* (?), *ἰδίω* καὶ *σῶ* (ῶ?).

Priora plane sunt Dorica et *Flo* quidem Tarentinorum, vid. §. 32. Minus recte *Flo* Boeoticum diximus L. I §. 35.

Ἔϊσαι, *γορήσαι* i. e. *εἶσαι* et

Ἔϊπον, *εἶπον* Boeotica sunt, vid. L. I §. 40, 3.

Ἔϊς — — *ἰσός* et *Ἔϊσχύν*, *ἰσχύν*.

Ἔϊσγον, *ἴσον* (Gayet. *Ἔϊσεν*, quod esset Lesbicum, vid. L. I §. 9).

Ἔϊστία, *ἰσάρα* (ut recte corrigunt pro *ἰσάρα*) est *Vesta*. Doricum est *ἰστία* pro *ἰστία*, vid. §. 17. Eodem pertinet *Ἔϊστῶ*, **κένσσαι* pro *ἰστῶ*.

Ἔϊστῆαι, *ἰστουργοί* cf. *ἰστία*, ἡ ὑφαίνουσα γυνή, quanquam *ἰστός* apud Homerum digamma caret.

Ἔϊτέα, *ἰτέα*, cf. *vitex* et *Ἔϊτος* L. I §. 5, 2.

Ἔϊθῆα, *οἶδα* (vid. Schow.). — *Ἔϊθῆμι*, *ἐπίσταμαι*, quod est Aeolicum vid. L. I §. 26, 3. — *Ἔϊσάμεν* (ut scribimus pro *ἰσάμεναι*), *εἰδῆναι* Doricum est vid. §. 39.

Ἔϊνός, *οἶνος*. — *Ἔϊνάκες*, *βλαστοί* sc. *ἀμπέλου*. — *Ἔϊνάρυτις* (ut emendamus *γυναιτύτις*), *οἶνοχόη*, cf. *οἰήρυτις*, *ἀγγεῖον* ὡς *κοτύλη*, μεθ' οὗ τὸν οἶνον ἀντλοῦσιν, Doricum est propter *τ* pro *δ*. — *Ἔϊνέες*, *κόρακες* cf. *οἶνός*, *γένος κόρακος*.

Ἔϊτός — — *κῆθος* pro *οἶτος*, quanquam haec vox apud Homerum digamma caret.

Ἔϊλαμός, *διωγμός* fortasse pro *οὐλαμός*.

Ἔϊρτυξ, *ἔρτυξ*, de cujus vocis digamma praeterea non constat.

Ἔϊράνα (ut corrigo pro *γόρανα*), *ἀγκυλή*, *ἀντιλαβείας*, cf. Sanscr. *vah*, vehere, ferre.

In medio vocabulo *γ* fortasse pro digamma est in *ἀγατάσθαι*, *βλάπτεσθαι* et *ἀγάτημαι*, *βέβλαμμαι* ab *ἀγάτα*, Pind. *αῦάτα*, vulg. *ἄτη*. Omisimus et alia, quae nimis incerta videntur et *γάμμοροι*, *ἀμέτοχοι*, *ἑστερημένοι*, cf. Suid. *γάμβορος*, *ἀμέτοχος*. Nam neque persuadere nobis possumus, ullam dialectum *α* privativo digamma praeposuisse et id ipsum, quod apud Suidam eadem glossa reperitur, aliam quandam rationem latere indicat. Deinde

γένετο, κοιλία non Graeca vox esse videtur sed Latinum venter.

Apud alios praeter Hesychium grammaticos una vox γρῖνος pro ῥινός in dialecto quadam γ̄ praefixum habere dicitur, Herodiano haud dubie auctore 27), id quod Giccius ad suam sententiam confirmandam multum valere arbitratur, quum Homericum ταλαύριμος vocem ῥινός olim digamma habuisse ostendat. At etiamsi durio rem consonantium conjunctionem Fq aliquando in γρ transisse concedamus, cuius permutationis similis est in βλέφαρον et γλέφαρον, non credimus tamen eodem jure digamma ante vocales in γ abisse. Erat autem γρῖνος, si Eustathius recte de accentu praecipit, Lesbianum.

Rarius apud Hesychium τ̄ pro digamma scriptum reperitur. Talia vidimus τηράνθεμον pro Φηράνθεμον not. 14, λαικά pro λαίφα not. 24, γραιτία pro γραιφία, vid. nr. 5 s. v. γραιβία. Accedunt glossae τραγαλέον, διερωγότα et τρηγαλέον, διερωγότα pro ῥωγαλέος a Φηγγυμι. Alias casu quodam ea litera initia vocis adhaesisse videtur ut in τέπτα; ἔπτu.

9) His omnibus perpensis haec de digammi apud Dorienses usu judicanda sunt:

Antiquissima Doris, qualis apparet in antiquo titulo Crissaeo, digamma etiam in mediis vocabulis ibi servavit, ubi ne Boeoti quidem, recentiores certe, ceterum digammi prae reliquis Graecis tenaces, ut in κλέφος et αἰφῆσι, quae antiquitus digamma habuisse docent cognata κλύω, cluo celeb-er et aevum, ewig. Nec minus Δῖφι est in Argivorum galea, cf. Jovis; Δίφας in antiquo vase,

27) Choerob. Ann. Oxx. II, 188, 9. πᾶσα συλλαβὴ ἀπὸ τῆς γρῖ ἀρχομένη ἀποστρέφει τὴν εἰ διφθογγον· οἷον γρῖντις ὁ βυραεὺς, γρῖνος (leg. γρῖνος) τὸ δέρμα etc. Similiter Et. M. 241, 46, nisi quod scribitur γρῖντις ὁ οὐρανός, γρῖνος τὸ δέρμα. — Eustath. 1926, 55. ὅτι δὲ καὶ σὺν τῷ γάμμα προσπερισπωμένως λέγεται κατὰ τινὰ γλωτταῶν γρῖνος, ὅμοιοι ὁ τεχνικός, ἔνθα λέγει — γρῖντις ὁ γραιπύς. — Hesych. γρῖντις, βυραεὺς et γρῖνος, δέρμα. — Verum est γρῖντις, βυραεὺς.

δάβιος apud Alcmanem. Jam sensim litera Graecis auribus male sonans abjici coepta est et primum quidem in mediis vocibus, ita ut jam in Hieronis galea *Δι* scriptum sit et in Amphictyónico decreto a. 400 scripto ne in fronte quidem vocabulorum servetur. Aliquanto diutius apud Lacones potissimum et cognatos Italiotas atque Cretenses haesit, id quod maxime apparet e tabulis Heraeleensibus quarto saeculo exeunte exaratis. Sed hic neque in media voce usquam conspicitur excepto composito *Ἐφηθηλιωννι* (contra *Ἡρακλειδας* a κλέος, *ἄει* et adeo *πενταέτης* a *ἔτος*, ut ibidem scriptum est) et in nonnullis stirpibus digamma initiale evanuit, quanquam e contrario in *ἔξ* et derivatis pleonastice additur.

Apud eosdem, qui severiore Doride utuntur, Lacones, Cretenses, Italiotas, praeterea Pamphylios et rarius apud Argivos atque Syracusanos saepe antiquum digamma in *β* abiit. Reliquorum enim praeter Lacones haec exempla habemus.

Cretensium: *ἀβέλιος*, *λαίβα* apud Hesychium; *Βισσὴν* scholiasta Homérico teste a Cretibus sui temporis pronuntiabatur, *Βαναξίβουλος* et *Βοινόβιος* sunt in recentibus titulis post nostram aeram scriptis. Praeterea *β* pleonastice additum est in glossis Hesychianis *βαλικιώτας* et *βυσκαρίζεν*.

Italiotarum est *βάννας*, Tarentinorum *βειλαρμόστας* et *γραμβία* apud Hesychium.

Pamphyliorum *ἀβέλιος*, *φάβος*, *ὄρουβω*, Pergaeorum *αἰβετός* Heraclide et Hesychio auctoribus.

Argivorum *ᾠβεα* apud Hesychium.

Syracusanorum *ἔβασον* et *ὀλβαχόϊον* pluribus testantibus. Jam vero duplex de his opinio concipi potest, aut literam *β* sono nihil mutato obsoleti digamma vicem suscepisse, aut vere digamma etiam pronuntiatione in *β* mutatum esse. Illam, qui nuper de ea re loquuti sunt, omnes amplecti videntur; nobis haec magis probatur. Apud Lesbios simili modo digamma ante initiale *ρ* in *β*, post vocales in *υ* mutari vidimus, eamque mutationem

non orthographicam sed dialecti fuisse demonstrare studuimus. Quae si recte iudicavimus, non aliter de hac Doriensium mutatione iudicandum est, qui car sono non mutato signum temere mutaverint, non magis intelligitur. Praeterea car *ἄβως* scriberent, ubi Lesbii *ἄως*, nisi inter pronuntiationem interesset? Neque doctissimi grammatici, Herodianus et Heraclides (vid. not. 7) compertam habebant, illud β digammi vicarium aliter pronuntiarum quam vulgarem literam. Et videtur idem glossographus ut diversas ejusdem vocis scripturas commemorasse βηράνθεμον et *Ἡηράνθεμον*, γραιβια et γραιβια.

Quo vero tempore eam mutationem factam existimamus? Ab Italotis usque ad quartum a. Chr. saeculum ipsum digamma scriptum fuisse constat nec prius apud Lacones et Cretenses obsolevisse credimus. Proximis saeculis tituli et Laconici (quanquam his minus in hac re uti licet, quia proprietatis Laconicae omnino expertes sunt) et Cretici neque digamma neque vicariam literam β exhibent. Haec saeculo demum post nostram aera in nominibus quibusdam propriis conspicitur. Eodem fere tempore grammatici vixerunt, qui de hoc Doriensium more tradiderunt, Heraclides, Herodianus et Pamphilus, unde Hesychius sua haec omnia hausisse videtur, id quod semel apparet, vid. not. 8. Nam ad antiquiores grammaticos, ut ad Aristophanis glossas Laconicas, quibus Pamphilus usus erat, num qua eorum referenda sint, incertissimum est.

Accedit disertum de recenti ejus mutationis origine testimonium. Scholiastes Homericus (vid. not. 23) suo tempore a Cretibus *Βλισσην* pronuntiarum tradit (quod quum Eustathius apud veteres se reperisse dicit, ipsam hunc scholiasten intelligit). Qui quis fuerit et qua aetate vixerit quanquam obscurum est, attamen vix ante secundum post nostram aera saeculum vixisse videtur. Strabo certe eundem locum *Ὀλισσην* vocavit, digammi vi per vocalem *ο* expressa, Crates Mallotes, Aristarchi adversarius, digammi omissio *Λισσην*; male enim apud Eustathium huic

Βρισχόν tribuitur: Comparas Phrynichum; qui et ipse sub M. Antonino floruit, in Anecd. Bekk. p. 67., 15: *ῥρισχος, ὃ διαφθειροντες οἱ ἰδιῶται βρισχον καλοῦσι*, unde apparet, ea aetate adeo geminum ὄ initiale in plebis ore in β corruptum esse.

Quomodo autem conciliari potest, quod digamma novissimis ante nostram aeram saeculis obsolevisse et abjectum esse videtur; deinde paululum mutato sono quasi revixisse? Rem satis miram hac ratione explicaverim. Post quartum saeculum rudior digammi sonus ab hominibus paullo elegantioribus, urbanis fortasse omnibus, respici coeptus erat; quare ne in Cretensium quidem publicis decretis, quanquam antiqui situs plenis, conspicitur. Haeserat tamen apud rusticam plebem, sed paullo crassior et durior factus. Inde et grammatici Hadrianae aetatis popularium dialectorum cognationem hauriebant (nullum enim indicium adest, apud scriptorem aliquem illud β lectum esse praeter unicum *ὀλβαχόνον*, quod e Dinolocho, Epicharmi successore, affertur); inde etiam in linguam Neo-Græcam digammi reliquiae quaedam pervenerunt.

Sed ex quo tempore certus digammi usus labare coepit, ita ut modo servaretur, modo abjiceretur, ut fit in tali oris dubitatione, interdum etiam recens additum est. Ita in *Ἐξ* pro *ἔξ* ejusque derivatis apud Heracleenses, deinde in *Ἐστία* et *Ἐδῆτος* (nr. 8), si recte Hesychio usi sumus, postremo in Laconico *βαγίς*, Creticis *βαλικιώτας* et *βασκαρίζειν*, ubi aut ipsum β simili ratione affixum est, aut digamma, quod primo additum erat, postea in β transiit.

De consonantibus.

§. 6.

De τ pro α.

1) Inter consonantium mutationes eam primo loco commemorandam ducimus, quae et omnibus Doriensibus communis est et magis quam ulla alia Doridem a pleris-

quæ reliquis dialectis distinguit. Et grammatici ¹⁾ quidem testantur, haud raro apud Dorienses τ pro vulgari σ reperiri; reliquis vero fontibus comparatis et re diligenter perpensa accuratius praecipere licet, antiquum τ, saepe ab Ionibus, Atticis, Lesbiis in σ mutatam, apud Dorienses plerumque immutatam teneri.

2) Praecipue id factam videmus in medijs vocibus ante sequens iota et frequentissime quidem in verborum personis tertijs, quæ valgo in σi exeunt, vel singularis vel pluralis, ut φασι pro φησί, δίδωσι, εἰπικοντι, τιθέντι, quibus de formis accuratius disputabimus infra §. 35. 38. Ceterum τ in iis omnibus antiquum esse docet Boppius *Vergl. Gramm.* §. 456 seqq.

3) Deinde τ servatur in adjectivis antiquitus in τιος exeuntibus, qui nos quum a grammatico πλούτιος, ἐνιαύτιος, πλατίος pro πλούσιος, ἐνιαύσιος, πλησιός (cf. πλοῦτος, ἐνιαυτός et ἀπλήτος) afferente Laconibus tribuatur ²⁾, ne a reliquis quidem Doriensibus alienus est. Nam ἐνιαυτικά legitur in decreto Amphictyonum nr. 1688 l. 44. (contra κακενιαύσιος in decreto Gelensium paullo recentiore), πλατίον Epich. 72, Theocr. V, 28. X, 3, idem cum derivatis πλατιάζω, πλατιασμός saepius in Pythagoreorum, quæ feruntur, scriptis, ut Stob. Flor. I, 67. XLVIII, 62. XLIII, 93. LXV, 16. πλατιή Epimenid. vid. §. 44.

4) Non minus τ servatur in substantivis, quæ ab

1) Apollon. de synt. 50, 23. ἡ γὰρ διάλεκτος (Δωρικὴ) κατάπικνος ἐπὶ τὴν τοῦ τ̄ χρῆσιν, προτί, λέγοντι, φαντί, πέρντι, τν̄, ἄλλα μυρία. — Ann. Oxx. I, 147, 27, ubi Dorica afferuntur φασι, τίθησι, φαντί, λέγοντι, εἰκαστι vel εἰκαστιν, cf. Et. M. 300, 48, Gud. 213, 48. 57; Ann. Oxx. I, 351, 12. 21, ubi ποτί et male τός (potius τός) pro σός, cf. Et. M. 685, 25, Gud. 477, 32.

2) Et. M. 156, 16. οὐ γέγονε δὲ τὸ πλησιός παρὰ μέλλοντα. οὐ γὰρ Λάκωνες τὰ παρὰ μέλλοντα εἰς τ̄ οὐ τρέπουσιν, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ τ̄ εἰς τὸ σ̄ ἐνιαυτός, ἐνιαύσιος, ἐνιαυτίος λέγουσιν ὑπόμνησιν δόντες τοῦ προτέρου τ̄ πλοῦτος, πλούτιος, πλούσιος (leg. πλούσιος, πλοῦτιος), τὸ δὲ πλησιός ἀπλήτιος (potius πλατίος) λέγουσιν, ὥστε οὐ παρὰ μέλλοντα.

origine adjectiva sunt. Ejus generis est mensis nomen Ἀρταμίτιος (a Dorico genitivo Ἀρτάμιτας, vid. §. 31) in Cret. 3052 sive Ἀρτεμίτιος, ut est in Coreyr. 1845 et multis Siculis apud Torremuz. XV, 10 seqq., et promontorii Artemisii appellatio Dorica Ἀρταμίτιον Lysistr. 1251 vel Ἀρτεμίτιον, qua forma usus est Philistus Ἰωὺς Δωρικῶς secundum Stephanum de urbb.; postremo Ἀρτεμίτιον, Dianae fanum, in Acrensi titulo Goettlingii nr. 3; ubi promiscue Ἀρτεμίσιον vocatur, nescio an ejus, qui descripsit, errore. Deinde Stephanus Byzantius Ἀφροδιτία vocat Laconicae oppidum eamque formam apud Thucydidem IV, 33 reperisse videtur, ubi nomen Ἀφροδιτία legitur, ut Ἀφροδιτίας apud Pausaniam III, 22, 9 et eundem Stephanum in iis, quae proxime antecedunt. Mulieris nomen Ἀφροδιτία pro Ἀφροδιτία in Cyrenaico titulo breviorē restituendum videtur. Ἀφροδιτία est in Herm. 1211, Ἀφροδισίον, Veneris templum, Acr. 3.

Eadem Doridis proprietas spectatur in nominibus gentilibus. Selinuntis incolae se ipsi appellabant Σελινούντιοι, ut est in nummis, vid. Mionn. Descr. I p. 286, non Σελινούσιοι, quam nominis formam cum altera illa commemorat Stephanus; Opuntis Loericae incolae in nummis et C. I. 1752 audiunt Ὀπούντιοι, non Ὀποείσιοι, quae de forma vid. Steph. Byz. et Eustath. 277, 12; Siduntis, Corinthii vici, incolae Stephano teste Σιδούντιοι appellabantur, Oenuntis Laconicae Οἰνούντιοι, Pyxuntis in Magna Graecia Πυξούντιοι, Olontis Creticae Ὀλούντιοι secundum Stephanum, rectius Ὀλόντιοι in Cret. 2554, etc. Subinde Stephanus duplices formas affert, ut Φλιούντιοι et Φλιούσιοι vel Φλιάσιοι, Ψαμαθούντιοι et Ψαμαθούσιοι in Laconica, Σελινούντιοι et Σελινούσιοι; quarum priores apud ipsos incolae Doricos in usu fuisse certum habemus.

5) Tum huc pertinent numeralia ordinalia cum ἑκατον composita, ut διακάτιοι, τριακάτιοι pro διακόσιοι, τριακόσιοι etc., de quibus infra accuratius exponemus §. 34. Sed jam hic monere placet, primum in altera tabularum Heracleensium vulgares formas Doricis intermixtas esse,

ipsum senatum apud Lacones et Cretes *γεροντιαν* vocatum esse. Sed quum in iisdem glossis *γερωία* et *γερωία* ut aliae ejusdem vocis formae afferantur quinque Atheniensium senatus a praetore Laconico in Aristophanis *Lysistrata* v. 980 *γερωχία* appelletur, plerique Kustero praecunte pro variis istis formis *γερωία* sive *γερωία* restituendum censuerunt (cf. Giese p. 317), quod e *γερουσία* iisdem Laconicis mutationibus factum esset, quibus *μῶα* sive *μῶά* e *μῶσα*. Nosmet non credimus, quia *γερουσία* vel *γερωσία* a genuina Doride alienissimum est. Potius aliis quibusdam Hesychii glossis comparatis ⁵⁾, recte apud Aristophanem *γερωχία* scribi idque ipsum Hesychio reddendum esse arbitramur, ita ut *γεροντία* a Laconibus etiam *γερωχία* vocata sit i. e. *γερουχία*, ut apud Messeniōs (vid. Suid. s. v. *τιμοῦχος* et *Ἐπίκουρος*), Naueratitas et Massilienses summus magistratus *τιμοῦχος* erant. — Ceterum recentiores tituli etiam in talibus σ habent, ut *ἐπιεργεσία* Calaur. 1188, Rhod. 2525, b, *ἐκκλησία* ab *ἐκκλητος* in Chal. 1567, Delph. 67 R. et male in decreto Laconico Thucyd. V, 67.

7) Raro abstracta feminina in τος apud Dores exant, quae vulgo in σος. Ita *δῶτις* in titulo Amphictyconico nr. 1688 pro *δόσις* esse videtur cf. Hesych. *δῶτις*, *δῶς*, *φέρνη*; *Φοινάριτις*, *οὐνήρουσις* Hesychio restitui-mus §. 5, 8; *ὑποφαύτις*, quod Pind. P. II, 76 Boeckhius e conjectura dedit, valde dubium est. Olim omnia haec substantiva τ habuisse et Sanscrita lingua docet et aliae quaedam reliquiae in reliquis dialectis ut *γατις*, *μητις*, *πίστις*, *ἄμπωτις* pro *ἀνάπωσις*. Plerumque Dores cum reliquis Graecis terminationem σος communem habent.

Postremo haec singulae voces accedunt, quae anti-quum τ ante sequens iota seruarunt: *Ἔλικατι*, *Ἔλικατι*, *βέλκατι*, *εἴκατι* pro *εἴκοσι*; ita tamen ut in titulis ter-

5) Hesych. *γηροχίταις*, ὑπὸ γήρας ὀχίταις ἢ γήρας τῆς ἀρχῆς ἔχει et *γηροκίταις*, *γεροντίταις* leg. *γεροχίταις*, uti et in priore *γερο-χίταις* scribendum videtur.

tium saeculum non superantibus vulgaris forma reperitur, vid. infr. §. 34 (cf. Sanscr. *vinçati*, Lat. *viginti*, Goth. *tvāitigjus*); *πέρουτις* vel *πέρυτις* ⁶⁾, hoc in Periandri epistola Diog. L. I, 99, pro *πέρουσι*, quod adverbium e *πρό* et *ἔτος*, factum videtur (Sanscr. *parut*); *πρωί* vel Cretice *πορτί* pro *πρός* vid. §. 43 (Sanscr. *prati*).

8) Ante alias vocales in mediis vocabellis τ conspicitur in *Ποσειδών* vel *Ποτιδών* pro *Ποσειδῶν*, quanquam ne *Ποσειδών* quidem a Doicidē alienum est vid. infr. §. 31; deinde in aoristo *ἔπεσαν* a *πίπτω* (quod ipsum e *πι-πειω* natum π antiquum esse prodit), ut *ἐπέωντι* Heracl. I, 72. 126 pro *ἐπέωντι*, Pind. Ol. VII, 69 *πεταίσαι*, P. V, 50 *πέωντες*, VIII, 85 *ἔμπετες*, Ol. VIII, 38 *νάπετον* pro *καπέτουν*. Item Archytæ apud Porphyr. in Ptolem. Harm. p. 236 (Hartenst. p. 41) restituas: *πλαγὰν δὲ ἔφαν γίνεσθαι, ὅκα κα φερόμενα ἀπαντιάξαντα ἀλλάλοις συμπετή κα μέν* etc. pro *ἀλλάλοις συμπετητὰ μέν*.

Raro Doricum τ pro σ est in fronte vocum. Ita in pronomine secundae personae *τύ, τοί, τέ* (vid. infr. §. 32), ubi τ e summa antiquitate traditum esse et Latina et reliquae cognatae linguae ostendunt. Praeterea antiquos Dorienses *τύκον* dixisse pro *σύκον* (sicuti Thebani fecerunt, vid. L. I §. 36, 2), concludo e Syracusarum parte modo *Τυκῆ* modo *Συκῆ* appellata ⁷⁾, quae mihi a ficu no-

6) De *πέρυτις* Theogn. Oxx. II, 161, 33 et 163, 18 (Ann. Bekk. 1347. 1319), de *πέρυτις* Apoll. de synt. 50, 23, vid. not. 1.

7) Ea *Συκῆ* vocatur a Thucyd. VI, 98 (ubi cod. F. *Τυκῆ*) et *Συκῆ* a Stephano Byz., qui minus accurate *Συκῆ πλησίον Συρακουσῶν*, apud Diodorum XI, 68 pro vulgato *Τύχη* libri praebent *Τυκῆ*, unde restituas *Τυκῆ*. Livii XXIV, c. 21 antiquissimi libri *Ticam* et *Thicam* pro *Tycham* habere videntur. Contra *Τύχη* vocatur a Stephano Byz. *πόλις Σικελίας πλησίον Συρακουσῶν*, eamque nominis formam maxime confirmare videtur Cicer. Verr. II, 4, 53: *tertiam est urbem, quae quod in ea parte Fortunae sanum antiquum fuit, Tycham nominata est.* At aut Ciceronem de appellationis origine errare, aut ipsos Siculos mala etymologia deceptos nomi-

men accepisse videtur, ut oppidum Συκαί sive Συκή e regione Byzantii secundum Stephanum s. v., cf. Lobeck. Parall. p. 315 seqq. Ipsae tamen tabulae Heracleenses συκία habent I, 124. Ceterum σύκον sive τῦκον et ficus nescio an ex antiquissima forma τῦκον deducenda sint. Contra apud Theocritum I, 3. 14. 16, VI, 9, VIII, 4, XI, 38 male in pejoribus libris per hyperdorismum τυρῖσθω pro συρίζω scriptum est; nec minus male grammaticus in Ann. Oxx. III, 268 Herodiano, si diis placet, auctore ut Doricum affert τημῆιον, quum et in Doricis fontibus omnibus σαμα etc. legatur et adeo in titulo Boeotico 1569, a. III ἄσαμος. Idem ineptus homuncio Doricum sibi finxit ἀποικωμεν pro ἀποίσωμεν, et similia decreti in Timotheum artifex κινάριτιν pro κινθάρισιν et ἐπαναγκάται pro ἐπαναγκάσαι, nisi praestat κινθάριξιν e parte librorum et ἐπαναγκάξαι e conjectura rescribere.

Satis comprobatum est, quod supra praecepimus, a Doribus non esse σ in τ mutatum, sed antiquum τ retentum. Et in conjugatione quidem et praepositione ποτί haec proprietates perduravit, quamdiu Dorica dialectus aliquatenus pura servata est, etiam primorum imperatorum tempore; in reliquis inde a quarti saeculi exitu vulgares formae magis magisque probabantur.

10) Contraria mutatione antiquum τ apud Dorienses in σ abisse videri potest in σάμερον, σᾶτες⁸⁾ pro Atticis

nis formam paullulum immutasse et fortasse ea ipsa de causa Fortunae aedem in ea parte exstruxisse certum habeo. Nam e Τύκα neque Τύκα fieri poterat et multo minus Σύκα.

8) σάμερον Doricum vocatur Et. G. 499, 18 et Greg. C. 182, Tarentinum apud Hesychium. — Et. M. 711, 44. σῆτες λέγουσιν οἱ Τῶνς τὸ ἐπ' ἔτος. Δωριεῖς μὲν σᾶτες σφόδρα σύνθητες ἔχουσι τὸ ὄνομα Ἀττικοὶ δὲ μεταβαλόντες τὸ σ εἰς τ ὡς σεῦτερον τεῦτερον τῆτες λέγουσιν ὅθεν Δωριεῖς μὲν σατινους λέγουσιν, Ἀττικοὶ δὲ τητίνους. cf. Toup ad Scholl. Theocr. IX, 21. — Hesych. σατιεῖς (leg. σᾶτες) τὸ ἐπ' ἔτος. Δωριεῖς, deinde σατός, ἐπ' ἔτος, et s. v. τῆτες οἱ δὲ Δωριεῖς σατίς, ὅθεν σατανίους πύρονς, quae item leguntur in Scholl. Arist. Nub. 620.

τήμερον, *τῆτες*, quae recte e τὸ ἡμαρ, τὸ ἔθος facta putaveris. At haec non reperiuntur nisi in stricto Atticismo vid. Piers. ad Moer. p. 364, quum cultior Atthis cum reliquis dialectis *σήμερον* et *σῆτες* praeferat, et quum eae voces demonstrativum continere videantur, antiquissima lingua in demonstrativorum stirpe non solum τ, sed etiam σ habet, cf. Bopp. *Vergl. Gramm.* §. 345. Ceterum *σάμερον* legitur in Eupolidis Helotibus Ath. III, 138. f., apud Pindarum et Theocritum, *σάτες* in decreto Gelsenium. De Megarico *σά* pro *τίνα* infra videbimus §. 33.

§. 7.

De θ a Laconibus in σ mutato.

1) Θ a Laconibus in σ mutati et grammatici testes sunt ¹⁾ et multa exempla reperiuntur. Primum apud Alcmanem haec sunt: *σαλασσομέδοισαν* fr. 35 W. pro *θαλασσομέδουσαν*, *σάλεσσι* 64 (66) pro *θάλεσι*, *σάλλει* et *ἔσηκε* 59 (24), et quae Schneidewinus nunc e libris restituit *Σεράπνας* 2 (2) et *παρσένοις* 7 (1); deinde in fragmento apud Apoll. de synt. p. 335, quod Alcmani vindicavimus (vid. §. 4 not. 5) *Ἀσανατά*, postremo in Hesyhii glossa *Ἀσαναίων πόλιν· τὰς Ἀφιδνας* (uti Palmerius correxit pro *Ἀσανέων* — *Ἀφνίδας*), quam C. O. MueLLERUS Dor. I p. 439 bene ad Alcmanis hymnum in Dioscuris retulit. Saepe tamen ita ut nulla discriminis causa appareat, θ retentum legitur, ut in *θίασος*, *παρθενικαί*, *ἄνθος*, *θεοῖσιν* etc.

In Aristophanis *Lysistrata* Laconica ejus generis multa leguntur: *σέλει* 1080, *σέτω* 1081, *σηροκτόνε* 1262, *σηγῆν* 1004, *σιός* et *σιά* pro *θεός* et *θεά* saepe, *ἀγασός*

1) Apoll. de synt. p. 39, 3. οἱ μὲν ἄλλοι Λακωνεῖς τηροῦσι τὸ θ, Λάκωνες δὲ καὶ εἰς σ μεταβάλλουσιν. — Ann. Oxx I, 197, 7. Λάκωνες τὸ θ μόνον εἰς σ κτρίπουσιν, εἰ μὴ ἡ ἔξης συλλαβὴ ἄρχοιτο ἀπὸ τοῦ σ· *σμός*, *σάλλω*, *σιός*. — J. Gr. 242, b, Gr. C. 299, Leid 634 minus recte hanc mutationem Doricam appellant et exemplum addunt *σεός* (potius *σιός*).

1301, Ἀσάνα, Ἀσάναι, Ἀσαναῖοι saepe, μουσίδδω, μουσίζαι
1076. 981 pro μυθίζω et μυθίσαι, ἔιση; ἔισσιμι, ἔισών
105. 118. 1081, κυρσάνιος 983. 1248 pro σκυρθάνιος²⁾,
ὄρα 995, παρσίνε 1263. 1272³⁾. In aliis, quanquam
nullum discrimen apparet, θ retinetur, ut θείκελοι 1252,
θάγοντας 1256, ἴθι 1271, πεπόνθαμες 998, Καρονθία 91 etc.
neque raro in illis ipsis libri, etiam Ravennas, variam
lectionem cum θ praebent.

Apud Thucydidem in decreto Laconico V, 77. est τῷ
σιῶ σύματος i. e. τοῦ θεοῦ θύματος, neque θ apparet prae-
terquam in voce ἀμοθει, quam nunc a suspicione vindicat
Theogn. Oxx. II, 165, 6, qui adverbia in θει exeuntia
commemoratur ἀμοθει et ἀμοχθαί. — Saepissime comme-
moratur Laconica jurandi formula ναὶ τῷ σιῶ i. e. θεῷ,
Dioscuros⁴⁾, ab Aristotele laudandi formula σείος ἀνήρ⁵⁾.

In recentissimis titulis Laconicis frequentantur nomina
propria Σεδέκτας 1241. 1244, Σεμηθης 1261, Σετιομπος
1241. 1245, Σετιμος 1239. 1241 etc. pro Θεοδέκτας, Δου-

2) cf. Phot. Lex. Κυρσάνια τοὺς μείρασιους. Λάκωνες et Κυρ-
σάνια, Λάκωνες τὰ μείρασια, τὰ σκυρθάνια, τοὺς ἐφήβους οἱ Λά-
κωνες. — Hesych. Κυρσανίας, Λακωνικῆς. — Κυρσάνιοι, τοὺς
μειρασιακοὺς οὕτως ἔλεγον. — Κυρσίον (leg. Κυρσάνιον), μείρασιον.
— Σκυρθαλίαις, Θιάφρατος τοὺς ἐφήβους οὕτω φησὶ καλεῖσθαι,
Διονύσιος δὲ τοὺς μείρακας. — Σκυρθάλιος, νεανίσκος. — Σκυρ-
θάλια, μείρασια, ἐφηβοί. Restituas σκυρθάνια et σκυρθάνιος. Prae-
terea de κυρσάνιος vid. Scholl. Lys. 988.

3) Omisimus ἦσει 1258, quod pro ἦνθει dictum putant, imme-
mores, Laconicam dialectum potius ἀνση postulare. Quum praeterea
ne verbum quidem ἀνθίω loco satis conveniat et quum scholiasta
explicet πολὺς δὲ ἀφρός ἦν περὶ τὸ στόμα, nescio an ἦσει ex ἦν na-
tum et ἦς reponendum sit.

4) Arist. Lys. 81 cum scholl. et saepius, Pax 214, Xenoph.
Anab. VI, 6, 34, Hellen. IV, 4, 16, Plut. Apophth. Lac. p. 189. F,
208. E, 233. B, 235. D. E, 241. C, cf. Gr. C. 299, ubi male νῆ
τῷ σιῶ. Minus accurate Eustath. 92, 25 eam formulam Doricam
dicit.

5) Aristot. Eth. ad Nicom. VII c. 1. οἱ Λάκωνες εἰώθασιν προς-
γορεῖεν, ὅταν ἀγαθῶσι σφόδρα τον, σείος ἀνήρ, cf. Plat. Menex.
p. 99. D, ubi appellatio θείος ἀνήρ Laconica vocatur.

δέκτας etc., deinde Σήρικπος pro Θήρικπος 1260. Contra in titulis antiquioribus nullum ejus mutationis vestigium; potius in antiquo Leakiano nr. 71, ceterum proprietatis Laconicae non experti, ἀνεθεκε i. e. ἀνέθηκε et Ἄθαναια certa sunt.

2) Postremo et alii grammatici exempla afferunt συμός, σάλλω, σιός, σάλασσα ⁶⁾, et Hesychius multa, quae omnia fere collegit Valckenarius ad Adon. p. 277 seqq. Nos ea tantummodo afferemus, quae paullo certiora videntur:

σαλία, πλέγμα καλάθω ὁμοιον, ὃ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς φοροῦσιν αἱ Λάκαιναι· οἱ δὲ θολίαν.

ἔσαμεθα (ut corrigo pro ἔσαμεν, vid. §. 42), ἔθεωροῦμεν· Λάκωνες et σαωμένη (corrigo σαμένα, θεωμένη), θεωροῦσα.

σαμινά, θαμινά, συνεχῶς· Λάκωνες.

5) Contra in omnibus titulis variorum Doridis generum et antiquioribus et recentioribus nihil ejusmodi legitur, sed constanter σ servatur, quælia sunt in tabb. Heracl. καδδεδμάσθω I, 123, κατεδίκασθεν I, 74. 95. φαρισθίν I, 63, ἀρισται sæpe; Amph. 1688 καταδικασθέντα, Corc. 1838 δικασται, Ther. 2448 γινόμεσμαι, Iss. 1834 λογισται, Rhod. 2525, b ἀρχεραμιστάς, Ἀλιασται, Διονυσιασται, λογισται, ψάφισμα, Gel. ἄλίσμα etc. Nec minus Epicharmi fabula inscripta erat Κωμασται et leguntur apud eundem fr. 37 ἀχάριστος et 97 θανμαστός. Magistratus Spartanorum sociis præfecti constanter ἀρροσται vocantur et apud Tarentinos secundum Hesychium erant βειλαρροσται. Adeo λαπιστής cum σ Doricum esse, non λαπιστής disertio testimonio affirmatur⁵⁾.

Satis superque hinc apparet, antiquam et genuinam Doridem, etiamsi verborum in ξω derivata ea, quorum terminationes a σ ordiuntur, literam ξ asciscere vellet, nihilominus in reliquis vulgarem rationem servasse, solos Lacones et Siculos Doridisque imitatores illorum analogia in errorem inductos etiam his, nulla tamen constantia, palatinam in plebeja potissimum, si quid video, elocutione obtrusisse; Siculae certe ejus generis voces Sophronis et Comicorum sunt. Pindarus talia omnino ignorat et ἀτάρβακτος P. IV, 84 etiam hoc nomine suspectum multis aliis indiciis accedentibus in ἀτάρμυκτος mutandum est. Ceterum nolumus Philolai ἀρμόχθην inter Pseudo-Pythagoreorum commenta referre. Nam in hoc quidem

5) Phot. Lex. λαπίσσειν (leg. λαπίσσειν) τὸ ψεύδεσθαι καὶ ἀλαζονεύεσθαι καὶ λαπιστής (leg. λαπιστής) ὁ ψευστής διὰ τοῦ π̄ ὡς σαλπικτής, συρρικτής (leg. σαλπικτής, συρρικτής)· οἱ δὲ Λωρμῖς διὰ τοῦ σ· λαπιστήν καὶ λαμισίξεν (?).

verbo, cujus praesens apud Atticos ἀρμόττω sonabat et unde vulgo ἀρμογή derivabant, antiquitus ambigens character fuisse videtur.

6) Restat ut explicemus, quomodo fieri potuerit ut Dorae a δικάζω derivaverint ἰδικάξα, δικάξις, sed δεδικασμαι, ἰδικάσθην, δικασταί. Memineris, quaeso, ζ esse pro dj (L. I §. 7, 1. 4). Itaque vulgo in derivatis, ubi tertia consona accedebat, primum media secundum notam Graecae linguae legem ejecta, deinde δ ante sequens σ, μ, τ, θ in σ mutatum est, ita tamen ut tempore paullum recentiore pro duplici sigma simplex poneretur. Jam vero Dorienses ζ radius pronuntiasse videntur (unde factum est, ut apud Lacones et Megarenses in δδ mutaretur) ita, opinor, ut iota consonum distinctius audiretur. Hoc igitur cum sequenti σ facile in ξ coalescere potuit (quomodo etiam in Dorico κλάξ pro κλείς, κληίς, κλαίξ ξ. ex ις in js mutatis natum videtur), antecedens δ deinde ante ξ abjici oportebat. Contra cum aliis consonis sequentibus iota conjungi non poterat, qua de causa vulgaris ratio hic servata est.

§. 12.

De consonantibus duplicibus.

1) Doricam dialectum ζ in σδ dirimere grammatici tradunt ¹⁾, ut σδυγός, θερίσθω pro ζυγός, θερίζω. Et reperiuntur ζ ita mutati exempla haud pauca apud Aemilium et alios lyricos, excepto tamen Pindaro, plurima apud poetas bucolicos et in Pythagoreorum, quae feruntur reliquiis, nonnulla etiam in iis, quae pro Laconicis ven-

1) Scholl. Dion. Thr. 780, 16. Ἐγραφοῦν τὸ σ καὶ δ ἀντὶ τοῦ ζ, ὡσπερ καὶ γῆν ἐφρίσκομεν παρὰ Λακωνῶν. — Et. M. 412 in. τὸ ζ διαλύουσα οἱ Λακωνεῖς εἰς σ καὶ δ. ὄσον ζυγός σδυγός. ζευκτηῖρες θερίζω θερίσθω σφυρίκω σφυρίσθω. Θεόκρητος, cf. Et. Gud. 233, 6 et Scholl. Theocr. I, 3.

ditantur, ut ἀτιμάσδει in decreto contra Timotheum, μέσσο pro μείζω Plutarch. Lyc. c. 19, αἰγάσσο in cantilena Laconica (vid. Gr. C. 251 et intt.). At nunquam est in titulis, quorum etiam antiquiores, ut Amph. 1688, tabb. Heracl. et Brutt. ζ servant, nunquam apud Epicharmum, Sophronem vel Archimedes, denique nunquam in purioribus Doridis fontibus, qui omnes, Laconum et Megarensium dialectis exceptis, ζ nihil mutatum tenent. Itaque σδ pro ζ a lyricis et bucolicis poetis dialectos consilio miscentibus potius e Lesbiaca dialecto, cui hanc mutationem propriam esse vidimus, assumptum est, quos imitati sunt postea, qui puram Doridem parum gnari simulabant.

2) Meliore jure Dorienses ζ in δ mutare referuntur²⁾, exemplis θυγόν pro ζυγόν et δαμός pro ζαμός allatis. Sed ea ipsa et Boeoticae dialecti comparatio (L. I §. 37) primum docent, initiale tantum ζ ita mutatum esse; deinde non omnium Doriensium (quorum plerique ζ ubique retinuerunt) is mos est, sed solorum Laconum, quibus haud pauca cum Boeotis communia sunt. Nam et alio testimonio Δεύς pro Ζεύς Laconicum esse discimus³⁾ et ipsum δαμός certa emendatione in Laconico Epilycei Coralisci fragmento (vid. Append.) pro δάδεμος restitutum est. Jam Laconicas potius existimo quam Boeoticas eas Hesychii glossas, quae illam mutationem prae se ferunt, quoniam pauca Boeotica servavit, plurima Laconica: δᾶλον, ζῆλον — δατέν, ζητεῖν — δάγκλον (cod. δάγκολον), δρέπανον pro ζάγκλον. Quamquam in hac quidem voce ea mutatio non

2) Et. M. 316, 56. ἴδος παρὰ τὸ ἔγω κατὰ τροπήν Δωρικὴν τοῦ Ἒ εἰς δ· ὄλον ζυγόν θυγόν καὶ ζαμός δαμός. Praeterea ea mutatione Dorica abutuntur grammatici ad pessimas etymologias tutandas, ut Et. M. 370, 16. — 411 extr., ubi θυγόν commemoratur. — Et. G. 271, 28. — 471, 39, Scholl. II. β, 266, Eustath. 228, 25. Pessime etiam δ Dorice in ζ mutari dicitur Et. M. 22, 47.

3) Ann. Oxx. IV, 325, 24. Ζεύς παρὰ τοῖς Λαίωσι Δεύς λέγεται, cf. Hesych. Δεύς, Ζεύς.

aeolia Laconibus propria fuisse videtur, quum Zancla, urbs Sicula, in numamis *Λάνκλα* scribatur, vid. Miou. Suppl. I p. 400. — Attamen ζ retentum est in glossis ceterum Laconica proprietate conspicuis *ζουγῶνερ* et *ζυγῶνερ* vid. §. 9, 2.

3) In medijs vocibus, Doros ζ in δδ mutare referuntur⁴⁾, minus accurate, quoniam plerique ζ servabant. At Laconum eam mutationem fuisse, primum docent exempla in Lysistrata: *γυμνάδδομαι* 82, *μισιδδω* pro *μιθίζω* 94. 1076, *πατῆδδαι* pro *προσόςει* 206, *ψιάδδω* 1302, *θυρσάδδω* et *καίδδω*, 1313, *παραμπυκιδδω* 1317. — Quae apud Hesyrium ejus generis leguntur, omnia fere corrupta sunt. Ea partim ab ipso partim ab Hemsterhusio et alijs emendata collegit Valckenarius ad Roev. p. 77 et ad Adon. p. 277 seqq. Paulo certiora sunt haec:

Ἄδδα (cod. *ἄδα*), *ἔνδεια* *Λάκωνες*. οὕτως *Ἀριστοφάνης ἐν γλώσσαις* pro *ἄζη*, ut etiam *ἀγμός* est egestas vid. Valck. Adon. p. 292. — Idem pro *ἄδαλος*, *ἄσβολος* scribi jubet *ἄδδα*, *ἄσβολος* i. e. *ἄζη*, *ἄδδαλέον* pro *ἀδάλειον*, *ξηρόν* et *ἄδδαρον*, *ξηρόν* *Λάκωνες*.

Ἄλφάδδει (cod. *ἀλφαδει*), *εὕρισκει*, vid. Hemst. in Auctar. ad I p. 253.

Ἐκπετριδδειν (cod. *ἐκπετριάδειν*), *παχύνειν* *ἰμάτιον* cf. *περιπετριζέσθαι*, *περικρούεσθαι*.

Θρυλλιδδειν (cod. *θρυλλιδεῖν*), *θρυλλεῖν*. Neque enim cum Ruhnkenio et Valckenario *θρυλλιδδειν* scribere oportet.

Κωμάδδειν (cod. *κομαδεῖν*), *ὄρχεῖσθαι*.

Λάδδοιτο, *λαμβάνοιτο* (cod. *λαδοῖατο*, *λαμβάνοιτο*, Mus. *λασδοῖατο*, *λαμβάνοιτο*, unde Valck. *λαδδοῖατο*) pro *λάζοιτο*.

Μουσιδδει (cod. *μουσιαδδει*), *λαλεῖ*, *ὀμιλεῖ* pro *μιθίζει*, aperte *Λακωνικώτατον*, vid. §. 7 et §. 18.

Μωδδει vel *μωιδδει* (cod. *μωδει*), *λαλεῖ*, *ἄδει*, et ipsum haud dubie Laconicum pro *μουσίξει* vid. §. 9.

4) Eustath. 226, 8 *ῥιδδειν* pro *ῥέζειν* Doricum dicit et 1570, 12 *γυμνάδδω* Doricum et Aeolicum.

Πλαγιάδδοντες, οἱ γυμναζόμενοι ἐν τοῖς ἐφηβείοις.
Ita corrigimus codicis lectionem *πλατεία*, δάοντες οἱ γ. τοῖς ἐφήβοις, quam *πλαγιάζων* secundum Pollucem III, 155 sit *πάλαισμα* et *gymnásia* Spartaе potissimum *ἐφηβεία* vocata sint teste Pausanía Lac. c. 14 et 20. Hemsterhusius in Auctar. ad II p. 974 voluit *πλατειάδδοντες* aut *πλατιάδδοντες*.

Προμάδδας (cod. *προμάας*), *μάζας* *προμεματωμένας* (corrigitur *προμεμαγμένας*).

Συμβουάδδει (cod. *συμβουαδεῖ*), *ὑπερμαγεῖ*, *Λάκωνες*. A Laconico *βούα*, *ἀγέλη* descendere videtur *βουάζω*.

Σοάδδει (cod. *σωαδεῖ*), *παρληρεῖ*. Ita correximus collata glossa *θοάζει*, *τρέχει*, *μαίνεται*, nisi forte verius est *σουάδδει* pro *θυάζει*. Dialectus Laconica apparet.

Φαιριδδειν, *σφαιρίζειν*, ubi σ abjectum Laconicam aut Boeoticam dialectum prodit.

Φουάδδει (cod. *φουαδδεῖ*), *σωμασιεῖ*, haud dubie Laconicum, vid. §. 18; vulgo sonaret *φουάζω*.

Ψιάδδειν, *παίζειν* ut in *Lysistrata*.

Plerasque ex his glossis Laconicas esse certum aut verisimillimum est, unde de reliquis conjecturam facere licet. Nam quod infinitivus saepius in $\bar{\omega}$ exit pro Laconico $\bar{\eta}$, facile vel glossographorum vel librariorum errori tribueris. Nec Boeotici quidquam intermixtam videtur nec Megarici.

4) Nam Megarenses quoque ζ in δδ mutasse docent in Aristophanis Acharnensibus v. 732 *μάδδαν* pro *μάζαν* (quod ipsum v. 735 in omnibus libris est) et 734 *χορήδδετε* cum scholio ad priorem vocem⁵⁾. Contra *φαντάζομαι* est v. 823, et in titulis neque servati neque mutati ζ exemplum reperitur. At Megarenses praeterea mitiore Doride utebantur, quare nescio an Aristophanes imitatus sit ru-

5) Scholl. Ach. 732. οἱ Μεγαρεῖς δὲ τρίπονσι τὸ ζ εἰς δύο δδ. Inde Suid. *μάζα*· οἱ δὲ Μεγαρεῖς *μάδδα* et Et. M. 573, 21. *μάδδα* ἀπὸ τοῦ *μάζα* Δωρικῶς.

diorem plebis elocutionem, a dialecto paullum cultiore, qualis in titulis esse solet, alienam.

5) Tarentini in verbis quibusdam ζ in σσ mutasse referuntur, ut σαλπίσσω, λακτίσσω, φράσσω⁶⁾. Quod quam recte praecipiat, nunc latet, quanquam Latina verba in isso inde manasse existimaveris, ut comissor, κωμάζω — Atticisso, Ἀττικίζω. Tabulae Heracleenses ζ nunquam ea ratione mutatum exhibent, contra servant in καρπίζομαι, ὀρίζω, τερμάζω. Idem Tarentini, ubi vulgo σσ in verbis est, ζ proferre referuntur, vid. §. 13, 3.

Vix recte se habent ea, quae ζ in ττ mutare videntur, ut βλιμάττομες Lys. 1164, quo spectare videtur Suidas βλιμάττομεν, ψηλαφῶμεν, ἐπισθυμοῦμεν; deinde ἀρμόττω, quod Doricum vocatur in Et. M. 144, 46; ἀττεσθαι, quo Sophronem pro διάξεσθαι usum esse Valckenarius ad Adon. p. 205. C putavit; Hesych. ἀγνωρίττει, μεταμέλεται Ἐρμίππει. At ἀττεσθαι potius Hermippi est, Attici poetae comici⁷⁾, nec minus ἀρμόττω unice Atticum est, vid. Lob. ad Phryn. p. 241; Cretica vero glossa obscurissima est. Itaque pro βλιμάττομες Brunckius recte βλιμάδδομες restituisse videtur.

Quod Pseudo-Herodianus ζ apud Siculos in σκ dissolvi refert⁸⁾, non credimus. De μασθός, quod Doricum dicitur pro μαζός, vid. §. 10, 7.

6) Heracl. ap. Eustath. 1654, 23. Ταρωνίνοι τὰ διὰ ζ̄ω λέγοντα βαρύτερα ζήματα, ὃν ὁ παρακείμενος καὶ ὑπερσυντελικὸς διὰ τοῦ κάππα ἐκφέρονται, φραζόντων (sic) ἐν δυοὶ σήμα· ὡς σαλπίζω σαλπίσσω, λακτίζω λακτίσσω· οὕτω δὲ καὶ φράζω φράσσω, τὸ λέγω, cf. p. 824, 28 et Ann. Oxx. I, 62, 17, ubi eadem exempla.

7) Ann. Bekk. 452, 30. (Suid. s. v. ἄσμα) ἄσμα· τὸ διάσμα. καὶ Σώφρων καὶ ἀττεσθαι, ὃ ἡμεῖς διάξεσθαι. μεταβολὴ τῶν δύο σσ εἰς τὸ ζ̄ ἐγένετο In loco corrupto Hermippo ἀττεσθαι datum erat, quod apparet e p. 461, 26. ἀττεσθαι: ὃ ἡμεῖς διάξεσθαι Ἐρμιππος, cuius fragmentum additur. Sophron ἄσμα pro διάσμα habuisse videtur.

8) Herodian. in H. Ad. 206, b (Append. Et. Gud. 661, 41) φῶ φάζω καὶ Σικελικῇ διαλύσει τοῦ ζ̄ εἰς σ̄ καὶ π̄ καὶ κατὰ διπλασιασμὸν

6) Pro initiali ξ Dorienses σκ habebant in σκίφος pro ξίφος teste grammatico ⁹⁾, quod alii Aeolibus vindicant, vid. L. I §. 7, 5. Inde derivata leguntur apud Epicharmum 23. 29 σκιφύθρια et σκιφίας; Hesychius praeter illas voces etiam σκιφίξει dialecto non nominata affert ¹⁰⁾. Sed ξίφος legitur Lysistr. 156.

De ξύν, quod rarius pro σύν scriptum reperitur, vid. §. 43. In nominativo declinationis tertiae σ pro ξ est in Italiotico βάννας pro άναξ (vid. §. 5, 4) et in κούξ pro κόξ, quod Pollux X, 174 Doricum vocat, adeo accusativum κούιν ex Epicharmo fr. 77 apponens.

De ψ pro σφ apud Syracusanos in ψίν pro σφίν etc. vid. §. 32, 9—11. Rhintho άσεκτος pro άφεκτος dixisse videtur (vid. Hesych. άσεκτος, άγαθός παρά Πίνθωνι Ταρωνίω), de qua mutatione cf. L. I §. 7, 5.

§. 13.

De consonantibus geminatis.

1) Duplex σ, ubi vulgo simplex ponitur, ut in Lesbiaca dialecto, ita apud nonnullos Doriensium erat, Italiotas praesertim et Siceliotas. Nam et in tabulis Heraeleensibus leguntur όσσος, μέσσος (sed ίσος vel ύσος), έθασσάμεθα, έσσονται et apud Epicharmum 78. 96 όσσος, 82 τοσσάυται. Deinde grammatici έσσεται, τελέσσω et similia Siculis tribuunt, όσσος Doribus ¹⁾. Eodem refe-

⁹⁾ Ιωνικόν γέγονε πιφάσιω. Fortasse corrigendum est φώ φάτω Σικελικώς και διαλύσει cf. §. 41.

⁹⁾ Scholl. A II. α, 224. παρά τὸ σκίπτω σκίφος και (leg. τὸ) ξίφος Δωρικώς. — Et. M. 718, 11. σκίφος τὸ ξίφος διαίρειται τοῦ ξ εἰς κσ και υπερθίσει. — Hesych σκίφος, ξίφος· οἱ μὲν τὸ ἐγγυφίδιον, ἄλλοι δὲ ἐπὶ τοῦ αἰδοίου.

¹⁰⁾ Hesych. σκιφίας, είδος ἐχθύος. — Σκιφίξει, ξιφίξει· ἐστὶ δὲ σήμα μαχαιρικῆς ἀρχήσεως. — Σκιφύθρια, είδος πογγυλίου.

¹⁾ Eustath. 655, 13 ex antiquo tecnico: λέγει δὲ και Σικελικόν ἴσαι τὸ έσσεται, οὐ μὲν Λιολικόν· Σικελοὶ γάρ, φησι, διπλαζουσιν ἐν

renda videtur antiquior Syracusarum appellatio *Συράκοσαι* sive *Συράκοσσαι*, vid. Boeckh. Nott. Critt. ad Pind. p. 375. Apud reliquos Dorienses nihil simile nunc reperitur praeterquam *Μεσσαμβριανοί* in titulo ejus urbis nr. 2053, c. De antiquioribus tamen titulis judicium minus certum est, quia in his simplex consona pro duplicata scribi solet, neque fere dubito, quin antiqua Doris in hac re nihil a Lesbiaca dialecto diversa fuerit, nisi quod in futuris et aoristis primis verborum in ζω pro duplici σσ illa ξ proferre solebat, vid. §. 11, 1. Quomodo illa duplicatio explicanda sit, diximus L. I §. 9.

2) Aliam rationem habet σ ante sequentem consonam duplicatam, qui mos quum ne ab Atticis quidem titulis absit (vid. Boeckh. ad C. I. nr. 25), maxime tamen in Doricis reperitur, ut *Ἀριστόδαμος* in antiquo Laconico nr. 13, *Ἀριστογέτων* in antiquo Delphico nr. 25, *Τελέστας* in antiquo Argolico nr. 166, *Ξενομναστος* Anaph. 2478, *Ἀριστοκλήης* Herm. 1211, *Ἀσσυτέλης* nr. 2670, *προϊστάσθω* Ross. Phoc. 74, a, *προστάντος, καταδουλιξάσθω, ἔσσω* et *ἔσσωσαν* ibid. 81, in recenti Laconico 1306 *σεβαστός, ἄριστος, κόσμος, Ἀβάσκαντος*. Nulla tamen constantia in hac re usi sunt, ita ut in iisdem titulis simillimae voces uno σ scriptae sint. Plerique tituli Dorici vulgarem rationem servant. Boeckhiius l. l. suspicatur, hac scribendi ratione pinguiorem quendam sonum exprimi, ut apud nos *schwarz* ortum est e *swarz* et a multis *Schtein* pronuntiatum pro *Stein*, et eum ipsum sonum literae San proprium fuisse.

3) Duplex σσ, quod vulgo est, Dores retinent, ut *θάλασσα, πρᾶσσω*. Nam corruptum esse *ἐπιθαλάτιον*

τοῖς τοιοῦτοις τὸ σ. Et. M. 381, 24. οἱ γὰρ Σικελιοὶ τὰ ἀπὸ μελλόντων ἔγγραφα προηγουμένων βραχίων φωνηέντων διπλασιάζουσι τὸ σ τελέσσω λέγοντες, cf. Phavor. Ecl. 286, 24, qui *λοισσάμιναι* Doricum et Aeolicum vocat. — Greg. C. 299. *χρῶνται δὲ καὶ διπλασιασμῷ τῶν αὐτῶν συμφώνων ὡς οἱ Αἰολεῖς, ὅτε, ὀππόθεν, ὄσον*, cf. Meerm. 666, J. Gr. 242, b.

Epich. 68, vel Epicharmae fabulae *Γᾶ καὶ Θάλασσα* inscriptio evincit. Male apud Sophr. 65 Valckenarius pro corrupto μάθον e conjectura scripsit ἔματτον. Nec recte Siceliotae (Epicharmus spectatur) καρδιώττω dixisse perhibentur²⁾, qui potius cum Hippocrate καρδιώσσω pronuntiarunt, vid. Franz. ad Erotian. p. 195. Nec melius se habet Hesychii glossa κίττωρ (corrigitur κητόρ), ὁ κητός: Λάκωνες pro vulgari κισσός, ubi potius ὁ κίστος corrigendum ducimus, vid. infr. nr. 4. De τέτορες (non τέτορες) pro τέσσαρες vid. §. 34.

Tarentini verba vulgo in σσω exeuntia in ζω terminare dicuntur³⁾, ut πλάζω, ανάζω pro πλάσσω (πλήσσω?), ανάσσω. Qua mutatione quum in nonnullis saltem verbis Lesbios usos esse constet (vid. L. I §. 7, 2), aliquantum dubito an eadem non recte Tarentinis tribuatur et fortasse e contraria mutatione τοῦ ζ εἰς σσ (vid. §. 11, 5), ut solent grammatici, ficta sit.

Mirum est διαφυλάδων, quod Boeckhius in Cretico titulo Vaxioram nr. 3050, 18 meliorem auctoritatem sequutus recepit, et διαφυλάδεν, quod ibidem l. 11 probabili conjectura restituit, pro διαφυλάσσω, διαφυλάσσειεν.

4) Lesbiacam mutarum π et τ geminationem (L. I

2) Phot. Lex. et Suid. καρδιώττειν: τὴν καρδίαν ἀλγεῖν Σικελιώται, ὃ ἡμεῖς βουλιμιᾶν. Ἀπολλόδωρος ἐν ε' περὶ Ἐπιχάρμον τοὺς Σικελιώτας φησὶ τὸ τὸν στόμαχον ἐπιδάκνυσθαι ἐπὶ λιμοῦ καρδιώττειν λέγειν, ὅπερ βουλιμιᾶν λέγει Ξενοφῶν. — Poll. II, 217. καρδιώττειν· οὕτω δὲ Λωρεῖς τὸ παρὰ Ξενοφῶντι βουλιμιᾶν καλοῦσιν.

3) Eustath. 1654, 27 ex Heraclide: Ταραντῖνοι τὰ παρ' ἡμῶν διὰ διὸ σήμα ἔμπαλιν διὰ τοῦ ζ προφέρουσι· τὸ γὰρ πλάσσω πλάζω λέγουσι καὶ τὸ ανάσσω ανάζω, cf. 824, 28 et Ann. Oxx. I, 62, 17, ubi praeterea νίζω Tarentina hac mutatione ex Aeolico νίσσω pro νίπτω ortum dicitur. Eadem explicantur νίζω Et. M. 605, 43, μέζων pro μίσσων Ann. Oxx. I, 274, 20, unde corrigas Et. G. 384, 3. Dorica vocatur Et. M. 104, 13 et 573, 25, Et. G. 55, 36. Confusa sunt, quae traduntur Et. M. 124, 22. νίπτω κατὰ τροπὴν Δωρικὴν γίνεται νίζω· οἱ γὰρ Δωρεῖς τὰ εἰς πτω ἔχηματα ποτὲ μὲν εἰς ζ τρέπουσι, ποτὲ δὲ εἰς β' σσ.

§. 9) in ὄντι, ὑπόθεω grammatici vix rechte Doricae dialecto tribuunt²⁾, quum nunquam in purioribus fontibus reperiatur. — Nec magis ea liquidarum duplicatio, qua Lesbica dialectus insignis est, Doricae communis erat, quanquam Choeroboscus Ann. Ox. II, 210, 19 aperto errore ἑρατεινός, ποθεινός Doribus tribuit. Contra apud Dorienses, praecipue apud Lacones, Tarentinos, Cretenses geminae et liquidae et mutae aliquoties altera e duabus consonis alteri assimilata ortae sunt. Praepositionibus exceptis (vid. §. 43) haec exempla reperiuntur:

λλ pro πλ in ἀλλανής, ἀσφαλής. Λάκωνες Hesych. i. e. ἀπλατής. Aliam rationem habet Doricum adverbium καλλά pro καλῶς (Apoll. de adv. 563, 13 vid. L. I §. 8 not. 51), quod cum καλλίων, κάλλιστος ita cohaeret, ut ἦκα cum ἦσσαν, ἦμιστος et κάρτα cum κάρτιστος. Metri causa Epicharmum fr. 25. 49 συκαλλίς pro συκαλίς scripsisse dicit Athenaeus III, 65 C; neque aliter elocutio anceps erat inter κορυθαλίς et κορυθαλλίς (Arcadius p. 31, 18 et συκαλλίς et κορυθαλλίς geminum λ habere testatur), ἔλλοψ et ἔλοψ (Epich. 48 ἔλοπα) etc.

μμ pro γμ in ποῦμμα (editum est ποῦμμα), ἡ τῆς χειρὸς πυγμῆ Hesych., quod Lactonicum esse proditur in ου mutato.

ρρ pro ρσ in χέρρον (cod. χέρρωνα), τὴν χερσὸν γῆν Λάκωνες Hesych. sicuti Attici, Ὀρρίππος in epigrammate Megarico nr. 1050, qui vulgo Ὀρσιππος vocatur vid. Boeckh., θαρῖρει Epich. 153 pro θαρῖτῆι, Τυρραν' i. e. Τυρρῶν' ex antiqua orthographia pro Τυρσηνά in galea Hieronis C. I. nr. 16, πυρῖός Theocr. pro πυρσός, κόρῖρα pro κόρση (ut Attice κόρρη) Theocr. XIV, 34, quae vox apud Alcmanem fr. 70 Schn. κάρῖρα sonare videtur⁴⁾, cf. §. 16. Neque valde diversam originem ha-

4) Quum apud Herod. π. μ. λ. 44, 10 legatur: τῷ δὲ σκομίνθια κατ' ἄν κάρρον μάβως ἐπίαζε, jam olim κατὰν κάρρῶν pro κατὰ τὴν κόρσην esse iudicavimus, in reliquis falsi. Nunc suspicamur:

τῷ δὲ σκόλλων θεὰ κατὰν κάρρῶν μαλακῶς ἐπίαζε.

§. 13. De consonantibus geminatis. 103

bet Doricum κάρρων i. e. κρείσσων⁵⁾, quippe e καρτίων, κέρσσων natum. Legitur apud Alemanem fr. 54 (83), Epich. 115, Sophr. 15, in Dorico frustulo incerti auctoris Et. M. 492, 38 (vid. §. 20), in dictis Laconicis Plutarch. Lyc. c. 25 et Lysand. c. 26 atque cantilena Laconica Lyc. c. 21, postremo in fragmentis Pseudo-Pythagoricis Archytæ Stob. Flor. XLIII, 134 et Append. p. 47. 48 Gaisf., Aresae Ecl. I, 52, 23 etc.

ὄδ pro ζ, de ejus mutationis apud Lacones usu in §. 11 vidimus, item e σδ natum videri in L. I §. 37, 4 monuimus.

ττ pro στ, ut Bœotorum ita Laconum et Tarentinorum erat in nonnullis, quo pertinent Laconicum βεττόν sive βεσιόν pro ἐσιόν vid. §. 5, 4, deinde, si recte emendamus, κίττορ, ὁ κίσιος Λάκωνες (cod. κίττεορ, ὁ κίτιός) Hesych., quod imitatur Decr. in Timoth. in ἐττάν pro ἐς τάν. Laconica praeterea procul dubio Hesychii glossa ἄττασι (cod. ἄττασια), ἀνάσιθησι, quod in vulgari Doride sonaret ἄνοταθι, unde primum ἄοτασι, deinde ἄττασι factum est. Tarentinis hanc mutationem vindicat Hesychii glossa Ἀφραττος, ἡ Ἐκάτη παρὰ Ταραντινοῖς i. e. ἄφραστος. Postremo Laconica potius habuerim quam Boeotica, quae dialecto non nominata apud eundem leguntur: ἐττία, ἐσιτία et ἔττασαν (ut ἔττακαν correximus), ἐσιτησαν, nec minus ἦθθαι, καθίθαι, quomodo nunc cum Valckenario pro ἦθθαι corrigere malimus. — Quod in titulo Issensi 1834 Boeckhius πεντακατῆδι scribi jubet a πεντάκαττος pro πεντίκυστος, probari nequit, vid. §. 34.

ττ pro κτ est in nomine Creticae urbis Λύττος pro Λύκτος, vid. Strab. X p. 729, Eustath. p. 313, Spitzn. ad II. β, 647.

Licet etiam καὶ τάν corrigere. Fortasse poeta de Thetide loquitur et de Achille, qui Spercheo fluvio capillum alebat, vid. de σπόλλυς Poll. II, 30 et Et. M. 120, 26.

5) Memnon in Phot. Bibl. p. 716, ubi Chamaeleo utitur Dorico proverbio Ἡρακλῆς κάρρων, addit: κάρρων δὲ ὁ ἰσχυρότερος παρὰ Λυρρεῦσαν.

$\kappa\kappa$ pro $\sigma\kappa$ in ἀκκόρ, ἀσκόρ Λάκωνες Hesych. et διδάκκει pro διδάσκει in Decr. in Timoth. Fortasse etiam κικκός, ὁ μικρός δάκτυλος Hesych. pro κασκός Laconicum est. — Doricum ὄκκα e ὄκα κα natum est, vid. §. 45. Vox κικκός, qua saepius Theocritus utitur, praeterea Moschus, Callimachus et epigrammatographi vid. Valck. ad Phoen. p. 350, ab Aelio Dionysio ap. Eustath. 217, 29 Ionica dicitur pro μικρός, ab Eustathio p. 610, 24 Aeolica. Nos eam cum μικρός cognatam putamus, non dialecto diversam. Σάκκος Doricum dicitur, σάκος Atticum a Phrynicho p. 257, scriptorum Atticorum usu addicente, vid. Meinek. ad Comic. Graec. IV p. 102. Illud legitur Acharn. 711.

$\pi\pi$ pro $\mu\pi$ est in vici Laconici nomine Γλυπία Paus. III c. 20 pro Γλυμπία, et Cretici oppidi Λάμπα sive Λάμπα, vid. Hoeck. Cret. I p. 387, Böeckh. ad C. I. nr. 2584.

Ceterum in hoc assimilationis genere nullam constantiam fuisse satis docent duplices formae βεσόν et βετάν, Γλυμπία et Γλυπία, Λύκτος et Λύττος.

§. 14.

De $\nu\sigma$ apud Argivos et Cretes servatis.

1) Quam pleraeque Graecae linguae dialecti rarissime ν ante sequens σ tolerant, Doriensium tamen Argivi et Cretes saepe $\nu\sigma$ habuisse referuntur 1), cujus pro-

1) Apoll. de synt. 313, 20. τὸ $\bar{\sigma}$ τοῦ $\bar{\nu}$ ὁ προηγούμενος, ἀνάπαυον μέντοι, ὡς γε παρ' Ἀργείοις παμπολύς ἐστὶν ἢ τοιαύτη εἰστάξις, h. e. nunquam apud Graecos reperitur $\bar{\sigma}\bar{\nu}$, saepe apud Argivos $\nu\sigma$. — Eustath. 722, 68 ad II. θ, 448 de ν . I. οὐ μέντοι pro οὐ μέντοι ex Heraclide: οὐ μέντοι Ἀργίων καὶ Κρητῶν γλώσσης, οἱ πολλοὶς ἐκαιροῦντες, φησι, τὸ $\bar{\iota}$ ἐτάττουσι τὸ $\bar{\nu}$, τὴν εἰς πρόθεσιν ἐνς λέγοντες καὶ τὸ ταθίς τειθίς, οἷς ὅμοιον καὶ τὸ σπείδω σπίνδω καὶ τὸ οὐ μέντοι δὲ μέντοι καὶ το αἰεὶ αἰέν. Σικελὸι μέντοι, φησὶν, ἔμπαυον τὸ $\bar{\iota}$ ἀπὸ τοῦ $\bar{\nu}$ τάττουσι, τὸ ἔνδον ἔνδοι λέγοντες ἢ ἔνδοι περισπωμένως, καὶ Ὀμηρος εἰσάν-

prietatis exempla apponuntur *ένς* et *τιθένς* pro *εις* et *ιθεις*. Alia accedunt e titulis Creticis Vaxiorum nr. 3050 et Latiozum 3058, ubi Boeckhiius meliorum apographorum auctoritatem perperam neglexit. Primum nr. 3050 l. 7 pro *πάσας*, quod Boeckhiius Chishullum, nullius fidei hominem, secutus recepit, Sherardus praebet *π.σ.σ.σ.*; ibid. l. 14 pro *τούς* apud Chish. et Boeckh. a Sherardo *τόνς* accipiendam est; l. 16 pro *υπαρχούσας* Ch. B., quum Sher. *υπαρχοντας* tradat, *υπαρχόνσας* scribi oportet; nec minus l. 5 pro *πρειγευτάς* Ch. B. e Sherardi *πρευγευτια* . . . legendum est *πρειγευτάνς* altero titulo nr. 3058 docente. Nam in hoc l. 4 pro *πρειγευτάς* Ch. B. in Hesselii accuratiore apographo est *πρειγευτάνς*; deinde l. 7 ex Hesselii *υπαρχονσ* . . . , Sherardi *υπαρχοντ* . . . non *υπαρχούσας* cum Boeckhio scribendum est; sed *υπαρχόνσας*, nec minus l. 16, ubi Boeckhiius ex Hesselio *τός*, Sherardus *τούς* habet, *τόνς* suspicari licet. In neutro tamen titulo *ένς* legitur, sed nr. 3050 l. 23 *εις* Ch., *εις* Sh., l. 11 *εις* sine v. l. et nr. 3058 l. 10 *εις* Sh. Hess. Quod non lapicidae Teji culpa factam videtur, sed dialecti inconstantia, antiquiorem ejus voculae formam ea aetate respuentis. Idem consonantium concursus praeterea reperitur in nomine Cretici oppidi *Πριάνσιος*, quomodo scriptum est in C. I. nr. 2556 et nummis, quum praeterea, nisi diversa loca significari credis, *Πριάνσιος*,

χις αντί του *ένάνυχις* ταύτα ὁ Ἡρακλεΐδης, ἐξ ὧν στομοῦνται πῆ μὲν οἱ λέγοντες, τρέψασθαι τὸ *ι* εἰς *ν* Ἀργολικῶς καὶ Κρητικῶς ἐν τῷ αἰεὶ αἰῶν, πῆ δὲ οἱ τὸ ἀνάπαλιν κατὰ τοὺς Σικελούς. — Pseudo-Herodian. in H. Ad. 204, b. ἐκ τοῦ σπείδω γίγνεται κατ' Ἀργείους καὶ Κρητῶν ἀφαιρέσει τοῦ *ι* τῆς *ει* διφθόγγου καὶ προσέδω τοῦ *ν* σπένδω· οὕτω γὰρ πολλὰν εἰς αἰεὶ τὰ τούτοις τὸ *ι* τάντουσι τὸ *ν* καὶ τῆν μὲν εἰς πρόθεσιν ἐν (leg. *ένς* e MS. Leid. ap. Koen. ad Greg. p. 355) λέγονσι καὶ τὸ *τιθεις* *τιθένς*· οὕτως οὖν καὶ τὸ σπείδω σπένδω. — Aeque in Ann. Oxx. I, 137, 28 et Et. M. 302, 2 (corrupte et mutilate Et. G. 168, 51) s. v. *ένσας* Argivi *ι* in *ν* mutare dicuntur ut *σπένδω* et *αἰέν*, contra Siculi *ν* in *ι* ut *ένάνυχις*, *λοδοι*; de Siculis item Eustath. 223, 26 ad *ένσας*.

Πρωῖσος, *Πρωῖσος* reperiantur, vid. Hœck. *Cret.* I p. 413, Boeckh. ad *C. I.* II p. 405. — De Argivorum hac consuetudine ex inscriptionibus nihil discimus neque ejus vestigium servatum est in foedere Argivorum *Thucyd.* V, 79, ubi *δικας*, *ῖσας*, *ὄμοδας*, *Λακεδαιμόνιως*, *Ἀργείως* leguntur. reconditione Argivæ dialecti proprietate ipsius, nisi fallor, scriptoris vitio delata; sed non alienum est Argolicæ urbis nomen *Ἰθως* cf. *Hephaest.* p. 3, 10.

2) Hinc factum est, ut *Heranlide* duce grammatici¹⁾, exempla *ἐς* et *κθίς* pro *εἰς* et *κθίς* maxime respicientes, Argivos *ι* in *υ* mutasse docerent atque ab iis *σπέδω* pro *σπεῖδω* (quod propter futurum *σπίσω* antiquius putabant), *αἰέν* pro *αιεί*, *οὐ μέντοι* pro *οὐ μέντοι* derivarent, contra a Siculis per inversam mutationem *ἐνδοῖ* pro *ἐνδον*, *εἰνάνυχες* pro *ἐννάνυχες*, quæ omnia vel vulgaria sunt vel HomERICA, excepto Syracusano *ἐνδοῖ* (vid. §. 44), unde Siculorum illa mutatio ficta est. Jam vero Etymologica s. v. *ἀργεννήσι* Rheginis tribuunt *ι* in *υ* mutatum ut *σπέδια*, *ἐνδον*, *ἐρεβενός* pro *σπέδω*, *ἐνδοι*, *ἐρεβενός*, Siculis vero *σπίδω* et *οὐ μέντοι* pro *σπέδω* et *οὐ μέντοι*²⁾. Quæ, quanquam aliquantulum confusa et turbata, ita tamen reliquis grammaticorum testimoniis similia sunt, ut sine ulla dubitatione *Ῥηγίνων* nomen ex *Ἀργείων* corruptum esse affirmemus.

3) Iisdem Rheginis in Epimerismorum Homericorum loco reconditionis doctrinæ pleno³⁾ tribuitur *μοῦσα* et

2) *Et. M.* 135, 47 (*Et. G.* 73, 44), *Ann. Oxx.* I, 31, 32: *ἴθος* τῆ τῶν Ῥηγίνων διαλέκτω τὸ *ι* τρίπων εἰς *υ*. τὸ γὰρ *σπίδω* *σπέδω* καὶ τὸ *ἐνδοῖ* *ἐνδον* καὶ τὸ *ἐρεβενός* ἀπὸ τοῦ *ἔρεβος* *ἔρεβενός*. οὕτως τὸ *ἀργεννός* *ἀργεννός*. οἱ δὲ Σικελοὶ τὸ *ἰσπέντος*. τὸ μὲν γὰρ *σπέδω* *σπίδω* λέγουσι καὶ τὸ *οὐ μέντοι* *οὐ μέντοι*.

3) *Ann. Oxx.* I, 278, 13. ἐκ τοῦ *μοῦσα* καὶ *μοῦσᾶ* (leg. *μοῦσᾶ*) ἔφημα παρὰ *Συρρακουσίων*. Ῥηγῖνοι (leg. Ἀργεῖοι) δὲ λέγουσι *μοῦσα* (leg. *μόσσα*) *Ἀιολεῖς* *μοῦσα*, *ὄν ἴσσι* καὶ *Πίνδαρος*. Ἀττικοὶ δὲ καὶ Ἴωνες καὶ *Συρρακούσιοι* *μοῦσα*. *Λάκωνες* *μᾶσα* καὶ οἱ μεταγενέστεροι *Λάκωνες* ἄντι τοῦ *μᾶσα*. καὶ ἡ γενιὴ τῶν *κρηθοντικῶν* *μοῦσῶν* (leg. *μοῦσῶν*) παρὰ *Λάκωνας*. παρὰ δὲ *Σαπφοῖ* *μοῦσῶν* (fort. *μοῦσῶν*). τὸ Ἰωνικὸν *μοῦσῶν*.

§. 15. De aliis consonantium conjunctionibus. 107

genitivus pluralis *μοισῶν*, quarum formarum non altera solum sed utraque corrupta putanda est. Nam *μοῦσα* ibidem recte Atticis, Ionibus, Syracusanis datur, *μοισῶν* vero Lesbiacum esset, vid. L. I §. 10. Itaque, quum quatuor vocis formae *μοῦσα*, *μοῖσα*, *μῶσα*, *μῶα* praeter Rheginam illam enumerentur, quinta excogitari potest nulla praeterquam *μόσσα* et gen. pl. *μονσῶν*, quam, eadem corruptela agnita, Argivam dictam fuisse persuasum habemus.

4) Vides igitur istam Argivorum et Cretensium proprietatem primum in nominativis tertiae declinationis, ut *πιδίης*, *Τίρυνς*, deinde in femininis participiorum et similium nominum, ut *ὑπάρχουσα*, *πάνσα*, *Μόσσα*; tum in accusativo plurali primae et secundae declinationis, ut *πριμευτάης*, *τόνης*; postremo in praepositione *ἐνς* et N.P. *Πριάνσιος*. Jam olim docuimus (L. I §. 10), antiquissimae linguae in his formis vestigia apparere; adde, quod ex antiquo *ἐνς* etiam hujus praepositionis forma *ἐν* pro *εἰς* in septentrionali Graecia prodire potuit, vid. L. I §. 54, 3 et infr. §. 43. Ceterum plerique Diores, etiam Cretensium major pars, cum reliquis Graecis *ν* ante *σ* ejecto brevem vocalem antecedentem produxerunt, et severior quidem Doris cum Boeotis *ε* et *ο* in *η* et *ω*, mitior cum Ionibus et Atticis in *ει* et *ου*, vid. §. 20. In syllabis finalibus pars Doriensium brevem vocalem reliquit vid. §. 21.

§. 15.

De aliis consonantium conjunctionibus.

1) Muta cum muta pro simplici consona est in *γδοῦπος* pro *δοῦπος*, quod Epirotis tribuitur ab Heracleide ap. Eustath. 1722, 44 et in *πτόλεμος*, quod legitur in Cret. 2554, 197, quum vulgo Cypriorum esse

τὸ Βοιωτικὸν *μοισῶν* (potius *μοισίων*)· τὸ Ἐγγικὸν *μοισῶν* (leg. Ἀργικὸν *μοισῶν*).

refertur. Praeterea ubique, etiam in Creticis, titulis, ut nr. 2555, πόλεμος legitur. Quo jure Eustathius p. 1385, 29 δίχθα et κρίχθα pro δίχα et κρίχα Doridi assignet, ignoramus.

Ἡρο κτήσασθαι Doricensium pars, maxime Italiotae dicebant πάσασθαι (perf. πεπᾶσθαι), quod verbum legitur apud Pindarum P. VIII, 76 et fr. 72, Theocr. X, 32. XV, 99 et saepe apud Pseudopythagorens; descendunt inde πᾶμα, Italicum παμῶχος¹⁾, παμωχεῖν tabb. Heracl. B. 14, I, 120 et Hesych., vid. infr. §. 20, εστριοι ἀμῶν οἴκου διοπάτης apud Dores et Aeoles secundum Poll. I, 75. X, 20. Sed eadem stirpe etiam scriptores non Dorici usi sunt, ut Xenophon (vid. Valck. ad Ammon. p. 187 et ad Adon. p. 383), nec litterarum mutationem agnoscimus, sed diversam radicem ejusdem significationis, quae maxime haesit apud Dores et Aeoles cf. L. I. §. 47, 3.

2) Μᾶτα cum liquida mutatur in his:

κρίβανος Doricum esse dicitur pro κρίβανος a Choerob. Oxi. II, 226, 26. At Athenaeus et κριβανίτας et κριβανίτας, offert a Sophrone fr. 5, 6, ex Epicharmo κριβανίτης, neque κριβανος Doribus proprium est, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 179.

γλέφαρον pro βλέφαρον Eustath. 1534, 63 Doricum vocat Pindaro auctore usus; γλάχων pro Attico βλήχων (vid. Greg. C. p. 40) est apud Theocritum V, 56.

ἀγλευκῆς pro Homericο ἀδευκῆς Siculorum esse dicitur et a Rhinthone²⁾ atque Epicharmo fr. 168 usurpa-

1) Scholl. A. D. II. δ, 437. πάματα (Scholl. L. πάματα) γὰρ καλεῖται παρὰ Διοκίμωι τὰ κτήματα καὶ πάσασθαι τὸ κτήσασθαι ἐκτενημένον τῷ α̅. Item Et. G. 474, 30 et fere Eustath. 493 extr., qui recte dicit μ duplicatum non esse Doricum cf. L. I §. 8, 9. — Hesych. παμωχίωι (ita scribendum pro παμωχιῶν), κερτημένος — παμῶχος (vulg. πάμωχος), ὁ κύριος Ἰταλοῖ καὶ ἡ δεκάς. Aperte Pythagorei δεκάδα inter alias appellationes (cf. Boeckh. Phil. p. 141. 146) etiam παμῶχον i. e. κύριον appellaverant.

2) Suid. ἀγλευκῆς τὸ ἀγδῆς. Ξενοφῶν εἰρημν ἐν τῷ Οἰκονομικῷ.

tum esse traditur. Idem Laconum erat, quum apud Hesychium ἀγλευκέρ, ἀηδές (pro αἰλός) Λακωνές verissime a Valckenario emendatum sit. Eadem tamen voce etiam Xenophon, Hippocrates, alii usi sunt. Contra δεῦκος apud Aetolos τὸ γλυκύ fuisse in Scholl. Nic. Ther. 625 traditur. Utrumque, et γλεῦκος et δεῦκος ex antiquo δεῦκος natum esse, Latium dulcis docet.

κλάγος (ut recte pro κλάγος scribi iusserunt), γάλα Κρητες Hesych. est pro antiquo γλάγος vel potius pro antiquissimo μλάγος cf. Pott. I p. 236.

δκόφος pro γνόφος Doricum esse fertur, vid. §. 10, 2. Simile est ἀδνόσ, ἀγνόσ. Κρητες, nisi et hoc et Creticum nomen Ἀριάδη potius ab ἀδεῖν derivanda sunt.

ἴδμεν et κεκαδμένος Eustathio perperam sunt Dorica p. 214, 22, nempe propter Pindaricum usum.

3). Sigma cum muta in fronte vocabulorum, has mutationes patiuntur:

σπ pro στ est in σπάδιον pro στάδιον (cf. spatium), quod quum Doricum vocetur a J. Gr. 243, b, Gr. C. 364, Meerm. 659, (cf. Hesych. σπάδιον, στάδιον) in antiquo epigrammate Argivo C. I. nr. 17. et Ross. nr. 55, pro .παδιον feliciter ab Od. Muellero restitutum est in Ephem. Gotting. 1836 p. 1152. Item in Lysistr. 173 pro absurdo σποδάς pridem rescripseram σπολάς i. e. στολάς, in quod etiam Bergkium nostrum incidisse gaudeo, vid. Mus. Rhen. 1841 p. 94. Igitur σπολά pro στολή non minus Laconicum est quam Lesbiacum cf. L. I §. 6, 1.

σκ et σφ apud Lacones haud raro σ abjiciunt. Talia sunt κυρσάνιον pro σκυρθάνιον vid. §. 7, 1, κούτάλα pro σκυτάλη, quod quum Doricum esse referatur in Etym. Par. ad Greg. C. p. 388, haud dubie est Laconicum, ut docent υ in ου mutatum et nota σκυτάλα Λακωνικά Lysistr. 991. Non minus Laconum est φιν pro σφιν §. 32, 10, unde Laconicae iudicatae sunt Hesychii glossae

δοκεῖ δὲ ξενικὸν ὄνομα Σικελικόν. Πόλυ γοῦν ἐστὶ πάλιν παρὰ τῶ 'Ρήθωνι. —

φαιρέδδειν, φαιρίζειν et φαιρωτήρ, σκύτος pro φαιρωτήρ, quibus addere licet κάφα, λουτήρ cf. σκαφαί, ὄφυκλάνια. — Contra Syracusanos dixisse σπυρόος pro πυρόος testatur Et. M. 724, 33 cf. Ann. Oxx. I, 362, 18 et Hesych. σπυρρούς, πυρρούς. Ibidem pro σφίν et σφέ proferebant ψίν et ψέ vid. §. 32. 10. 11.

Ante μ abjectum est σ in μύραινα pro σμύραινα Epich. 53, et apud Sophronem vid. Athen. VII, 312. C.

4) Saepe grammatici testantur de λ ante τ et θ, a Doriensibus in ν mutato³⁾ et exempla afferunt βέντιον, βέντιστος, φίντατος, ἦνθεν, δέντα, κέντο, Pindaricum N.P. Φίντις, Alcmanicum κέντο pro κέλετο fr. 117 W. Nunc in purioribus Doricae dialecti fontibus nullum exemplum legitur praeter φίνταται Epich. 31; nam N.P. Φιντίας, quod et apud Siculos frequentatur et est in tabb. Heracl., non certius quam Pindaricum Φίντις a φίλος derivatur, quum nomina Φιλτίας et Φίλις apud reliquos Graecos non reperiantur. Saepe apud Theocritum ἐνθεῖν legitur, βέντιστος V, 76. Contra in tabb. Heracl. I, 121 est βέλτιστα, in cantilena Laconica Schneidew. Del. p. 463 βέλτιον, in Lysistrata ἔλσοιμι, ἔλση etc. pro ἔλθοιμι (in Hesychii glossa ἔνσων, ἔλκων Reiskii correctio ἐνσών, ἔλθών incertior est)

3) Scholl. Theocr. I, 77. τὸ λ εἰς τὸ ν τρέπονται οἱ Δωρικοὶ οὐ πάντοτε, ἀλλ' ὅταν αὐτῶ τὸ θ ἢ τὸ τ ἐπιφέρειται· οἷον βέλτιστος βέντιστος, φίλτατος φίντατος· οὕτως οὖν καὶ τὸ ἦνθ' Ἐκμῆς. Eadem praecipiant Scholl. Pind. Ol. VI, 37 ad Φίντις. Heraclides ap. Eust. 756, 30 affert φίντατος, ἦνθεν, Φίντις, γέντο, κέντο ex Alcmane cf. 1648, 4. De γέντο, quod male huc trahitur (vid. L. I §. 11, 1), praeterea Eustath. 918, 28, Herod. in H. Ad. 205, b, Et. Or. 42, 13, Et. M. 226, 10. — J. Gr. 243, b, Greg. C. 354 et 197, Meerm. 658 Dorica dicunt βέντιον et ἦνθεν. — Et. M. 503, 48. Κένται· ἐστὶ φιλτικόν· ὡς γὰρ τὸ παρ' ἡμῶν φίλτατος φίντατος καὶ δέντα (num βέλτιον βέντιον?)· οὕτως κέλται κένται. De his paullulum dubito. Nam aut ad Alcmanicum κέντο pertinere possunt aut ad κένσαι, quod quum Hesychius per κελῦσαι interpretetur, apparet fuisse, qui Homericum κένσαι pro κέλσαι positum a κίλω, κίλομαι derivarent.

§. 15. De aliis consonantium conjunctionibus. 111

et Creticum est *εὐθεῖν* pro *ἐλθεῖν* vid. nr. 5. Quare neque apud Epicharmum fr. 126 *ἤλθεν* et *ἀπ᾽ἤλθεν*, neque in Chelidonismo Rhodio *ἤλθ' ἤλθε*, neque apud Timocrentem *ἐλθεῖν* etc.: mutare apudemus. Hoc enim certum est, eam mutationem non omnibus Doriensibus communem fuisse; dubium est, num apud Siculos constanti usu frequentata sit.

5) Cretes λ ante sequentes consonas in υ mutarunt, ut docent glossae Creticae Hesychii: *αὐκάν, ἀλκάν — αὐκύονα, ἀλκύονα — αὔμα* (vulg. *αὔμα*) *ἄλμη — αὔσος, ἄσος — θεύγεσθαι, θέλγεσθαι* et simillimae, quae dialecti indice carent, *αὐγεῖν, ἀλγεῖν* et *εὐθεῖν, ἐλθεῖν*. In titulis Creticis nullum hujus mutationis vestigium reperitur, neque tamen quidquam, quod contra sit praeter *Ἀθαναίαν Σαλμωνίαν* nr. 2555; promontorium Creticum a scriptoribus modo *Σαλμώνιον* modo *Σαμώνιον* appellatur, vid. Hoeck. Cret. I p. 427.

6) Simili modo consonans in vocalem abiit in Cretico *πρεῖγυς* pro *πρέσβυς*. Nam alii Doriensium dixerunt *πρέσγυς* 4) (cf. Lat. *p r i s c u s*), unde et per metathesin *σπέργυς* factum est et apud Cretenses *πρεῖγυς*, ejus derivata in titulis haec leguntur: *πρεῖγιστος* nr. 2554, 59 (*πρήγιστος* in titulo valde recenti nr. 2562), *πρεῖγηία* et *πρεῖγεια* nr. 2556, *πρεῖγεται* 3050. 3051. 3058. In reliquis Tejo-Creticis est *πρεσβενταί*, incertum an lapicidarum culpa. Idem est in Herm. 1193, *πρεσβέες* in Agrig., *πρεσβ . . .* in nr. 2670.

Siculos υ in ε mutare grammatici tradunt (vid. §. 14) id quod ex unica voce *ἐνδοῖ* pro *ἔνδον* collegerunt, de qua dicemus §. 44. Alienum est a Doride *υσ* Lesbiano more in *ις* mutatum (vid. L. I §. 10); nam male Greg. C. 246 *μοῖσα* Doricum dicit, Eustath. 1913, 32 *μοῖσα* et *τύπτοισα*

4) Choerob. Bekk. 1413. *πρέσβυς* — *παρὰ τοῖς Δωριεῦσι κατὰ τροπήν τοῦ β̄ εἰς τὸ γ̄ εἶρηται πρέσγυς πρέσγυος*. — Et. M. 723, 17. *σπέργυς παρὰ τὸ πρέσβυς, τροπή τοῦ β̄ εἰς γ̄ πρέσγυς καὶ ὑπερθέται σπέργυς. περὶ παθῶν*. — Hesych. *σπέργυς, πρέσβυς*.

Dorica vel Aeolica, cujus generis non legantur nisi apud poëtas Doricam dialectum Aeolica temperantes, Alcmanem, Pindarum, Bicolicos etc. — De Cretico oppido *Πρωάσιος* sive *Πρωάσιος* supra vidimus.

Vocalis pro consona est etiam in *Θεσπυλιος*, Lysistr. 1252 pro *Θεσπελος*, quod ipsum nuper Dindorfius restituit; recte, opinor.

E contrario consona pro vocali est in *ἀργείο*, quod pro *αἰρέω* non minus apud Dorientes quam apud Aeoles (L. I §. 11, 2 et §. 36, 5) fuisse videtur. Nam Lacorum sunt *ἰκπαργεῖται* Eust. 727, 24 et *ἀργεῖματα* Hesych., Coorum *ἀργεῖται* Hesych. Praeterea recens titulus nr. 1395, in quo *ἀργεῖνύσας*, Boeckhio Laconicus videtur.

7) Concursus consonantium a plerisque Doriensium, ut ab Ionibus, Atticis, Boeotia altero ejecto exitatus est et brevis vocalis antecedens producta, ubi antiquior lingua *νσ* habuerat, ut *μοῦσα* vel *μῶσα* pro *μόνσα*; vid. §. 20. Simile quid factum est in Cretica Hesychii glossa *πῆρεξ*, *πῆρεξ* et Laconica *Πηρεφόνεια*, *Περσεφόνεια*. — *Γίνομαι* et *γινώσκω* pro Atticis *γίνομαι* et *γινώσκω* semper in titulis leguntur, ut *γίνομαι* Amph. 1688, Ther. 2448, Rhod. 2525, b, Cret. 2555 et *γινώσκω* Cret. 2554, 2556 etc., illud praeterea apud Epicharmum fr. 95, hoc apud Sophronem fr. 84. Quare *γινώσκοντι* Epich. 4 et *γίνεσθαι* Acharn. 761 non videntur vere Dorica.

Praeterea consona excidit in *ἀδρι*, *ἀνδρι*. *Παμφύλιος* Hesych., quocum compares, quae collegit Battus Lexil. I, 131 seqq. Nam sicuti in *ἄμβροτος*, *ἡμβροτον* euphoniae gratia *β* interpositum est, in *βροτός*, *ἑβροτάτω* *μ* in *β* mutatum, ita in *ἀνδρι* *δ* insertum est, in Pamphylico *ἀδρι* *ν* in *δ* mutatum.

Nec male Greg. C. 213 *ἔσλος* pro *ἔσθλος* Doricum vocare videtur, Pindarum spectans (de cuius usu vide Boeckh. Nott. Critt. ad Ol. I, 99); certius de Aeolico usu constat, vid. L. I §. 11, 2.

Postremo *σκάπτων*, quo Pindarus utitur, Doricum dicitur a Greg. Cor. 462 cf. Scholl. Pind. Ol. I, 19, et

§. 15. De aliis consonantium conjunctionibus. 113

φούριξ, φούριγξ Hesych. Laconicum est, vid. §. 9, 4 et cf. L. I §. 21, 9, ubi similia Aeolibus adscripta videbis.

Consonans inserta est in ἐμπόλατο Core. 1840, cui Boeckhii non debebat vulgarem formam ἐπρίλατο substituere. Nam μ eadem ratione additum est, qua in πίμπλημι et πίμπρημι cf. §. 42.

8) Consonantes conjunctae φρ transponendo evitantur in δρίφος pro δίφρος, quod Doricum esse dicunt⁵⁾ exemplo e Sophrone, ut videtur, allato fr. 38, unde δίφρος Sophr. 82 corrigendum esse videtur, et τράφος pro τάφος in tabb. Heracl. cf. Hesych. τράφος, τάφος (cod. τάφος) et intf. Aliud transpositionis genus est in κίρκος, quod secundum Joann. Gr. 248, h et Gr. C. 360 Doricum est pro κείκος, quanquam ne a vulgari quidem consuetudine alienum, et βάρφιστος, quod Gr. C. 337 propter Theocr. XV, 105 Doricum existimavit pro βράδιστος.

De vocalibus.

§. 16.

De α pro ε.

Dores α pro ε potuisse grammatici¹⁾ saepissime monent; paucis tamen vocabulis eum usum contineri, e reliquis fontibus apparet. Exempla magis minusve certa haec sunt:

Ἄρταμις¹⁾, de qua voce praeterea testatur Hero-

5) Et. M. 287, 5. δρίφος Συρακούσιος φέρ' ὃ τὸν δίφρον Hesych. δίφρον (cod. δίφρον) τὸν δίφρον Ἀρταμῆς καὶ Εὐστόχιος. J. Gr. 237, a. τὸν δίφρον δρίφρον.

1) Vulgo hujus mutationis exempla afferuntur Ἄρταμις et τράφος Et. M. 356, 9 — Et. G. 162, 13 — 197, 19 — 311, 9 — Ann. Oxx. I, 127, 9 — Choerob. Oxx. II, 212, 15 — Eustath. 969, 7 etc.: Ἄρταμις et ἄρτρος, J. Gr. 242, 8 et Greg. C. 362, sola vox Ἄρταμις Et. M. 38, 55, — Et. G. 17, 23 — Ann. Oxx. II 3 et 288 — Choerob. Oxx. II, 232, 18 — Scholii Theod. ἄρ-

ilianus π. μ. λ. 8; 23, legitur Amph. 1688, Corc. 1849, Epidaur. 1172; mensis Ἀρταμνίος Cret. 3052, in vase Acrensi Mus. Rhen. IV p. 85 et in multis aliis titulis Sicilis brevioribus apud Torzean. KV, 10 seqq.; Euboeae celeberrimum promontorium Ἀρταμνίον vocatur Lysistr. 1251, unde ibid. v. 1262 jure Ἀρταμνίος rescripserunt pro Ἀρτεμνίος, quod libri praebent. Vulgaris tamen forma Ἀρτεμνίος in titulis paullo recentioribus vel incertioribus reperitur, ut Cret. 2554, Anaph. 2481; mensis Ἀρτεμνίος Corc. 1845, promontorium Philistus teste Stephano de urb. Ἀρτεμνίον appellaverat Ἰσως Δωρικῶς; postremo locus Dianae sacer in Acrensi titulo nr. 3 Goettl. Ἀρτεμνίον vel Ἀρτεμνιάον scribitur.

Ἀπταρα Cretici oppidi nomen est in antiquioribus nummis vid. Mionn. Suppl. VI p. 304, quod in recentioribus et vulgo apud scriptores Ἀπταρα. Eadem forma usus est Dicaearchus, cui pro Ἀπταραίαν non Ἀπτεραίαν cum Hoeckio Cret. I p. 380 restituendum est sed Ἀπταραίαν, et Hesychius s. v. Ἀπταραίος; nec minus in Corc. 1840 pro Ἀπταραίω, quod Boeckhiius in Ἀπταραίω mutavit, eo libentius Ἀπταραίω rescribes, quod in eodem titulo duo Phaestii et unus Cnossius nominantur.

ἄτερος praeter testimonia supra appoita 1) a grammaticis saepe ad explicandas formas Atticas ἄτερος et θάτερος crasi ortas adhibetur 2). Legitur nunc in titulis incertioris lectionis Corc. 1845 l. 18 (ἄτερος l. 54), Cret. 2554, 111, deinde Acharn. 814, quam v. 813 libri ἔτερος teneant, Archimed. Aren. p. 324 αἱ μὲν ἄτεραι — αἱ δὲ ἄτεραι, et saepe in Pseudo-Pythagoricis ut Archyt. Stob.

Bekk. ad Apoll. de synt. p. 352; τραχὺ ibid. p. 353 et Et. M. 443, 27, τραχὺ et τάρων Ann. Oxx. I, 83, 22 et Et. M. 114, 19; Ἀρταμνίος; τραχὺ, τραχὺ, αἰα, πιάω Eustath. 1573, 63.

2) Apollon. de conj. 429, 24, qui θάτερον explicans: ἄμιον εἰς παραδίεσθαι Δωρικὴν μεταθῆσιν τοῦ εἰς ἄ, Eustath. 1573, 63, Et. Ox. 74, 15, Et. M. 443, 27, Et. G. 265, 13, ubi adeo ipsum θάτερον Doricum vocatur.

Flor. 1, 75. 76. 77. 79, Theag. ibid., I, 60, Epibant. ibid. XLVIII, 64 etc. 3). Accedit, quod etiam Lesbii α τερος dixisse videntur, vid. L. I §. 12, 1, et quod antiquum α et crasis ratione in α τερος, θ άτεροι apud ipsos Atticos proditur et in α τεροτε (cf. ϵ κάτεροτε ab ϵ κάτερος), α τερ, α τάρ (cf. α λλά ab α λλος), quae ad eam stirpem pertinere patet, servatum est. Itaque non dubitavi Epicharmo fr. 94 formam genuinae Doridi propriam α τερος vindicare.

α ψίαι, ϵ αρταί. Λάκωνες Hesych. pro ϵ ψίαι.

$\gamma\alpha$ particula pro $\gamma\epsilon$, de qua vid. Et. M. 732, 30 seqq., haud raro in libris servata est, ut Epich. 18. 58, Sophr. 51. 54, Lysistr. 105. 170. 988 etc., saepe apud Theocritum, unde in reliquis, quae vere Dorica habere licet, aut recte restituta aut restituenda est. Non minus $\gamma\alpha$ pro $\gamma\epsilon$ pronominiibus additur ut ϵ γώνγα vid. §. 32, 1. 3.

ι αρός pro ι ερός est. in antiquiore titulo Laconico nr. 13, Heracl., Corc. 1909, Amph. 1688; τὸ ι αρόν, ι αρώσαν, ι αρομνάμων Amph. 1688; ι αρεύς Lac. 34 R. Cyren. 1. 4. 7, ι αρία pro ι ερία Cyren. 2, ι αριτεύω vel ι αριτεύω Cyren. 1. 12 praeter breviores nonnullas, α ναριζέει Brutt., N.P. ι άρων in antiquo Theraeo nr. 12 Act. Ac. Berol., in galea Hieronis C. I. nr. 16. et in didrachmo Crotonis vid. Mus. Rhen. IV p. 93. Postremo advocandae sunt glossae Hesychianae ι αρειῶν, πρόβατον, βοῦς. — ι αροχρεία, τὴν ὀσφῦν Ἴταλοί et ι αρόχρης (Mus. ι αρόχρους), καθρός, θύσιμος (cf. μ ελαγχρής et α χρής pro μ ελαγχροής et α χροής Lobeck. Parr. p. 256). — ι αρώμα, κοσμήριον παιδικόν. Vulgatae formae ι ερός etc. leguntur antiquioribus admixtae in Amph. 1688, ubi non dubito quin lepididae Attico debeantur, solae in titulis paullo recentioribus Corc., Rhod., Agrig. etc. Cyrenaei reliquis diutius antiquam α servarunt, quod

3) Corruptiores sunt Hesychii glossae huc spectantes α τεροι, ϵ τεροθεν et α τεροίων, ϵ τεροθεν και χωρίς.

ne Romanorum quidem imperatorum aetate plane aspernati sunt, quanquam in titulis eo tempore scriptis nr. 7. 10. 11 all. etiam *ιερεύς*, *ἀρχιερεύς*, *ιερείου* reperiuntur. Valde miramur, quod *Ἰέρων*, non *Ἰάρων* legitur in nummis Hieroni I adscriptis apud Mionn. Descr. I p. 318 et Suppl. I p. 453, quanquam et aetas adversatur et Dorica nominis forma in galea ab eodem dedicata. Nulline istorum nummorum Hieroni majori recte tribuuntur? Judicabunt qui rei nummariae peritiores sunt. In Hieronis minoris et Hieronymi nummis vulgaris forma aetati convenit. — Non mirum est apud scriptores librorum culpa Doricam proprietatem oblitam esse, ut *ιερείον* traditur Lysistr. 84, *ιεραῖς* Sophr. 98, quod correximus.

ἰάραξ, *ἰχθὺς ποιδὸς Λαορικώτερον* Hesych., unde correximus *ἰεραξες* Epich. 45.

ἴρανες, *εἰρηνες* (ol. *εἰρωνες*), *οἱ ἄρχοντες ἠλικιώται διώκοιτες* (fort. *Λάκωνες*) Hesych. *Ephebos* a Laconibus *εἰρηνες* vocatos esse constat; jam genuina ejus nominis forma *ἴρανες* esse videtur.

μέγαθος pro *μέγεθος*, quod Herodotus frequentat, in Philoxeni dithyrambici fragmento legitur apud Athen. IV p. 147. C, qui quum reconditiora quaedam Dorica non aspernetur quumque ipsa forma antiquitatem sapiat, nescio an vere Doricum habendum sit.

Πάναμος mensis nomen pro vulgari *Πάνεμος* legitur in tabulis Heracleensibus, Delph. 1702 et in vasis Acrensibus Mus. Rhen. IV p. 85.

πιάζω pro *πιέζω* et Doricum vocatur ⁴⁾ et apud Alcmæanem legitur fr. 70 Schn. ex Herodiani π. μ. λ. 44, 10 testimonio, *πιάξας* Theocr. IV, 35 et Ep. 6.

σκιαρός Pind. Ol. III, 14. 19 recte Doricum haberi

4) Ann. Oxx. I, 367, 9 — Et. M. 671, 29 — Eust. 1573. 63. Non minus *ὑποπιάζω* Doricum judicator Ann. Oxx. I, 232, 26 — H. 339; Et. G. 48, 41 — 371, 9, sed id malè a grammaticis lectum est pro *ὑποπιάζω*, quod descendit ab *ὑπόπιον*.

videtur pro $\sigma\kappa\iota\epsilon\rho\acute{o}s$. Idem Theocrito VII., 138 e tribus codicibus bonis reddendum est.

$\tau\acute{\alpha}\mu\nu\omega$ Doridi tribuitur ⁵⁾, quanquam ne ab epica quidem et Ionica dialecto alienum est; legitur $\acute{\alpha}\pi\omicron\tau\acute{\alpha}\mu\nu\eta\tau\alpha\iota$ Cret. 2554, 16, $\delta\iota\alpha\tau\acute{\alpha}\mu\nu\omega$ in tabulis Heracleensibus, $\tau\acute{\alpha}\mu\nu\omicron\sigma\alpha\iota$ apud Pindarum Ol. XII, 6, ubi alias $\tau\acute{\epsilon}\mu\nu\omega$. Aoristus $\acute{\epsilon}\tau\alpha\mu\omicron\nu$, quo etiam antiquior Atthis utebatur pro $\acute{\epsilon}\tau\epsilon\mu\omicron\nu$, non minus Doriensium erat neque aliter est in tabulis Heracleensibus, apud Pindarum et Theocritum.

$\tau\rho\acute{\alpha}\pi\omega$ pro $\tau\rho\acute{\epsilon}\pi\omega$ et a grammaticis Doridi vindicatur ¹⁾ et legitur Cret. 2555 $\acute{\epsilon}\pi\iota\tau\rho\alpha\psi\acute{\omega}$. In scriptoribus nunquam reperitur, quin liceat aoristum agnoscere. Ceterum non minus Herodoto familiare est.

$\tau\rho\acute{\alpha}\phi\omega$ pro $\tau\rho\acute{\epsilon}\phi\omega$ legitur Acharn. 754 $\tau\rho\acute{\alpha}\phi\epsilon\nu$, Pind. P. II, 44 $\tau\rho\acute{\alpha}\phi\omicron\iota\sigma\alpha$, IV, 115 $\tau\rho\acute{\alpha}\phi\epsilon\nu$ item pro $\tau\rho\acute{\epsilon}\phi\epsilon\nu$, Isthm. VII, 40 $\tau\rho\acute{\alpha}\phi\epsilon\nu$, Theocr. III, 16 et IX, 23 $\acute{\epsilon}\tau\rho\alpha\phi\epsilon$, Archyt. p. 30 Hartenst. $\tau\rho\acute{\alpha}\phi\epsilon\tau\alpha\iota$. Recte enim in omnibus his locis praesens agnoscitur et accentu e plurimorum librorum auctoritate significatur vid. Butt. Gr. Gr. II p. 308. Doricum videtur etiam Hesychii $\tau\rho\acute{\alpha}\phi\epsilon\tau\alpha\iota$, $\pi\acute{\eta}\gamma\eta\tau\alpha\iota$.

$\sigma\rho\acute{\alpha}\phi\omega$ pro $\sigma\rho\acute{\epsilon}\phi\omega$ Doricam et antiquam formam fuisse et analogia docet (compares $\tau\acute{\epsilon}\tau\rho\alpha\mu\mu\alpha\iota$, $\tau\acute{\epsilon}\theta\rho\alpha\mu\mu\alpha\iota$, $\acute{\iota}\sigma\rho\alpha\mu\mu\alpha\iota$) et aoristus $\acute{\iota}\sigma\rho\rho\acute{\alpha}\phi\theta\eta\nu$ Sophr. 78 pro $\acute{\iota}\sigma\rho\rho\acute{\epsilon}\phi\theta\eta\nu$ et $\sigma\rho\rho\alpha\phi\theta\acute{\epsilon}\nu\tau\epsilon\varsigma$ Theocr. VII, 132, quo pertinet etiam $\acute{\alpha}\mu\phi\iota\sigma\rho\rho\alpha\phi\acute{\eta}\varsigma$ apud Diotogenem Pseudo-Pythagoricum Stob. Fl. XLVIII, 62. Vulgare $\sigma\rho\rho\acute{\epsilon}\phi\alpha\iota$ est Corc. 1838, b et Rhod. 2905.

$\tau\rho\acute{\alpha}\chi\omega$ pro $\tau\rho\acute{\epsilon}\chi\omega$ Doricum est e grammaticorum testimonio ¹⁾ et legitur participium $\tau\rho\acute{\alpha}\chi\omicron\nu$ Pind. Pyth VIII, 34, $\acute{\epsilon}\tau\rho\alpha\chi\omicron\nu$ Theocr. II, 147, cf. Hesych. $\tau\rho\acute{\alpha}\chi\epsilon$, $\rho\omicron\rho\epsilon\acute{\upsilon}\omicron\nu$ — $\theta\rho\alpha\chi\acute{\epsilon}\iota\tau\alpha\iota$, $\rho\omicron\rho\epsilon\acute{\upsilon}\omicron\sigma\epsilon\tau\alpha\iota$ — $\theta\rho\rho\alpha\kappa\tau\iota\kappa\acute{\omicron}\nu$, $\rho\omicron\rho\epsilon\upsilon\tau\acute{\omicron}\nu$. Quare, accedente praeterea similitum verborum analogia, Epicharmo fr. 20 $\tau\rho\acute{\alpha}\chi\omicron\nu$ pro $\tau\rho\acute{\epsilon}\chi\omicron\nu$ reddendum duximus. Vulgaris forma $\acute{\alpha}\pi\omicron\tau\rho\acute{\epsilon}\chi\omicron\sigma\alpha$ est in recentioribus titulis Del-

⁵⁾ Ann. Oxx. I, 83, 22 — Et. M. 114, 19 — 745, 28 — Et. G 521, 36.

phicis 1699. 1703. 1705. 1706. — Simile est, quod Pind. Ol. VI, 55 in duobus libris βεβραγμένος legitur a βρέγω; recte tamen Boeckhiius egit, quod formam incertiore non recepit.

φρασί pro φρεσί, quo Pindarus utitur vid. Boeckh. Nott. Cr. p. 385 (quanquam idem φρήν, φρενός, φρένες etc.), ab Eustathio 32, 14 Doricum appellatur, nec male. Nam antiquissimam linguam α in ea voce habuisse verba εὐφραίνω et ἀφραίνω docent; antiquam formam apud Dorienses resedissee e vocis ἴφρανες analogia colligere licet, nec temere Hesychii φρανίζω, σωφρονίζω i. e. φρενῶ Doricum haberi videtur. Ceterum conferas, quae §. 19 de ποιμήν adnotabimus.

χάραδος tabb. Heracl. I, 12. 25, ubi via commemoratur διὰ τῷ χαράδεος ἄγωσα, Mazocchio temere vocem a χαραδέυς derivante, quod Doricum vocabulum esse fingit ejusdem quam χαράδρα significationis, potius Doricum est pro χέραδος Hom. Il. φ, 319 cf. Spitzn. Exc. XXXII, itaque litus maritimum significat, calculis, arena, et quaecunque mare superfusum relinquere solet tectum.

Praeter haec Dorienses ᾶ pro vulgari ε proferunt in adverbii loci, quae in θα pro θε exeunt, ut ἄνωθα pro ἄνωθε, et adverbii temporis cum terminatione οκα pro οτε, ut ἄλλοκα pro ἄλλοτε vid. §. 44. Heraclenses adeo tertiae declinationis dativum pluralem in: ασι exeuntem habent, quem Doris minus severa in εσι, ut ἐνιασι pro ἐόντεσι vid. §. 30, 3. — De Cretico τάως pro τέως vid. §. 24, 8, de Cretico ἀέρσα pro ἔρση, ἐέρση §. 5, 7. Alienum ab hoc loco est κα, cujus vocalis producitur, pro ἄν, κε vid. §. 45.

Nonnulla a grammaticis male pro Doricis venditantur, ut ἀμφιάζω (Ann. Oxx. II, 339 et Et. G. 48, 41) pro ἀμφιέζω i. e. ἀμφιέννυμι dictum volunt, quum potius Alexandrina vox sit (vid. Sturz. de dial. Maced. p. 146 et Jacobs. ad Goell. p. 259) ab ἀμφί derivata ut ἀντιάζω aut, id quod nobis magis placet, e futuro ἀμφιῶ facta, quod ab ἀμφιάζω descendere putarunt, ut πελῶ a πελάζω et

quae similia sunt; deinde φέρω, quod Doricum esse pro φέρω Syracusanae vocis ἀντιφάρα i. e. ξάλη explicandae gratia fingunt Ann. Oxx. I, 83, 22, Et. M. 114, 19, quam certissimi Doridis fontes vulgarem formam φέρω multis exemplis tueantur.

Jam respectantibus nobis, qualis sit Doricae in hoc genere proprietatis ratio, inde quod lingua Sanscrita breves vocales e et o ignorat et quod alia quoque ratiocinatione efficitur, eas aliquanto recentiores esse quam α, ι, υ, nolimus pro certo affirmare, Doridem ubique illud α e summa antiquitate traditum accepisse; quam facile enim fieri poterat, ut Dorienses, id quod multos nostratium facere videmus, rudiore pronuntiatione ε in α corrumperent! Multa tamen illorum ex antiqua lingua mansisse, certum habemus, ut ἄτερος secundum ea, quae diximus, ἰαρός cf. L. I §. 4, 6, τάμνω, quocum compares simillimum verbum κάμνω, φρασί pro iis, quae monuimus. Contra dubitamus aliquantum, an τράπω, τράφω, στράφω, τράχω e τρέπω etc. vocali propter antecedens ρ mutata apud Dorienses contra genuinam linguae indolem facta sint. Nam derivata τρόπος, τροφός etc., quae Doridi cum vulgari lingua communia sunt, praesentia τρέπω, τρέφω etc. postulare videntur.

Contraria vocalium mutatio est in γελανής, quo Pindarus utitur Ol. V, 2. P. IV, 181 pro γαληνός et Hesych. γελανής, γαλήνη (leg. γαληνός). Λάκωνες cf. γαλερός, γαληρός.

§. 17.

De aliis brevium vocalium mutationibus.

1) A pro o antiquioris et genuinae Doridis est in *Είκατι*, *Φείκατι*, *βείκατι*, *ΐκατι*, *εῖκατι* pro *εἴκοσι*, vid. §. 34; deinde in *διακάτιοι*, *τριακάτιοι* etc. pro *διακόσιοι*, *τριακόσιοι*, quae quam recte ab *ἑκατον* descendant, facile apparet, vid. §. 34. Rarissima sunt alia ejusdem mutationis exempla: *ἄναιρον*, *ὄνειρον*. *Κρηῆτες* He-

sych., quocum conferas ejusdem glossam ἄναρ, ὄναρ; deinde σαλία teste Hesychio Laconice pro θολία; κάρρα Alc. 70 fortasse pro κόρση, vid. §. 13 not. 4. Doridi non proprium est ἄστακος Epich. 13. 17, quae est vulgaris forma Attici ὄστακος. Male ὑπά in Ann. Bekk. p. 928, 15 Δωρικώτερον vocatur, quum sit Lesbiacum.

2) Inversa mutatione ο pro α apud Dorienses est in τέτορες pro τέσσαρες, quae ex antiqua forma τέτταρες nata sunt; κόθαρος Heracl. I, 55 pro κάθαρος et ἀνοθαρίοντες I, 81 pro ἀνακαθαροῦσι, in quibus propter radicem Sanscritam çudh (purificari), quum u facilius in ο quam in α transeat, vocalem ο antiquiorem putaverim et α ideo assumptum, quod praepositio κατά inesse videretur; ἀνεπιγρόφως Heracl. I, 36, quanquam γράφω et in reliquis fontibus et in tabulis Heracleensibus α servat¹⁾ (γρόφων in columna Melia C. I. nr. 3 incertissimum est, tolerabilius γροφεύσαντα in recenti titulo Argivo nr. 1125 non Dorice scripto), quare propter Doricorum verborum τράπω, τράφω etc. analogiam ἐπίγροφος formatum videtur ut ἐπίτροπος, τρόφος; postremo ἀβλοπές, ἀβλαβές· Κρηῆτες Hesych., ubi Is. Vossius literarum ordine suadente correxit ἀβλοβές. Doridi non proprium est μολόγη Epich. 104 pro Attico μαλάχη, vid. Athen. II, 58. d.

3) ε pro ι est in Σεκῦών, quo nomine Sicyonios ipsos urbem suam appellasse tradit Apollon. de adv. p. 555, et est in nummis modo ΣΕ. modo ΣΙ., vid. Mionn. Suppl. IV p. 161. Conspirat Hesychiana glossa σεκουάνα (corrigendum videtur σεκούα), σικύα, quam Laconicam esse υ in ου mutatum prodit, et σεκουάνη (?), ἐλαιας εἶδος· Λάκωνες, quod oleae genus a peponis similitudine quaedam appellatum videtur.

Contra ι pro ε Doris et nominatim Siculi primum cum Ionibus commune habuisse traduntur in ἰστία et

1) Lacones γριφᾶσθαι pro γράφειν dixisse traduntur ab Hesychio et antiquo tecnico apud Eustath. 1926, 57.

§. 17. De aliis brevium vocalium mutationibus. 121

ἰσιω̄ pro ἔσια et ἔσιω̄²⁾, et legitur Ἴσια in titulo Syracusano apud Torrem. XVIII, 3, ἰσιω̄ν¹⁾ Epich. 19 in Athenaei codice P, Ἴσιαρ. i. e. Ἴσιαρχος in nummis Tarentinis Mionn. Descr. I p. 145, Ἴσιαιος in Heracl., quae accedit Ἐσια apud Hesychium, vid. §. 5, 8. Contra vulgaris forma Ἐσια est in Cret. 2555, ἔσια in Hermon. 1193 et in Delphico Ulrichsii p. 67; ἔσιονάμων Doricam a Polluce affertur I, 75. X, 20. — Deinde ε pro ε̄ haud raro est ante sequentes vocales, maxime in adjectivis in εος vulgo exeuntibus. Ejus generis codicibus spondentibus apud Epicharmum sunt ἀργύριον fr. 5, φοινίκαι 12, βόιον 77, quorum ad normam alia quaedam correximus, apud Timocreonem fr. 1 ἀργυροισι et ἀργυρίων, apud Theocritum XIII, 5 χαλκιοκάρδιος in antiquis editionibus, II, 30 χάλκιος in codice, II, 2 φοινίκω in quinque libris; Spartanorum Athene χαλκίικος nomen e χαλκός (non χάλκεος) et οἶκος compositum habere intelliges, si reputer digammi vim atque conferas χαλκίνας et Butt. Gr. Gr. II p. 459. Ceterum in Amph. 1688, Brutt., Rhod. 2525, b et aliis χρύσεος scriptum reperitur, χάλκεος Delph. 1690. Praeterea σνκία pro σνκῆ est in Heracl. I, 124; ὄστιον et ὄστια Theocrito II, 21. 62. 90, IV, 16 et Epigr. VI, 6 ex optimis libris restituenda sunt; Μνασίας in titulo Cephallenio nr. 1928 et Phocico Rossii nr. 81, Στασίας Locr. 1758 sunt pro Μνασίας, Στασίας, quamquam in ejusmodi nominibus etiam vulgo elocutio inter ε̄ et ε̄ anceps fuisse videtur. Pauca quaedam dialecticis Creticae et Laconicae propria sunt. Nam Cretes pro θεός dixerunt θιός (Hesych. θῖος, θεός· Κρητες) sicut Bocoti, quare in Cret. 2554, 185 pro τῶς ἄλλοσιως legendum videtur τῶς ἄλλως θιώς, vid. §. 7, 3; Laconica sunt σιός

2) Et. M. 382, 42. Ἴωνες καὶ Λωρῆες διὰ τοῦ ἰ ἰσιω̄ καὶ ἰσια. — Heraclid. apud Eustath. 1562, 43. Σικελοὶ τὸ ἀρκτικὸν ε̄ ἢ ἔπειτα τὸ σίγμα, εἰς τὴ μετατιθέσσω, cujus rei exempla affert ἰσχω, ἰσπω, ἰσω, ἰσῆ, male praeter ultimum. — Eustath. 1579, 47. κατὰ τοὺς παλαιούς οἱ Λωρῆες ἰσιω̄ν λέγουσιν ἐν τῷ ἰσῆ.

et-σιά pro θεός et θεά, vid. §. 7; in reliquis titulis Creticis, nec minus in Cyrenaeis et Heracleensibus vulgares formae tenentur. Deinde Cretensium est *θειόν* pro *θείον*, *θειόν* secundum Hesychii glossam *θειόν*; *θειόν* τὸ ὄρουπόν· *Κρητες*, quam emendaverunt Hemsterhusius et Valckenarius ad Adon. p. 186. C. In titulo Cretico nr. 2554, 143 est *περιστερών* pro *περιστερών*; Laconicum dicitur ab Hesychio *γαλλιῶται*, *ἀσκαλαβῶται* i. e. *γαλιῶται*. Corruptum putamus *Κρητογενία* Cret. 2559, 177 pro *Κρητογενία* nec valde confidimus glossae Photianae *φουδια*, *ψευδῆ*· *Κρητες*. — De aliis, quae ε in ι mutatum habent, infra disputabimus §. 26, quo licebat etiam ex iis, quae nunc commemoravimus, pauca quaedam referre, ut *περιστερών* et *γαλλιῶται*. — Addimus Hesychii glossas, in quibus ε ratione parum credibili in ι mutatum conspicitur: *διφοῦρα*, *γέφυρα*· *Λάκωνες* et *τίριος*, *θέριος*· *Κρητες*.

4) ε pro ο, quae mutatio Dorica dicitur Et. Gud. 459, 4, in paucis quibusdam reperitur: *ἐβδομήκοντα* Heracl. et Delph. 1690 pro *ἐβδομήκοντα*, quod legitur Corc. 1845, 48 et in Tauromenitano Torremuzzae; *ὀδέλος* pro *ὀβολός* Delph. 1690, vid. §. 10, 2; *γεργύρα* pro *γοργύρα* apud Alcmānem secundum Et. M. 228, 38; *Ἀπέλλων* et *ἀνδρεφόνος* Dorica Herodiano auctore³⁾, quorum illud legitur in recenti titulo Megarico nr. 1065 et in Epilycei Coralisci fragmento (vid. Append.) a nobis restitutum est ex *ἀγγέλλω*, antiquiore Latinorum forma *Apello*, quam servavit Festus, addicente, nec minus mensis nomine *Ἀπελλαῖος* apud Delphos, Heracleenses, Macedones, quem Boeckhius ad C. I. I p. 814 *Ἀπολλώνιον* interpretatur (vulgo *Ἀπόλλων* scribitur, etiam in Amph. 1688); *Φέργανον* pro *ὄργανον*, vid. §. 5, 8. Corruptum est *δύε* pro *δύο* in Lacon. 1511, 7.

E contrario Corcyraeos insulam suam, quae vulgo

3) Herod. ap. Eustath 163, 5. ὁ δὲ διὰ τοῦ ε̄ ἀλετριβανος μήποτε Λαρόν ἴσται; οἱ γὰρ τὸν Ἀπόλλωνα Ἀπίλλωνα εἰπόντες καὶ τὸν ἀνδρεφόνον ἀνδρεφόνον οὗτοι καὶ τὸν ἀλοτριβανὸν ἀλετριβανον εἰποιν ἄν.

§. 17. De aliis brevium vocalium mutationibus. 123

Κέρκυρα, appellasse *Κόρκυρα* et tituli multi docent et nummi, vid. Mionn. Suppl. III p. 428.

5) Temere ab Eustathio *ι* pro *υ* Doricum dicitur, vid. L. I §. 12 not. 10. Neque enim incorrupta videntur *αἰσιμῶντες* pro *αἰσυμῶντες* in titulo Chalcedonio et *φυλάς* pro *φυλάς* (ut longas vocales hic commemorare liceat) in Agrigentino. Incertissimum est *υ* pro *ι*, quod Boeckhius existimat, positum in *Ἰπτάγρα*, *Ἰππασία* Cret. 2554, 106. 127, nec minus in *Ἀρτάμυτι* Epid. 1172.

υ pro *ο* est in *ὄνυμα*, quod quum Lesbiis potissimum usitatum sit, legitur etiam in Aetol. 1756 et Epich. fr. 27, (*ὄνομα* saepe in titulis recentioribus) eoque magis e genuina Doride petatum videtur, quod etiam Corinna fr. 4 *ὄνουμήνω* dixit i. e. *ὄνυμᾶίνω*, nec minus Pindarus *ὄνυμα* et *ὄνυμάζω*, quanquam et hic et Boeoti in reliquis Lesbiam *υ* pro *ο* ignorant. Idem Pythagoreorum usus indicat.

Mero errore factum est, ut *σύρκες*, quod est Lesbianum pro *σάρκες* vid. L. I §. 12, 3, Doricum dicatur Et. M. 708, 31.

6) Vocalis *ε* inserta est, si spectas vulgarem rationem, in *δένδρεον* Heracl. et Cret. 2555, *ἀδελφείος*, quod metro cogente restitutum est Epich. 3, *ᾄεον* Epich. 103, quae sunt omnia Doridi non propria, sed etiam in aliis dialectis ex antiquitate retenta. Inter consonas insertum aut potius retentum *ε* habent *πέλεθρον* Amph. 1688, *πέλεθρα* et *τετραπελεθρία* Coreyr. 1840 (sed in hoc eodem titulo *πλέθρα*, *τετραπλεθρία* et *διπλεθρία*). Item vocalis addita videtur in *τυρόνος*, *τόνος* *Ταρανῖνοι* Hesych. Cretensium magistratus, qui vulgo *Κόσμοι* vocantur neque aliter in titulis Creticis nr. 2554. 2556. 3048. 3049. 3053. A. B. 3054. 3055. 3056. 3058, *Κόσμοι* appellantur in nr. 3047. 3050. 3051. 3052. 3057 et in antiquioribus Strabonis editionibus X p. 738. 741.

Quo jure Dorienses ancipites producere tradantur, ut *ῖσος* pro *ῖσος* 4), non apparet.

4) Et. M. 477, 17, Et. G. 283, 20, Ann. Oxx. 1, 210, 23 ad ῖσος: ῖσος ὁ ποιητής (Homerus) Δωρικῶς ἐκτείνει τὸ δίχρονον. J. Gr. 242, b, Gr. C. 302. αἱ ἐκτάσεις τῶν δίχρονων στοιχείων ἴδιαι.

§. 18.

De *v* apud Lacones in *ou* mutato.

Soli Doriensium Lacones pro vocali *v* vel longa vel brevi Boeotorum more, vid. L. I §. 38, 3, diphthongum *ou* scripserunt. Neque tamen ea ratio apud antiquiores valuit, quum neque in Alcmanis carminibus neque in Aristophanis *Lysistrata* neque in titulis vetustioribus neque apud colonos Laconum Tarentinos ulla exempla reperiantur. Antiquissimum ejus scripturae vestigium est in *πούστακος*, quod Aristophanem grammaticum attulisse Hesychius tradit. Itaque apud Lacones illa scribendi consuetudo, qua vocalis priscus sonus a vulgari pronuntiatione discerneretur, certe non prius invaluit quam apud Boeotos, cf. quae disputavimus L. I §. 41. Ceterum de Laconica hac mutatione ne grammaticorum quidem praecepta extant, sed omnis cognitio e glossis ab Hesychio potissimum servatis haurienda est. Jam vero quum quaecunque *v* in *ou* mutatum habent, aut Boeotica aut Laconica esse oporteat, Hesychianarum autem glossarum paucissimae Boeoticae sint, innumerae Laconicae et inter illas ipsas, quas nunc spectamus, multae Laconicam originem vel indicibus additis vel certis indicibus prodant, reliquas quoque eodem revocandas esse persnasum habemus. Reperiuntur autem haec exempla:

ἀμούχα (leg. *ἀμουσγρά*), *καθαρεύουσα* *Λάκωνες*
Hesych. cf. *ἀμωσχρόν*, *καθαρόν*.

ἀπαφουλίστωρ (fort. *ἀσταφούλιστορ*) *σταφυλῖνος*
Λάκωνες.

γακούδια, *ἡδύσματα* et *γακουτάνης* (?), *ἡδυποτιστής*.
Laconica vox *γακύς* pro *γλυκύς*, *ἡδύς* praeterea in his glossis conspicitur: *γάκα*, *ἡδέως* (cod. *γβηα*, vulg. *γάηα*)
— *γακέϊαι* (cod. *γαγεῦαι*), *γλυκέϊαι* — *γακύ*, *ἡδύ*, *γλυκύς*.
— *γάλα* (leg. *γάκα*), *ἡδέως* (Mus. *ἡδύ*).

διαφούρα, *γέφυρα* *Λάκωνες*.

ἐκβιούζει, *θρηνηῖ μετὰ κραυγῆς* cf. *ἀβιυκτος* et §. 5,

§. 18. De *υ* apud Lacones in *ου* mutato. 125

4 s. v. βιύζω, ubi apparet propter β digammi loco praefixum glossam Laconicam habendam esse.

ζουγῶνες· βόες ἐργάται· Λάκωνες pro ζυγῶνες vid. §. 8, 2.

καμπούληρ, ἐλαιας εἶδος· Λάκωνες cf. καμπύλος.

κάρουα, κάρουα· Λάκωνες.

κουτάλα pro σκυτάλη Et. MS. Par. vid. §. 15, 3.

μοῦῖαε, σκώληκες οἱ γενόμενοι ἐν τοῖς κρέασιν pro μῦται.

μουκηροβαγός Laconice pro καρνοκατάκτης a μῦκηρος secundum Pamphilum vid. §. 5, 4.

μουκίξει — μέμφεται τοῖς χείλεσιν, cf. μύζω.

μουκτηριᾶ, σκαρδαμύττει, cf. μυκτηρίζω.

μούσαξ, ὁ ὑπὸ τοῦ βοῦν τρεφόμενος pro μύθαξ Laconice vid. §. 7, 2.

μουσίδδει, λαλεῖ pro μυθίξει vid. ibid. et §. 12, 3.

μούρκαρ, μῦσος· οἱ αὐτοὶ pro μύσκος vid. §. 8, 3.

οὔδραία, ὕδραία, μέτρον τι, Ἀττικοῦ μέτρητοῦ ἤμισυ.

οὔδραίνει, περκαθαίρει· Λάκωνες i. e. ὕδραίνει.

οὔμαί, ὑμέτεροι.

οὔφιδρωμα, τοῦ σώματος ἢ πρὸς τῇ πλευρᾷ ἀφοδῆρα pro ὑφιδρωμα esse videtur i. e. quod sudorem excipit.

παρσουλακίρ a θύλακος vid. §. 7, 2.

πύανοι, πύαμοι, ἐφθοὶ pro πύανοι.

πύμμα, ἢ τῆς χειρὸς πυγμή vid. §. 13, 4.

πύνιάζειν, παιδιμοῖς χρῆσθαι· πούνην γὰρ ὁ δακτύλος cf. πυνιάζειν, περαίνειν ὡς ἀρραίνειν et πύνος ὁ τρώκτης leg. πρωκτός.

πυρδαίϊον, μαγειρεῖον· Λάκωνες pro πυρδαίαιον vid. §. 9, 4.

πύστακος et secundum Aristophanem γραμματικῶν πούστακος Laconica pro πύστακος, πύσσακος vid. §. 8, nota 2.

σεκουάνα, σικύα et σεκουάνη, ἐλαιας εἶδος· Λάκωνες vid. §. 17, 3.

σούκινος, ὁ εὐνοῦχος pro σύκινος.

συνεπτάσθαι (corrīgunt συνέπεσθαι), συνακολουθήσαι!

haud ignorarent, quo rusticus oratio sonaret. Adeo credibile est, hyperdoricæ ejusmodi formas eo tempore, quo vulgaris lingua patriam dialectum opprimere coepisset, ipsorum Doriensium oribus ipso Atthidem evitandi studio usurpatas esse ²⁾. Unde factum est, ut etiam tituli, quamquam puriore dialecto uti solent, nonnulla ejus generis præbeant; grammatici si qua similia pro Doricis venditant, aut e plebis ore aut e scriptoribus recentioribus hausserunt. Utut est, Bucolicorum et Pseudo-Pythagoreorum, qui hyperdoricis formis scætant, in hoc capite nullus usus est, nisi quod Theocriti Idyllia *Δωρικώτερα* (I—XI, XIII—XV, XVIII) ubicunque vulgare η cum constantia quadam retinent, aliquam fidem merentur; in hanc enim partem ab ipso poëta minus videtur peccatum esse. — In Archimedis libris, ut nunc leguntur, multæ vulgares formæ sunt, paucæ hyperdoricæ.

Majorem fidem Pindari carminibus habere licet, qui quæm dialectos Doricam, Lesbiam et epicam misenerit, omnia, quæcunque α pro η habent, e Doride hausisse existari potest, quæcum Aeolis in hoc loco nihil differt. Hyperdoricæ neque poëtae ætati conveniunt et, si qua in libris reperiuntur, aut pridem librariis imputata sunt, aut iisdem infra vindicabuntur. Magis dubitare licet an subinde Ionicum η ex epica dialecto asciverit, quæ suspicio nec per se absurda est et exemplis nonnullis confirmatur, ubi, usæ constantia poëtae ipsius manum monstrat. Rara tamen sunt talia, ut non multum errari simus, si η , ubicunque a Pindaro servatur neque aliunde alia constant, Doridi sacribamus. Reliquorum lyricorum reliquiae et tragoediarum cantica hyperdoricis commentis rarissime librariorum, sæpius editorum prava sedulitate ornata sunt. Et horum quidem erroribus silentio transmissis haud raro

2) Non aliter eos, qui Sassicò idiomate utuntur, nunc sæpe proquintantes audiveris *det Avens* i. e. *dès Abendæ*, literæ s mutatione Sassicæ male et hypersassicæ ad genitivi terminationem adhibita.

ex his fontibus docebimus, ubi Doris *α* pro vulgari *η* posuerit; contra ubi *η* tenuerit, ex his carminibus, quae sunt vel dialectorum mixtione vel librorum mala fide, disci non potest.

2) In universum hanc legem constituere licet: Dorientes cum Aeolibus longum *α* habuisse pro Ionico *η*, quod ex *α* natum esset. Eam vocalis *η* originem apertam habent ideoque in Doride *α* postulant:

a) terminationes declinationis primae³⁾, ejus singularis in hunc modum procedit: *πύλα*, *πύλας*, *πύλα*, *πύλαν*; *μούσα*, *μούσας*, *μούσα*, *μούσαν*; *Ἀτρείδας*, *Ἀτρείδα*, *Ἀτρείδαν*.

b) princeps syllaba in praeteritis verborum, ubi *η* augmento ex *α* natum est, ut *ἀρχέμαν*⁵⁾, *ἄγον* Et. M. 12, 42, *ἀνάγγελαν* Delph. 1693, *ἄκμαζε* Cret. 2563, *ἀξιῶν* Act. 3046⁴⁾, *ἄνται*, *ἄχθω*, *ἄγμινος* saepe apud Archimedes. Item in diphthongis *α* servatur, ut *ἐπαύθησε* Rhod. 2525, *ἐπαυέθη* ibid., *αἰρέθη* Astyp. 2483 (vid. §. 25, 4. c), *διαίτασαν* Calymn. 2671, Boeckhio tamen dubitante, an rectius *ἐπαυέθη* scribendum sit. Pindarus et *ἄδασα* habet N. X, 80. I. V, 39 (cf. Stesichori *πταυδή* in Ann. Oxx. I, 191, 32) et ubique *καταίσχυσε*, *καταίνησαν* etc. vid. Boeckh. Nott. Critt. ad Ol. XI, 3, in quibus Boeckhius ad P. IV, 40 propriam diphthongum praeferebat augmentum poetice omissum existimare videtur; vix recte. Plura vid. §. 36, 8 et §. 35, 2.

c) omnia verborum, quorum stirps in *α* exit, declinationa, ut *ἔστα*, *μενυμένως*, *τιμάσαι*. Eodem pertinent nonnullae stirpes, quae transpositum *α* in finem acceperunt, ut *α θαν*, *θνα* (cf. *τέθναμεν*, *τεθναίην*) derivantur *θνάσκω*, *τέθνακα*, *α ταμ*, *ταμ* frequentia apud Archimedes

3) Theod. Bekk. 993, Choerob. Bekk. 1366, Ann. Oxx. I, 118, 7, de *γα* Herod. π. μ. λ. 6, 14.

4) Non debet Boeckhius Chishulli *ηξιῶν* recipere, quum Heseli *ἀξιῶν* genuinam scripturam monstraret.

τέτραμαι; ἐτέτραψην, α. δαμ, δμα ἐδμάθησιν apud Pindarum et tragicos.

d) vocabula omnia, quae a vocibus primam declinationem sequuntis aut a stirpibus verbalibus in α exeuntibus vel derivando vel componendo orta sunt, ut *Μαγιάτας* Acarn. 1794 et Ambr. 1796, *ἀλκάτις*, *ὄδυναρός*, *σεγῶλος* Pind., *γαίως* a γῆ Epich. 23 ex emendatione nostra (cf. §. 22, 4); *γαγενής* Et. M. 229, 31 ex Herodiano, *Syracusanorum γάμοροι* Herod. VII, 155 i. e. *γήμοροι*, *γεώμοροι* (vid. §. 24, 17), *νικαφόρος* Pind., *βοαθῆα* Cret. 2554. 2556 a *βοή* etc. Deinde *βῆμα* Et. M. 196, 36, *ἀμφισβατεῖν* Rhod. 2905, *στάλα* Heracl., *μνάμα* Epich., *ἱερογράμων* Amph. 1688, *κτανός* et inserta vocali *πιτανός* Pind. et Tragg., *τιμαμα* Heracl., *θνατός*, *ἄδματος* Pind., *τιμάμα* Archimed.

e) composita, quorum altera pars α, unde incipit, vulgo in η producit; grammatico quodam bene docente⁵⁾, qui exempla afert *στραταγός* ab *ἄγω*, *ἀνάνεμος* pro *ἀνήνεμος* ab *ἄνεμος*, *ἀνάπνεος* ab *ἀπένομαι*, *νάποιος* ab *ἄποινα*, quibus multa addi possunt, ut *εὐάνωρ* Pind., *Νικάνωρ* vid. Apoll. de adv. p. 546, 17 etc.

f) postremo quaecunque formae verbales et voces derivatae ad stirpes, in quibus α est, revocari possunt, ut *λάθομαι*, *λάθα* cf. *ἐλαθον*, *λαΐνη* Epich. 18 cf. *ἐλαβον*, *ἐπάφα* Heracl. cf. *ἐπάγην*, *ἰάλε* Sophr. ab *ἰάλλω*, *μεγάνωμι* Sophr. cf. *ἔχωνος*; *ἄδομαι*, *ἄδονά*, *ἄδος*, *ἄδός* (vid. Henych. et supra §. 5; 8), cf. *ἀδέης*; *ἀγεῖσθαι* ab *ἄγω*, *Προμυθεύς* Epich. cf. *ἐμαθον*, *μᾶκος* Heracl. Eustath. 599, 21 cf. *μακρός*; *τραγός* cf. *ταράσσω*, *θράσσω*; *ἀλλάτων* e geminato *ἄλλος* ortem etc.

5) Ann. Oxh. I, 60, 20. ὅσαι δὲ τοιαῦται γίνονται τροπαὶ παρὰ (suppl. τὸ α̅ κατὰ) τὴν Δωριδος διάλεκτον, τροπὴ γίνεται τοῦ η̅ εἰς α̅ μακρόν· οἷον στρατηγός (στραταγός): ἀνάνεμον κῆμα: ἀνήνεστος ἀνάπνεος: βήπνεος νάποιος. εἰς δὲ ὅσαι ἐκ τοῦ ε̅, οὐκ ἔτι· ἔλατος λαπήλατος· Ἀλκυῶν· λεπτά δ' ἀταρπός, ἀνηλής δ' ἀνδράκη· ἐκ γὰρ τοῦ ἐλετή· ἤρχόμεν οὖν ἱροῦσι Δωριεῖς (cod. δῶρα), ἐπι ἀπὸ τοῦ ἔρχομαι ἀπὸ δὲ τοῦ ἄρχομαι ἀρχόμεν.

3) Pauca sunt, quae optimorum fontium auctoritate ab hac regula excipi videantur. Primum omnes formae vocesque a *κᾶσθας* descendentes *η* servant, ut *κῆσασθαυ* Pind., *κῆσις* Anaph. 2477, *ἔγκησις* Chal. 1567, Acarn. 1793, Thaum. 1771. 1772. 1773, Cret. 2554. 2558, Delph. 67, a R. et p. 67 Ulr., *ἔγκησις* Lacon. 1334, ubi non *ἔγκησις* cum Boeckhio, sed *ἔγκησις* corrigendum est, sicuti idem pro *ἔγκησις* Phoc. 1724, b, quod Boeckhiius in *ἔπασις* mutavit, in ipso lapide legitur teste Rossio ad nr. 75; deinde *αὐτόκτητος* et *Ἐπικτήτα* Ther. 2448, *Φιλοκῆτας* Pind. Solummodo praeter fictitium Byzantium decretum apud Demosthenem de corona *ἔγκησις* legitur in titulis Corcyraeis optime servatis nr. 1841. 1842. 1844, *Ἐπίκτατος* in Phodico Romanae aetatis nr. 76 R. Unde nolumus ambiguitatem quandam genuinae Doridis colligere, sed eo libentius hyperdorismum agnoscimus, quod etiam Boeoticum *ε* in hac stirpe Doricum *η* confirmat (vid. L. I §. 39, 2) et quod *κῆσας*, *κῆσαν* et Ionicum *κῆσθαι* radicem antiquitus *ε* habuisse testantur. Eadem ratio est eorum, quae a *χῆσθαι* descendunt. Leguntur enim *χῆμα* et *χῆσονται* Heracl., *χηματίων*, *χῆσι*, *χησμός*, *χησθήρων* Corc. 1845, Rhod. 2525. b, Ther. 2448, Aegypt. 2483; *χηστός* Chal. 1567, Delph. 67 R., Epich. 16, *χῆ*, *ἔχρησα*, *χῆσις* cum aliis multis apud Pindarum. Nec, si comparemus *χῆσις*, *χῆσις*, optativum *χῆσιν*, Ionicum *χῆσθαι* et *ἀπεχῆσι* apud ipsam Epicharum fr. 114, dubitabimus, quia ei stirpi antiquitus vocalis *ε* propria fuerit. Nec minus alia quaedam verba hisyllaba in *α* exeuntia *η* servant, sicut a *λῶ*, *λῶ* descendunt *λῶμα* Pind. et Laconicum *λῆσις* si. e. *λῆσις* vid. §. 19, 4, a *ῥῶ* *ῥῶσιον* Epich. 149. Tum verba *πῆκῆσαι* et *πῆκῆσαι*, quorum radices *πῆ* et *πῆσι* esse multis iudiciis proditur vid. Butt. Gr. II. p. 274; apud Dorienses *η* servant, ut *πῆκῆ* Sophr. 49; *ἐπῆκῆσαν* Sophr. 30, *πῆκῆσις* Epich. 6, *πῆκῆσιον* Rhod. 2525, b. 2905. Corc. 1839, quocumque spirat Boeoticum *πῆσιθαι* L. I §. 39, 2, et a *πῆκῆσαι* *ἐπῆκῆσαι* Heracl. 1, 97. Contra *πῆκῆσις* legitur Cret.

3048 (πλάθουες, πλήθους Hesychi), πλάθουσι in Aeschyli corruptissimo loci Chœroph. 582, quorum illud inter hyperdoricas formas refero, hoc male pro πλήθουσι accipi arbitror, quod nisi corruptum est, potius dativus pluralis est a πλάθω i. e. πελάθω ducendus. — Postremo quae derivantur a βάλλω et κλέω, nunquam a pro η asciscunt, quanquam transponendo stirpes βλα et κλα oriri videntur. Sed cum summa constantia leguntur βέβλημαι Pind.; κάβλημα Laconicum apud Hesychium, κέκλημαι et κικλήσκω Pind., κατάκλητος Heracl., ἐκκλησίαι saepe in titulis. Et in priore saltem voce η ex ε natum esse, Homericum βλείω et Epicharmum βλείης fr. 154 satis docent. Quare stirpes βλη et κλη non transpositione e βαλ et κελ, sed syncope e βάλη et κάλη ortae esse videntur, quo tendit etiam Homericum βεβλήμαι.

Magis mirari licet, quod η constanter tenetur in ῥήνωμῳ ejusque derivatis, quanquam aoristus ἐῤῥώην, cognatum verbum ἄρνωμι et Latinum frango radicem Φραγ, φραγ, sistere videntur. Sed non solum apud Pindarum sunt ῥήνωμι, ῥῆλαι etc., sed etiam in tabulis Heraclensibus, certissimis Doridis fontibus, ἐῤῥώην et ἄρνωμι, quibuscum conspirant Lesiaca Φρῆξις et αὔρητος vid. L. I §. 5, 4. 5.

4) In titulis, qui non sunt pessimae aetatis nec lapicidarum culpa aut describentium errore negligentiae corrupti, nihil praeterea contra regulas propositas peccatur. Reliquorum, qui minoris fidei sunt, menda enumerare piget, nec magis morabitur in librariorum peccatis, quibus paucissimam Epicharmi, Sophronis, aliorum Doridem commatularunt. Neque tamen praeterosundam videtur, quod apud ipsum Pindarum quaecumque illis regulis adversantur, non poetae, sed librariorum deberi videntur. In Boeckhii editione haec selecta sunt:

1) κρηνη Ol. VI, 91. Nem. IX, 49. I. V, 1, quanquam non solum in κρησαι a apparet et ipsi Attici κρηνη dicunt, sed etiam Dorientes in cognatissimis vocibus a proferunt, ut ἄκρατος Epich. 19, κρακρίω Sophr. 71,

ἀκρατίζεσθαι Sophr. 34, *ἐγκίρια* Sophr. 2. Neque enim quidquam Joanni Grammatico f. 243 ejusque sectatoribus Gr. C. 359, Meerm. 659 tribuendum est, qui *ἀκρητος* Doricum esse pro *ἀκρατος* tradunt, ubi quid corruptelae lateat, nescio. At in tertio Pindari loco omnes libri Doricum *κρατήρ* praebent, in primo optimi, in medio boni, quod cur propellamus, nihil adesse intelligo.

ἀναστήη P. IV, 155 Boeckhii pro *ἀναστήση*, quod et sensus et dialecti nomine suspectum est, Hermanno probante scripsit. Vel sic tamen contra Doricam dialectum peccatur et lectio in scholiis commemorata *ἀνασταίη* verissima est, modo conjunctivum agnoscas et, si placet, iota subscriptum addas; nam conjunctivus *ἀνασταίη* non minus recte se habet, quam Homericum *παραφθαίησι* II. κ, 346, de quo disputavimus in libello de Homericæ conjugatione in *μ* p. 17.

καύχημα I. IV, 57 a *καυχᾶσθαι* excusationem habet propter Doricam verbi formam *καυχέομαι* Theocr. V, 77 cf. *αὔχέω*.

ὀμηγυρής P. XI, 8 Boeckhio monente jam a Disenio in *ὀμαγυρής* mutatum est.

Restant *μελιθέα* P. IX, 38 (quanquam in fr. 147 Boeckhii sine libris *μελιαδέος* dedit), *προσηύδα* P. IV, 119, *νήποιον* P. IX, 60 vid. not. 4, *τέτμηται* I. V, 21, *ἀρηκτος* I. VI, 7 (quanquam ubique *πράσσω*, *πρᾶγος* etc.), quam formam Boeckhii reconditiorem esse ratus, quam quae possit a librario profecta videri, significationis discrimen quoddam quaerit. Poterat tamen grammaticulus et vulgarem formam *ἀρακτος* aspernari et Homericæ recordari. Vides, quam ea omnia sint suspecta. Multo plura illis regulis adversantur in Theocriti idylliis etiam iis, quae sunt *Δωρικώτερα*.

5) Saepissime latet, quomodo *η* ortum sit, nec potest ex origine quidquam de Dorica mutatione intelligi. Multa tamen, quae praeter illa Doricum *a* postulant, regulis quibusdam comprehendere licet. In Doride igitur *a* assumunt haec:

a) *tertia persona dualis indicativi praeteritorum et optativi, ut ἐποησάταν Delph. 25, ἐκτησάσθαι Pind., ὀλοίσθαι Tragg.*

b) *prima persona indicativi praeteritorum et optativi in subjectivo, ut συνεθέμαν Cret. 2555, ἤχθόμαν Epich. 19, ὀλοίμαν Tragg.*

c) *feminina super bisyllabum vulgo in ᾠη exeuntia: εἰράνα Lysistr. etc., σελάνα Pind. Tragg., γαλάνα Aesch. Ag. 720 et inde γαλάνεια Eurip. Hel. 1458. Iph. A. 546 et γελανῆς Pind., Ἀθάνα, Ἀθάσαι etc., Κυράνα, Μεσσάνα, Κυλλάνα, Πελλάνα, Ἀνθάνα oppidum Laconicum Steph. Byz., Πειράνα Pind., adeo Ionicae urbis Prienae incolae Πριανεῖς Rhod. 2905. Nec minus Dorienses ἀπάνα dixisse existimamus, quanquam apud Pindarum Ol. V, 3 et P. IV, 94 ἀπήνα traditum est. Thessali enim καπάνα dixerunt vid. Athen. X p. 418. D et Hesych. s. v. κ-πανικωτέρους (de κ addito cf. κωνχᾶσθαι et αὐχεῖν), unde nostro jure Doricam formam ἀπάνα assequimur. Simili modo e Cypriaco ἀγάνα pro σαγήνη apud Hesychium Dorienses σαγάνα dixisse intelligimus. Apud Pindarum praeter ἀπήνα regulae haec adversantur: τιθήνα P. I, 20, ubi codex non malus Ang. D. τιθάνα praebet, quod Doridi certe, si non Pindaro, vindicaverim; Ἀλκμήνα, pro quo semel inter novem locos v. l. Ἀλκμᾶνα in Ald. et Rom. reperitur P. IV, 172, ab ipso Pindaro scriptum est; valde tamen vereor ne Dorienses α etiam hic pronuntiaverint, quum forma feminina masculini nominis Ἀλκμᾶν agnoscenda esse videatur. Postremo Μυκῆναι P. IV, 49 et fr. 216 eo minus Doricum fuerit, quod terminatio ᾠα reliquorum analogia maxime in urbium nominibus postulatur. Ceterum contendere nolumus, omnibus nominibus in ᾠη exeuntibus in Dorica dialecto α necessarium esse; nam nomen Ismene, quod Boeotice Ἰσμεῖνα sonaret vid. §. 39, 2, Dorice haud dubie esset Ἰσμήνα.*

d) *feminina abstracta tertiae declinationis in ᾠη exeuntia, ut πρεσβύτας Ther. 2448, οἰκειότας Aetol. 3046,*

ταχτάς Pind., quo pertinet etiam ἐσθάς Pind. 6), quam aspirata in locum tenuis assumpta. Compares Latina vetustas, facultas etc.

e) omnes voces, quae in ηξ gen. ηκος exeunt 7), ut νάρθαξ, κάχλαξ, σκώλαξ, μύρμαξ, σφάξ, ὄρπαξ Eurip. Hippol. 121, βάραιες Laconice in Coralisco pro βήρηες cf. Hesych. et intt., Ζάραξ, oppidum Laconicum pro Ζάρηξ vid. Steph. Byz. et intt. Ipsi Attici α purum cum Doribus servare solent, ut θώραξ, ἰέραξ. Contra ἀλώπαξ an non recte Doricum dicatur 7), dubitare licet, quam et in reliquis casibus ε appareat et apud Pindarum Ol. X, 20. I. III, 65 ἀλώπηξ scribatur.

f) Nomina populorum in ην exeuntia, quae etiam apud Atticos saepe α tenent, ut Ἑλλαν, Ἀζάν pro Ἀζήν vid. Steph. Byz., cf. Αἰνίαν, quod apud Homerum est Ἐνίην, Ἀκαρναίην, Τιτῆνες, qui apud epicos Τριτῆνες. Addimus urbis nomen Τροϊζάν 6).

g) adverbia vulgo in η exeuntia, quae modo locum in quem significant, modo rationem, qua aliquid fit, ut πᾶ, παντᾶ, ἄσυχᾶ, κρυφᾶ. Accuratius de his et de iis, quae excipi videntur, infra quaeremus §. 44.

h) adverbia in δην exeuntia, ut ἄδαν Alem. 25, κρύβδαν Pind. cf. L. I §. 13, 4.

i) composita, quorum prior pars, quauquam non ad primam declinationem pertinens, in η pro vulgari o ter-

6) Herodian. ap. Eustath. 287, 41. ἡ Δωρίς καὶ ἡ Αἰολίς διαλέκτοι οὐδέποτε κατὰ γενικὴν περιτοσύλλαβον τὸ η μετατιθέσθαι εἰς α, εἰ μὴ βαρύνοντο. Ἑλλην Ἑλλαν, Τροϊζην Τροϊζαν· ποιμὴν δὲ καὶ λιμὴν οὐκ ἂν ἐροῦσι διὰ τοῦ α, ἐπεὶ δευτονοῦνται· ἐπὶ μίντοι μονοσυλλάβων μετατιθέσθαι τὸ σφῆξ καὶ μὴν (num χῆν?) σφᾶξ λέγοντες καὶ μάν. σισημειώται, σση, τὸ ἐσθάς δευνομένοισι καὶ διὰ τοῦ α λεγόμενον παρὰ Πινδάρου. Grammaticus oblitus est abstractorum ταχυκῆς, βραδυκῆς etc. neque in reliquis de accentu recte iudicat.

7) Theogn. Oxx. II, 40, 17. τὰ εἰς ηξ εἰσθότα Δωρικῶς τρέπεται εἰς α διὰ τοῦ η γράφεται ἀπλᾶ ὄντα· οἷον νάρθηξ, νάρθαξ αὐτοί· κάχληξ, κάχλαξ ἐκείνοι· ὁμοίως σκώληξ ὅτι σκώλαξ· θώραξ θώραξ· μύρμηξ, μύρμαξ· ἀλώπηξ, ἀλώπαξ καὶ εἶτι ὅμοιον.

minatur. Talia sunt *πολεμαδόκος* Pind. Ol. X, 13 et *η* cantilena antiqua Schneidew. Del. p. 462 pro *πολεμοδόκος*, *πολεμηδόκος*; *στεφαναφορία* Pind. Ol. VIII, 10 a *στεφαναφόρος*, *στεφαναφόρος*; *ιεραπόλος* Gel. Acarn. 1793, a; *ὄρκιατομῆ* Timocr. 3 ab *ὄρκιητόμος*, *ὄρκιοτόμος*; *πολιάχογος* Pind. Ol. V, 10 pro *πολιήχογος*, *πολιόχογος*, quod in *πολιούχος* contrahitur, *Θεαγένης* Megarorum tyrannus. Et talia, quae *α* purum habent, etiam Attica et vulgaris lingua novit, ut *βιβλιαγράφος*, *νεαγενής*, *ιεραφόρος*, rarius ea, quorum *α* non est purum, ut *νοθαγενής*, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 655 seqq. Eodem pertinet *ἐκαταβόλος* Pind., quanquam *ἐκατοβόλος* non reperitur, et ea, quae *μῖρο* quodam pleonasmō Ionice *η*, Dorice vel Aeolice *ᾶ* in commissura partium inserunt (cf. Lobeck. ad Phryn. p. 699), ut *ὑπεράφανος* Pind., *Εὐαγένης* in titulo Lesbii Deli reperto, quare nunc *ἐπάβολος*, de quo olim dubitavimus L. I §. 13, 5, vere Aeolicum esse iudicamus.

Jam vero ut in his compositis Dorice *α* est pro Ionico *η*, quod cum *ο* permutari potest, ita in tertia persona dualis, quam haud raro in *ον* pro *ην* exire constat, et in adverbis, quae saepe terminationes *δην* et *δον* promiscue habent, ut *βάδον* et *ἐμβάδην*. Inde aliorum vocabulorum quorundam Dorica mutatio illustratur, quae alioquin mira videri possit. Compares *δύστηνος*, Dorice *δύστανος* et *δύστονος* a *στένω*, *δήμος*, Dorice *δᾶμος* cum *δόμος* a *δέμω* (*δόμος* et *δήμος* significatione non fere magis discrepant quam *οἶκος* et *vicus*), postremo *μέμηλα*, Dorice *μέμᾶλα* Pind. Ol. I, 89 a *μέλω*, unde perfectum *μέμολα* legitimum esset. Quae quomodo explicanda sint, nunc quaerere non vacat.

6) Postremo haec singula, quae ad leges quasdam revocare non licet:

ἀέλιος Pind., *ἀβέλιος* apud Cretenses et Pamphylios §. 5, 5, vulgo *ἄλιος* Pind. Tragg. Plat. Cratyl. p. 409 etc.; *Ἀλιάδαι* et *Ἀλιασταί* Rhod. 2525, b, *Ἀλέϊον* i. e. *Ἡλίου ἱερόν* apud Rhodios Eustath. 1562, 57.

αἰών pro ἡἰών Et. G. 238, 57, Ann. Oxx. II, 446, Pind. I. I, 33.

ἀλαπάτα pro ἡλαπάτη, ut apparet e χρουσαλάκατος Pind. Tragg.

Ἄλεκτραι πύλαι pro Ἡλεκτραι Pind. I. III, 79.

ἀλία Heracl. Corc. 1841—1844, vel ἀλιαία apud Tarentinos ⁸⁾ i. e. ἐκκλησία, non diversum videtur ab Atheniensium Ἡλιαία, quae et μεγάλη ἐκκλησία vocata esse dicitur in Ann. Bekk. p. 310, 32, quanquam etiam Ionicum ἀλή antiquum α servat. Inde derivantur ξυναλλαξε Lysistr. 93, ἀλιασμα Gel. i. e. ψήφισμα et ἀλιακτήρ Siculorum ⁹⁾.

ἀλίβατος pro ἡλίβατος Pind. Ol. VI, 64, Eur. Suppl. 80.

ἀλίθιος pro ἡλίθιος Pind. III, 11.

ἄλιξ, ἀλικός, ἀλικία, ταλικός etc., ut ἀλικία Ther. 2448, ταλικούσθε Sophr. 6, ταλικούτος et ἀλικός Archim.

Ἄλις pro Ἡλις Pind. vid. L. I §. 52.

ἄλος pro ἡλος Pind. P. IV, 71 cf. Ἰάλλος, Lesbicum I §. 5, 2.

ἄμέρα et ἄμαρ Ther. 2448. Pind. Herod. π. μ. λ. 43, 6. Theogn. Oxx. II, 87, 30 etc., unde etiam urbs Μεσσαμβρία i. e. Mesembria nr. 2053, c et in nummis.

ἄμεις pro ἡμεῖς, Lesb. ἄμεις, vid. §. 32.

ἄμος pro ἡμος Herod. π. μ. λ. 43, 6 et τᾶμος Ibyc. fr. 6, J. Gr. 243, b. Greg. C. 367.

ἀνίκα Pind. Tragg. nec minus τανίκα.

ἀνίον Pind., ἀνιοχίων Lacon. 71 L., χρουσάνιος Tragg.

ἀπανής et ποτανής Dorica erant pro ἀπηνής et προσηνής, quum Pindarus semidorice προσανής proferat P. III, 52. X, 64 ⁹⁾.

⁸⁾ Scholl. Arat. 254. ἀλιον οἱ Λαυρεῖς τὴν ἐκκλησίαν καλοῦσι. — Hesych. ἀλιαίαν, ἐκκλησίαν Ταραντίνου et ἀλιακτήρ, τόπος ἐν ᾧ ἄθροίζονται οἱ Σικελοί.

⁹⁾ Does etiam ἀπάνιος et ποτάνιος eodem sensu dixisse videntur. Nam ἀπάνιος fortasse Hesychio restituendum est, ubi in codice ἀπάνος (Mus. ἀπάνθρωπος), σιληρός, ἀνόητος, ἄφρων, ἀνελιγμων. Σο-

ἄπειρος pro ἤπειρος Pind. Tragg., Ἀπειρωτῶν in nummis cf. §. 20, 6.

ἀπύω Pind. Tragg. Eustath. 685, 23 pro ἠπύω.

ἀργάεις Pind. pro ἀργήεις ab obsoleta voce ἀργή descendere videtur.

Ἀσκληπιός titt. cf. Aesculapius; apud Pindarum Ἀσκληπιός N. III, 52 et idem vix recte ex uno libro repositum P. III, 6.

ἄσυχος Pind. ita tamen, ut nonnullis in locis omnes libri vulgarem formam teneant vid. Boeckh. Nott. Cr. ad Ol. IV, 17; ἄσυχαια Soph. Oed. C. 198.

Ἄφαιστος Epich. titt. Pind.

ἀχέω, ἀχώ, ἀχά pro ἠχέω, ἠχώ, ἠχή Pind. Tragg., quae cognata sunt cum ἰάχω.

ἰώς Epich. Tragg. Pind. cf. Ann. Bekk. 694, 20. Suid. s. v. ἠώς pro Ionico ἠώς, Lesbiaco αὔως, Attico ἰως.

βάραιες Laconice in Epilyci Coral. pro βήρηαιες cf. Ath. III, 114. f., Ann. Bekk. 226, 1, Hesych. s. v. βάραιες et βήραξ et βήρηαιες. Eandem vocem in Ther. 2448. VI, 12 pro πάρακα bene restituit Meinekius Comm. II p. 888.

βᾶσσα Pind. Soph. Aj. 196. Oed. C. 73 pro βῆσσα.

βλαχά pro βληχή Aesch. Sept. 330, Eurip. Cycl. 48. 59.

γαθίω Eustath. 670, 62. Tragg., γεγάθει Epich. 75, γαθόσυνος Et. G. 124, 58.

γαθυλλίς Epich. 89 pro γηθυλλίς, cf. Hesych. γαθία, ἄλλαντία.

γαρύω pro γηρύω Pind., μελλγαρος Pind. Alc. 12.

θαλέομαι pro δηλέομαι apparet in φρενοδαλής Aesch.

φοκλῆς ἀπαν . . . Musuri correctio per se valde probabilis incertior fit, si compares ἀπηναῖος, ἀπάνθρωπος, ὄμος, deinde ἀπηγῆς, σκληρός, ὄμος etc. Certius constat de ποτάνιος pro προσηγῆς, quam vocem Hesychius per προσφυλῆς, ἠδύς interpretatur. Nam ποτανωτάτων libri praebeant in Cleobuli epistola Diog. Laert. I, 93, ubi ποτανωστάτων correxerunt, et ποτανίαι levi mutatione (pro ποτανωαί) Epicharmo fr. 33 restituimus.

Eum. 317, deinde in *πεντροδάλητος* Suppl. 558, et probabili conjectura in Amph. 1688, 48 a nobis *δαλέωνται* restitutum est; eodem pertinent glossae Hesychianae *δάλαν, λύμην — δαλήσασθαι, λυμήνασθαι* etc. Quare neque Latinum delere cognatum videtur neque recte judicavimus L. I §. 13, 5.

Δᾶλος, Δάλιος pro *Δῆλος, Δήλιος* Pind. Tragg.

Δαμάτηρ Pind. titt.

δᾶμος et quae inde descendunt saepissime.

δάν pro *δῆν* Apoll. de adv. 570, 21, pro quo *δοάν* Alc. apud Scholl. Dion. Thr. 949, 20; *δαναιός* ex egregia Dindorfii emendatione Aesch. Eum. 808; Doricum *δαρόν* Pind. Tragg. ne ab Attica quidem dialecto alienum est.

δύστανος pro *δύστινος* Pind. Tragg.

ἐκαλος pro *ἐκλος* Pind.; nam *ἐκατι* etiam Atticorum poetarum est.

ἐξᾶν pro *ἐξῆς* Rhod. 2525, b, 108 et Ther. 2448. V, 13.

ἐξαπίνας et *ἐξαίφνας* Pind.

ἐπιτάδειος Corcyr. 1840, Byz. 2060, Archimed.

ἐρατύω Soph. Oed. C. 161.

ζᾶλος pro *ζῆλος* Pind. Ol. VII, 6 cf. Hesych. *δᾶλον, ζῆλον*.

ζαμία Heracl. etc. pro *ζημία* cf. Lat. *damnum*.

Ζανός pro *Ζηνός* in Cret. 2555 et multis recentioribus Laconicis 1313. 1314. Ross. 36—40, item Eurip. Hippol. 62. 69 etc., cf. Boeotice *Δάν* I §. 37, 1 et Aeolice *Ζάν* I, 13, 5, Lat. Janus et Diana vid. Pott. I p. 99. Quare *Ζηνός*, quod semper apud Pindarum et in titulis quibusdam minoris fidei, ut Cret. 2554 et 2563, Doricum haberi nequit.

Ζάτας i. e. *Ζήτης* Boreae filius Marm. Farn., quamquam *Ζήτας* Pind. P. IV, 182.

ζατεύω pro *ζητεύω*, *ζητώ* Alc. 13 (23), cf. Hesych. *ζατές, ζητεῖ* (leg. *ζητεῖς*) et *δατέν ζητεῖν*.

ζατρεῖον et *ζατρεύω* Et. M. 408, 12 pro *ζητρεῖον, ζητρεύω* Dorica esse videntur.

θαέομαι Pind. pro Homericō *θηέομαι*, Attico *θεά-*

ομαι (vulgo Dorice in θᾶμαι contrahitur vid. §. 42.). Item θάα Dorice est pro θία barytono Theogn. Oxx. II, 102, 21. Conferantur ἔταρον a radice θαρ, θαῦμα, θάμβος.

θάγω Lysistr. 1121 et θαγάνεος Epich. 68 ex emendatione nostra pro θήγω, θηγάνεος. Non Doricum est θήξαις Pind. Ol. XI, 20.

κᾶθος Alecm. 76 W., ἀποκαθεῖ Sophr. in Ann. Bekk. 428, 23 et Suid., κᾶδος et κάδεσθαι Pind.

κακίς pro κηκίς Theogn. Oxx. II, 79, 4, κακίωσαι Laconice pro κηκίωσαι Hesych.

καλλίς Ann. Parr. III, 33, 28.

κᾶπος Anaph. 2477 et Pind., Theogn. Oxx. II, 68, 28.

κάρ pro κήρ Alecm. 81 W. (ubi κᾶρα pro κάραν bene a Bastio emendatum est cf. Hesych. καριδῶσαι, ἀποκτεῖναι et ἑκαρῖωσας, ἀπέκτεινας atque κηριόω apud Hesych. Suid. Et. M.) Κῆρες legitur Pind. fr. 245.

κάρυξ, καρύσσω Pind. Tragg., καρύκειον Heracl., cf. caduceus.

καρχάσιον pre καρχήσιον Pind. N. V, 51.

κίβδαλος pro κίβδηλος Pind.

κλαῖς Pind. pro Ionico κληῖς, Attico κλεις cf. Lat. clavis. Apud recentiores Dorice contrahebatur in κλαίς vel potius κλάς (quae accentus ratio verior est quam κλαῖς), quo pertinent κλαῖδα Et. Sorb. ap. Koen. ad Greg. p. 584, κλαῖδας Greg. C. 316 (J. Gr. 243, a κλάδας), quae Dorica vocantur; apud Hesychium sine indice dialecti κλαῖς, μοχλός et corrupte πλαῖσι, κληῖσι, et legitur κλαῖδα apud Callim. h. in Cer. 45; κλαδοῦχος Orpheus decadem appellasse traditur Et. M. 253, 50, quod ad Pythagoreos referendum videtur. Consentaneum est, Dorice etiam in verbo αι vel α pro vulgari ει habere. Ita Epicharmus secundum Ann. Oxx. I, 224, 26 κατακείλονται (ita corrigendum pro κατὰ κέκλονται) dixit pro antiquiore Attico κέκληνται, vulgari κέκλεινται. Apud Hesychium, ubi nunc κλάσαι, κλείσαι litera erasa in codice legitur, propter literarum seriem potius κλαῖσαι quam cum Musuro κλαῖσαι corrigendum videtur; deinde apud Theocritum VI, 32,

ubi nunc ex optimis libris κλαξῶ legitur, olim κλάσω erat, et scholiasta Doricum κλασῶ tuctur, quoniam etiam κλαξῶ, unde κλάξ derivetur, Doricum esse suspicatus.¹⁰⁾ postremo eodem referre licet κατεκλάσθης Theocr. VII, 84 et Hesych. κλασθρον (cod. κλάσθεον), κλειθρον, quocum compares Pindaricum κλαίστρον P. I, 8. Contra ἀπόκλαξον et ἀποκλάξας Theocr. XV, 43. 77 et κλαξῶ, quod nunc legitur VI, 32 (nam κατεκλάξαω XVIII, 5 corruptissimum est), pertinent ad praesens κλάξω, quod apertius prout in glossa Hesychiana κατεκλάξετο, κατεκέκλεστο, κατανεκλεισμένως εἶχε. Quae forma (ceterum rectius iota subscripto instruenda) non minus recentioris Doridis esse videtur, quam κλήξω pro κλήω, κλείω recentius est vid. Lobbeck ad Butt. Gr. II p. 221; Doris tamen saepius in verbis puris ζ addit, ut ἀφράζομαι cf. §. 35, 1. Valde mira forma est κλάξ Theocr. XV, 33 Δωρικῶς pro κλείς teste scholiasta. Nam hoc fieri non potest, ut scholiasta Theocriteo auctore a futuro κλαξῶ derivetur; potius, si integram habere oportet, e κλαίς orta videtur, ῥι in ξ mutato vid. supr. §. 11, 6. Itaque in hac voce iota subscriptum, quod a reliquis accuratior ratio postulat, jure abest.

κλαῖρα Pind., Herod. π. μ. λ. 35, 22, Eustath. 1481 etc., unde ἐπίκλαρος; κλαρονόμος Ther. 2448.

κνακός pro κνηκός, unde κνακμηγίς Philox. Athen. XIV, 643, b.

κνάμα pro κνήμη, unde τετράκναμος Pind.

κράδεμνον pro κρύθεμνον Eurip. Bacch. 1490, quod descendere videtur a κάρα.

κράνα pro κρήνη Amph. 1688, Cyren. 10, Messen. 43 L. etc.

10) Scholl. Theocr. VI, 32. κλασῶ κλείω, ὁ μέλλον κλείσω, παρὰ τοῖς κομοῖς ἐν χρήσει. οἱ ποιηταὶ δὲ κλητῶ λέγουσι. διαλύσει τῆς διαφορῆς γου καὶ τροπῆ τοῦ εἰς η̄, εἶτα τροπῆ τοῦ η̄ εἰς ᾱ καὶ προσγεγραμμένου τοῦ ἰώτα κλάσω καὶ κλασῶ Δωρικῶς. δοκεῖ δὲ καὶ κληθῆναι εἶναι παρὰ αὐτοῖς ἐπὶ τούτου τοῦ σημειωμένου, ἀφ' οὗ μέλλον Δωρικῶς κληξῶ. καὶ τροπῆ τοῦ η̄ εἰς ᾱ καὶ προσγεγραμμένου τοῦ ἰώτα κλαξῶ, ἀφ' οὗ καὶ κλαξὴ ἢ κλείς.

σάμα pro σήμα Et. G. 499, 28, Hesych., περίσμος Eurip. H. f. 1018, σαμαίνεται, σφραγίζεται παρὰ Επιχάρου Hesych., σάμεα (?), τὰ ἐν ταῖς ὄαις τῶν ἰσοπίων παράσημα Λακωνέω Hesych.

σάμερον pro σήμερον et σᾶτες pro σῆτες vid. §. 6, 10 (adde σάτινος Eurip. Hel. 131). Illud cum ἄμα, ἄμερα componendum est; hoc, ab ἄτος derivatum, propter illius analogiam α accepisse videtur.

Σᾶμος N.P. pro Σῆμος Pind. Ol. XI, 73.

Σαρπαδών, Aeni rex in Farnesiano marmore., sed Σαρπηδών Lycius Pind. P. III, 112.

σάσαμος pro σήσαμος Alc. 56 (17), Philox. Athen. XIV, 643, β, σάσαμος Lacon. 1464.

σαφανής pro σαφητής Pind. Ol. XI, 57.

σίδαρος Alc. 55 (18), Pind. Tragg., Et. G. 500, 27.

σκάνα pro σκήνη Alas., Et. Gud. 503, 34; σκᾶνος Eustath. 549, 21, σκανάση Sophr. 93.

σκάπτρον pro σκήπτρον Pind., σκαπάνιον, ἡ βακτηρία Hesych., ἰ. ἰε. σκηπάνιον.

σκάπτρον pro σκῆπτρον Sophr. 62, Pind.

σκαπτή pro σκαπτή Acharn. 779.

Τυρσανός pro Τυρσηνός Pind., Τυρᾶν in Hieronis galea C. I. nr. 16.

σανία pro ὄνια Epich. 99 cf. Hesych. in ὄνια, σανία, ἐτά.

σπληγίς pro ὄσπληγῆ Lysistr. 1000.

σάλια pro χηλή Eurip. Ion. 1248, El. 474, Hec. 90; μονόχλη Iph. A. 225, χάταρχος Soph. El. 850.

χάν pro χήν Epich. 103 cf. anser; quod olim hanser sonuisse docent Sanscr. hanṣa, Germ. Gans.

ψάφρα, ψάφρω, ψάφρω ubique.

Haec fere sunt, quae meliorum fontium auctoritate Dorice α pro η habuisse intelligimus. Quibus haud pauca accessura esse, si universam Doridem cognitam haberemus, satis certum est; singula quaedam fortasse addere licebit, ubi de fontium, primum limpidiorum rationibus disquisiverimus. Ceterum neque ea enumeranda duximus,

in quibus ipsa Atthis Ionicum $\bar{\alpha}$ aversatur, et verbo monemus, omnia vocabula certo cognationis vinculo conjuncta eidem mutationis legi obnoxia esse; testimoniorum fidem magis quaesivimus quam multitudinem.

Subinde Doricum $\bar{\alpha}$ pro Attico ϵ esse videtur, ut $\acute{\alpha}\omega\varsigma$ pro $\acute{\epsilon}\omega\varsigma$, $\theta\acute{\alpha}\alpha$ pro $\theta\acute{\epsilon}\alpha$, $\lambda\alpha\acute{\iota}\omega\nu$ vel potius $\lambda\acute{\alpha}\omega\nu$ pro $\lambda\acute{\epsilon}\omega\nu$; sed ubique ϵ ex Ionico η natum esse apparuit. Eodem pertinent derivata a $\nu\alpha\acute{\upsilon}\varsigma$, ut $\nu\alpha\acute{\alpha}\rho\iota\omega\nu$ Corcyr. 1838, b, quod Ionice sonaret $\nu\eta\acute{\alpha}\rho\iota\omega\nu$.

7) Contra vulgare η in Dorica dialecto servatur, ubicunque ex ϵ natum est, Lesbiaca dialecto consentiente, Boeotica η a Doride servatum in $\epsilon\iota$ mutante vid. L. I §. 39. Eam vocalis η originem certam habent haec:

a) nominativi tertiae declinationis, qui in $\eta\varsigma$, $\eta\rho$, $\eta\nu$ exeuntes genitivos in $\epsilon\omicron\varsigma$ ¹²⁾, $\epsilon\rho\omicron\varsigma$ vel ejecto ϵ in $\rho\omicron\varsigma$, $\epsilon\nu\omicron\varsigma$ terminant, ut $\epsilon\upsilon\gamma\epsilon\nu\acute{\eta}\varsigma$ Boeot. $\epsilon\upsilon\gamma\epsilon\nu\epsilon\acute{\iota}\varsigma$, $\pi\alpha\tau\acute{\eta}\rho$ Boeot. $\pi\alpha\tau\epsilon\acute{\iota}\rho$, $\pi\omicron\iota\mu\acute{\eta}\nu$ Alc. 8 et ex Herodiani testimonio not. 6, $\varphi\omicron\rho\acute{\eta}\nu$ Pind. ¹³⁾. In iis nominibus, quae in $\eta\rho$ exeuntes per plerosque casus η servant, tamen hoc ex ϵ prōdisse ϵ vocativis et femininis aliquoties apparet, ut $\sigma\omega\tau\acute{\eta}\rho$, $\sigma\acute{\omega}\tau\epsilon\rho$, $\sigma\acute{\omega}\tau\epsilon\iota\rho\alpha$. Quare etiam Dores in illis η proferunt, ut $\sigma\alpha\tau\acute{\eta}\rho$ Lacon. 1511 et derivatum $\sigma\omega\tau\eta\rho\acute{\iota}\alpha$ Heracl. etc. — Eo pertinent etiam $\delta\iota\kappa\alpha\sigma\tau\acute{\eta}\rho\iota\omega\nu$ et $\acute{\epsilon}\pi\iota\kappa\rho\iota\tau\acute{\eta}\rho\iota\omega\nu$ Cret. 2556, quaquequam $\delta\iota\kappa\alpha\sigma\tau\acute{\eta}\rho$ et $\kappa\rho\iota\tau\acute{\eta}\rho$ pro $\delta\iota\kappa\alpha\sigma\tau\acute{\eta}\varsigma$ et $\kappa\rho\iota\tau\acute{\eta}\varsigma$ non sunt in usu; cogitatione tamen fingenda sunt, unde illa deriventur.

b) praeterita, quae η in fronte habent augmenti vi ex ϵ factum, ut $\acute{\eta}\rho\chi\acute{o}\mu\alpha\nu$ ab $\acute{\epsilon}\rho\chi\omicron\mu\alpha\iota$ vid. not. 4, $\acute{\eta}\psi\epsilon\tau\omicron$, $\acute{\epsilon}\xi\acute{\eta}\nu\epsilon\gamma\kappa\epsilon$; conjunctivi terminationes, ubi η ex ϵ natum indicativi comparatio prodit, ut $\beta\lambda\acute{\alpha}\pi\tau\eta$, $\gamma\acute{\iota}\nu\eta\tau\alpha\iota$; optativi in

12) Ann. Oxx. I, 118, 7. $\tau\acute{\alpha}$ $\acute{\epsilon}\iota\varsigma$ $\eta\varsigma$, $\delta\tau\epsilon$ $\acute{\epsilon}\pi\iota$ $\gamma\epsilon\nu\iota\kappa\acute{\eta}\varsigma$ $\acute{\epsilon}\iota\varsigma$ $\omicron\upsilon\varsigma$ $\lambda\acute{\eta}\gamma\epsilon\iota$, $\omicron\upsilon$ $\tau\rho\acute{\epsilon}\pi\omicron\nu\sigma\alpha\nu$ $\omicron\iota$ $\Delta\omega\rho\epsilon\acute{\iota}\varsigma$.

13) Ex iis, quae §. 16 ad $\varphi\rho\alpha\acute{\varsigma}\iota$ disputavimus, apparet etiam $\varphi\rho\acute{\alpha}\nu$ et $\acute{\epsilon}\rho\alpha\nu$ aliquid excusationis habitura esse; item $\pi\omicron\iota\mu\acute{\alpha}\nu$, quod frequentatur apud Theocritum; verbi $\pi\omicron\iota\mu\acute{\alpha}\iota\nu\omega$ memores minus confidenter damnaremus, nisi disertum Herodiani testimonium adesset.

ην exeuntes, ut εἶην, ἀθλωθείη cf. 3 pl. εἶεν; aoristi passivi, ut ἐδικάσθην, ἐφάνην cf. ἐδικάσθην, φανείς.

c) quaecumque a stirpibus verbalibus in ε exeuntibus descendunt, ut in Heracl. θήσω, συνθήκα, ἄρνησις, ἐμ-
τρήσαμες, πωλήσοντι etc., κινήσω Sophr. 98, ἀκίνητος
Rhod. 2525, b, Ἀγησίδαμος Iss. 1835 ab ἡγέομαι etc.
Eo pertinent etiam ea, quae ε per transpositionem in ex-
itum radicis acceperunt, ut γνήσιος et κασίγνητος Pind. a
γεν, ἐσκληκώς Epich. 106 et σκληρός Pind. a σκελ, τρηματίζω
Sophr. 99 a τερ, εἶρηκα Rhod. 2905, εἰρήσεται Pind.,
θήτρα Heracl. et apud Tarentinos vid. Et. M. 703, 44,
φησίταρχος Epich. vid. Suid. Phot. Hesych. a radice ῥε,
olim Fρε, quod est e Fερ transpositione factum cf. ἐρέω.

d) postremo multa alia vel derivata vel composita,
ut γῆρας cf. γέρον, ἦθος cf. ἔθος, ἀκήρατος Pind. a κ-
ράσαι, κρήμνημι et κρημνός Pind. a κρεμάσαι, νηλής ab
ἔλεος, ἱππηλάτας, διφρηλάτας Pind. ab ἐλαύνω vid. not. 4,
ἐτήτυμος ex ἔτυμος reduplicatione ortum, τριετηρίς Rhod.
2525, b et πενταετηρίς Heracl. ab ἔτος gen. ἔτεος.

8) Nonnulla reperiuntur, quae his praeceptis adver-
sentur aut videantur adversari:

a) Ἴπποκλέας Pind. P. X, 5. 57, quae est forma
maxime barbara pro Ἴπποκλέης. At e scholiis apparet,
carmen olim Ἴπποκλεῖ, non Ἴπποκλέα inscriptum fuisse;
deinde v. 57 librorum lectio est

τὸν Ἴπποκλέα ἐτι καὶ μᾶλλον σὺν αἰδαῖς

ubi Ἴπποκλέαν e Rittershusii et Schmidii conjectura re-
ceptum est. Jam patet, quam facile Ἴπποκλεᾶ scribi pos-
sit; nam hiatus quidem nihil offensionis habet et quan-
quam Pindarus vulgo in iis quae cum κλέος composita
sunt, correptas formas εὐκλεᾶ etc. praefert, semel tamen
εὐκλεᾶ legitur Pyth. XII, 24. Quid vero altero loco fa-
ciendum est v. 5, quo confisi incredibilem formam non
moleste tulerunt? Ubi quum legatur Ἀλεύα τε παῖδες,
Ἴπποκλέα ἐθέλοντες, facillime corrigi potest:

Ἀλεύα τε παῖδ' ἐς Ἴπποκλεᾶ ἐθέλοντες
ἀγαγεῖν ἐπικωμίαν ἀνδρῶν κλυτὰν ὄπα.

Nam quum Thoracem, qui nominatur v. 64, duos fratres habuisse constet, Eurypylum et Thrasydaeum, nihil obstat, quin cum altero comum instituisse putetur. De plurali participii cum duali juncto videsis, quae Thierschius Gramm. §. 307, 7 post Bekkerum disputavit.

$\acute{\alpha}\pi\epsilon\sigma\sigma\acute{\upsilon}\alpha$ in Hippocratis epistola Laconica (vid. Append.) quum ab aliis tum a Valekenario ad Adon. p. 264, A, quem omnes secuti sunt, pro $\acute{\alpha}\pi\epsilon\sigma\sigma\acute{\upsilon}\eta$, Aor. II pass. dictum habetur, idque Batavus ille celeberrimus ita firmatum a se putabat, ut in posterum mutationi non esset obnoxium. Nobis tamen illa vox tribus de causis suspectissima est, primum quod genuina Doris in aoristis passivi η non mutat, deinde quod $\sigma\upsilon$ pro υ positum ab hujus epistolae aetate alienum videtur, postremo quod aoristus $\acute{\epsilon}\sigma\sigma\acute{\upsilon}\eta$ ne Graecus quidem haberi potest. Neque illa vocis forma ita librorum auctoritate munita est, ut dubitatio omnis praecisa sit. Apud Xenophontem Hellen. I, 1, 23 libri $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\sigma\sigma\upsilon\tau\alpha\iota$ praebent; idem olim apud Plutarchum legebatur Alcib. c. 28, ubi in libris reperiuntur variae lectiones $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\sigma\sigma\omicron\upsilon\alpha$ et $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\sigma\sigma\omicron\upsilon$ $\acute{\alpha}\pi\epsilon\upsilon\omega\acute{\nu}\tau\iota$ (Sintenisii editionem inspicere non licuit). Eustathius p. 63, 1 et 1792, 5 ex eadem epistola $\acute{\alpha}\pi\epsilon\sigma\sigma\acute{\upsilon}\alpha$ affert, ad $\sigma\omega\sigma\theta\alpha\iota$ (quod Laconice est $\sigma\acute{\omega}\sigma\theta\alpha\iota$) id pertinere non recte arbitratus et per $\acute{\alpha}\phi\acute{\omega}\rho\mu\eta\sigma\epsilon\upsilon$, $\acute{\alpha}\pi\acute{\eta}\lambda\theta\epsilon$, $\tau\acute{\epsilon}\theta\eta\eta\kappa\epsilon$ interpretatus. Postremo huc traxerunt Hesychii glossam $\acute{\alpha}\pi\epsilon\sigma\iota\alpha$ (cod. teste Schowio $\acute{\alpha}\pi\epsilon\sigma\sigma\iota\alpha$), $\acute{\alpha}\nu\epsilon\sigma\iota\varsigma$ $\kappa\alpha\iota$ $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\theta\epsilon\upsilon$, $\acute{\alpha}\pi\eta\lambda\lambda\acute{\alpha}\gamma\eta$, $\acute{\eta}\phi\alpha\upsilon\iota\sigma\theta\eta$, ubi quum diversa permixta esse apparet, explicationes $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\theta\epsilon\upsilon$ seqq. ad $\acute{\alpha}\pi\epsilon\sigma\sigma\acute{\upsilon}\alpha$ spectare putarunt. Nos ita assentimus, ut ex Hesychio genuinam vocem pro barbara illa $\acute{\alpha}\pi\epsilon\sigma\sigma\acute{\upsilon}\alpha$ eliciendam esse ducamus. Hippocrates enim $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\sigma\sigma\tau\alpha$ scripsisse videtur i. e. $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\sigma\tau\eta$, qua in forma σ more Doriensibus potissimum paullo incultioribus familiari geminatum est vid. §. 13. Ut illud apud Hesychium per $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\theta\epsilon\upsilon$ etc. explicatur, ita $\acute{\alpha}\pi\omicron\sigma\tau\acute{\alpha}\varsigma$, $\phi\upsilon\gamma\acute{\omega}\nu$ $\acute{\Lambda}\iota\sigma\chi\upsilon\lambda\omicron\varsigma$ $\acute{\epsilon}\nu$ $\acute{\iota}\sigma\theta\mu\alpha\sigma\tau\alpha\iota\varsigma$ $\kappa\alpha\iota$ $\acute{\Lambda}\lambda\kappa\mu\acute{\eta}\eta$. Obscurior forma et in $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\sigma\sigma\upsilon\tau\alpha\iota$ et in $\acute{\alpha}\pi\epsilon\sigma\sigma\acute{\upsilon}\alpha$ corrupta est.

b) Si qua verba in $\epsilon\omega$ exeuntia Doricum α pro η in

ipsis melioribus fontibus assumunt, plerumque suspicari licet, Doridem omnino ea per *αω*, non *εω* formasse; sicuti *ἐπτοάθην* Eurip. Iph. A. 584 haud dubie a *πτοάω* ducendum est, de quo aliunde constat, et Aeoles Ionesque *ἐλεάω* pro Attico *ἐλεέω* dixisse traduntur, vid. L. I §. 13, 3. Eo maxime pertinent verba a nominibus primae declinationis derivata, quae *α* tenere etiam magis consentaneum videtur:

δινέω, unde *ἐδινάθην* Pind. P. XI, 38, *ᾠκυνδίντος* I. 4, 7; *δινάσεν* Eurip. Herc. f. 1459, nec minus Pind. fr. 70 pro *καὶ μύχους δινάσσατο* legendum censemus *καὶ μύχους δινάσσατο* i. e. *καὶ ἄμ μύχους*. Itaque *Dores* a *δίνη* derivasse videntur *δινάω*.

φωνέω, unde *φώνασε* Ol. XIII, 65. N. X, 76, quam *φωνήσαις* I. V, 49, *ἄφώνητος* P. IV, 237. Illa non audemus in suspicionem vocare, quia a *φωνή* facile *φωνάω* duci poterat.

ᾠνασεῖται Sophr. 89, ubi *α* librorum auctoritate certissimum item de Dorico verbo *ᾠνάομαι* ab *ᾠνή* cogitari jubet.

Praeterea vix dubitamus, quin *Dores* et *Aeoles* *πονάω* dixerint; nam ut in *Sapphus* fragmento *ἐξεπόνασαν* traditum est vid. L. I §. 13, 3, ita leguntur *ἐξεπόνασεν* Eurip. Iph. A. 209, *πονᾶθῃ* Pind. Ol. VI, 11, *πεπονᾶμενον* P. IX, 96, quamquam *ἐπόνησα* N. VII, 36. I, 40, *ἐξεπόνησεν* P. IV, 236 in libris sunt. In ultimo quidem loco *Boeckhius* e conjectura *ἐξεπόνασεν* scripsit, quod *πονεῖν* de efficiendo dictum *α* assumeret, de molestia *η* retineret, quam distinctionem *Hermannus* proposuerat *Opusc. I p, 259*. Nos in tanta exemplorum paucitate eam subtiliorem et arbitrii plenam putamus.

Alia ejus generis a librariis corrupta videntur. Nam *δοναθεῖσα* P. VI, 36 optimorum librorum auctoritate damnatur; item pro *ἐφίλασε* P. II, 16 in optimis, P. IX, 18 in bonis libris *ἐφίλησε* legitur; N. V, 44 *ἐφίλασε* et N. VII, 88 *φιλάσαντα* a *Boeckhio* sine libris scripta sunt, ne tentata quidem *πεφίληκε* P. I, 13 et *πεφίλημενον* N. IV, 45; quare, quum praeterea *Lesbii* *φίλημι* et *φι-*

λήσω dixerint, ἐφίλασα nec Doricum nec Pindaricum existimari posse videtur. Nec minus dubium nobis est ἀπονοστάσατος N. VI, 52 (ἐνόστησε N. XI, 26), quanquam varia lectio non affertur. Expulit Boeckhius vel omnium vel meliorum librorum fide fretus ἀφθόνατος Ol. X, 7 et XIII, 24, Heynius I. III, 7 ὑμᾶσαι nescio an sine librorum ope. Non minus hyperdoricum est κίνασις in embaterio Laconico, quod Tyrtaeo adscribunt, apud Hephaest. p. 46; postremo in titulo Ambracico 1798 Ἀγασίδαμος pro Ἀγασίδαμος, quod rectissime apud Pindarum et Iss. 1835 legitur, ab ἡγέομαι, nisi forte illud ab ἄγαμαι derivari posse existimas ut Ἀγασικλῆς vid. Keil. Anall. p. 216.

c) A verbo δέμω vocali transposita descendunt δέδημαι, εὔδητος etc., quae etiam in Doride η postulare videntur, quippe quod ex ε natum sit. At et apud Pindarum semper et in tragicorum canticis saepe ista α assumunt, ut θεόδματος Pind. (vid. Boeckh. Nott. Critt. ad Ol. III, 7) et Eurip. Bacch. 6, εὔδητος P. XII, 3, νεόδματος I. III, 89. Nec credibile est θεόδματος Dorice fuisse divinitus domitus, θεόδμητος divinitus aedificatus (vid. nr. 2, c), quum non ad diversas radices revocanda sint.

De Pindarico μεμαλότας supra dictum est.

9) Deinde η servant haec, quae vocalis originem minus apertam habent:

a) nomina masculina tertiae declinationis in ης existentia, quae in genitivo τ assumunt, ut Κρής et inde Κρήτα in omnibus titulis (corruptissimum est Κρατῶν in Farnesiano), Κωρηῆτες Cret. 2554. 2555, λέβητες Epich. 58, Μαγνής Pind. etc., cf. Boeot. λίβεις. Adversatur χερνάτις in fragmento Dorico, quod Alcmani tribuimus (vid. §. 45, not. 15), a χερνής; at α non est nisi in codice Apollonii de adv. 583, 5 et apud Eustathium p. 117, 40. Contra χερνήτις et reliquorum auctoritate confirmatur et Apollonii de pronom. p. 61, B. atque de adv. 617, 30, ubi codex χερνήτις.

b) adjectiva in ηρος et ηλος, quae non descendunt a nominibus primae declinationis, ut πονηρός Epich. Pind.

hūs meliorum librorum ope expulit), Chelid. Cret. 2554· 2556.

ἡμερος Heracl. I, 124, sed ἄμερος ubique sine varia lectione apud Pindarum, adeo Aeschyl. Agam. 703. Vel sic tamen tabulis Heracleensibus majorem fidem tribuimus et librarios notissimae vocis Doricae ἀμέρα comparatione in errorem inductos esse arbitramur.

ἡμισυς et ἡμι in compositione Pind., item ἡμιόδελος Delph. 1690, ἡμιλιτριον Epich. 5, ἡμιούγκιον Epich. Ann. Bekk. p. 98, ἡμιάρτιον Sophr. 56. 57, ἡμίνα Sophr. 70. Quare ἀμιόλιον, quod legitur apud Archimedem de Plan. II p. 45 (semel cum v. l. ἡμιόλιον) et p. 46 hyperdoricum habendum est eoque magis, quod praeterea ἡμισυς et ἡμιόλιον apud eundem legi solent.

Ἡρα cum derivatis Heracl. Pind. etc.

ἦρωσ Theogn. Oxx. II, 71, 15, H. Ad. f. 207, a, Amph. 1688. Pind. etc., ἦρωῶν Ther. 2448, Ἡρώδας Heracl. (Boeot. εἶρωσ).

Ἡσιόδος Pind., Ἡσιόνα Farn., ἦσων Sophr. 76, ἦτορ Pind., Θήβα Pind. (Boeot. Θείβα), θῆλυς Epich. 96. Pind., θηλάμων Sophr. 4, θήν particula Epich. Sophr., θήρ et derivata Pind., σηροκτόνος Lysistr., θυννοθήρας Sophr. cf. fera; Θήρα insula Pind.; Θήρων N.P. Pind. (valde dubitamus de Θάρων in antiquo titulo Argivo C. I. nr. 2); θησαυρός Pind., Θησεύς Pind. et Farn., θρηῆνος Pind., κᾶπηλος Sophr. 28 et Dinolochus Poll. X, 177, κᾶλον Pind. (nam κᾶλον diversa est vox)¹⁶⁾, Κηληδάων Pind., κηρός et κηρίον Pind. fr. 88. 266 et apud ipsum Theocritum saepius quam κάρος cf. cera; κᾶτος Farn., Κλυταιμνήστρα et Τπερμνήστρα Pind., Κρηθεύς Pind. Arg. 1120, κρηπίς

16) Ne haec quidem recte legitur Lysistr. 1252. ὄνα τοὶ μὲν ἐπ' Ἀρταμνίῃ προύκροον θειμιλοῖ ποττὰ κᾶλα τὴς Μήδος ἔ' ἐνικων. Nam quomodo κᾶλα pro navibus esse possint, non intelligimus. Revoletur antiqua lectio προύκροον — ποττὰ καλά i. e. προὔκροτον ἐς ἀρετήν. Conferatur ἔρρι τὰ καλά in Laconica epistola Hippocratis, vid. Append.

Pind., λήγω Rhod. 2905. Pind., μή ubique, Μηδοι Pind. Timocr., Μηδεια Pind., μήδομαι et derivata Pind.

μήλα, pecora (Boeot. μεῖλα) apud Pindarum a Boeckhio ex omnibus libris restitutum est P. IV, 148. IX, 66, e plerisque saltem et optimis Ol. VII, 63, 80, item ex omnibus μηλοβότας I. I, 48, μηλόβοτος P. XII, 2, μηλοδόκω P. III, 27, εὔμηλος Ol. VI, 100, πολύμηλος P. IX, 6, quam Heynius plerumque primus Doricam, quae videbatur, formam invexisset. Restat unicum πολυμάλου Σικελίας Ol. I, 12, quod in omnibus libris esse videtur atque Hermanno de dial. Pind. p. 22 et Boeckhio ad Ol. VI, 100 Aeolicis rhythmis melius convenire existimatur. Nos jam affirmare audemus, α in hac voce nec Doricum neque Aeolicum esse neque ulli carminum Pindaricorum generi aptum, sed hyperdoricum et librariis debitum, quorum correctiones in primis odis Olympiis frequentiores sunt, quam in reliquis carminibus. Quod Eustathius p. 877, 55 ex Aristophane grammatico refert, Simonidem bovem μάλον ἦγον μῆλον nuncupasse, errorem aliquem eo libentius agnosco, quod in ejusdem testimonii repetitione μῆλον Simonidi tribuitur.

μην-ός, mensis a nominativo μής vel μεῖς (vid. §. 31) Rhod. 2525, b. Cret. 2556 etc. cf. Lesb. μῆννος, Boeot. μειν-ός, Lat. mensis. Male igitur ab Herodiano (vid. not. 6) Dorice μῆν in μάν mutari dicitur, ubi fortasse χῆν restituendum est. μῆτις Pind., νήπιος Pind., Νηρεύς Pind., ξηρός Heracl., Ὀμηρος Pind., πετεηνός Epich. 103, πηδάλιον, πηκτίς, Πηλεύς, πῆμα, Πηνειός Pind., πρηστis Epich. 30, σηπία Epich. 32, στῆθος Pind., σωλήν Epich. 23, Sophr. 54, τῆλε cum derivatis Pind., τηρέω Pind., φάσηλος Epich. 102, χῆρος Sophr. 54.

§. 20.

De η pro ε et ω pro ου.

1) Monitum est supra, gravissimam Doridis generum varietatem in hoc loco conspici; partem enim Doriensium

pro diphthongis *es* et *ou*, quae sunt in Attide et Iade, saepe *η* et *ω* proferre, partem eandem ubique fere tenere. Illud genus, quo utantur Lacones, Italiotae, Cretenses, Cyrenaei, severioris Doridis nomine significavimus, hoc, quo reliqui Dorienses, mitiorem Doridem appellavimus. Antiqui ¹⁾ et recentiores grammatici neque diversa Doridis genera distinxerunt, neque, etiamsi intelligerent diphthongos non ubique mutari, satis perspexerunt, quibus finibus ea Doridis severioris proprietates circumscripta esset. Accuratius quaerentibus hoc apparet, *η* et *ω* pro vulgaribus *es* et *ou* in severiore Doride reperiri primum ubicunque istae diphthongi contrahendo ex *es*, *os*, *oo* natae sunt (raro ubi ex *eo*), deinde ubicunque *e* et *o* propter alteram e duabus consonis sequentibus ejectam producta sunt, postremo in nonnullis, quae originem minus apertam habent. — De iis, quae contracta sunt, infra dicemus §. 25 et 26; nunc reliqua videamus.

2) Productio illa suppletoria, qua vocales *ε* et *ο* vulgo in diphthongos *es* et *ou*, a severiore Doride in *η* et *ω* mutantur, primum conspicitur, ubi *ν* ante sequens *α* ejectum est, quod ab Argivis et Cretensium parte retentum esse vidimus §. 14, a Lesbiiis in *ι* mutari L. I §. 10.

a) In nominativo declinationis tertiae *ῆς* pro *εἷς* ex *ἔνς* est in tabb. Heracl. I, 88 et apud Rhinthonem Tarrentinum ²⁾, minus accurate Doribus in universum tri-

1) Quam saepe has mutationes universae Doridi per errorem adscriperint, sequentes notae docebunt; accuratius loquitur grammaticus in Ann. Oxx. I, 147. *εἰώθασαν γὰρ οἱ Λακωνες τὴν οἷ διφθογγον τρέπειν εἰς ῶ· ἐπίπλων οὖν ἐπιπλοῦς καὶ τροπή διαλέκτου ἐπιπλώς.* — Pessime Et. G. 497, 45. *τρέποντες ἐκείνοι πάντοτε τὴν εἷ διφθογγον εἰς ῆ.*

2) Ann. Oxx. I, 171. 19. *φυλάττουσι δὲ τοῦ εἷς τὴν διφθογγον καὶ Αἰολεῖς καὶ Δωριεῖον οἱ παλαιότεροι· παρὰ γὰρ Πρωθωνι ἐγράφη· οὐδ' ῆς κίων· ἀντὶ τοῦ οὐδὲ εἷς.*

buitur³⁾; item severioris Doridis sunt participium καταλυ-
 μενωθής Heracl. I, 8 pro καταλυμανωθεις et adjectiva, de
 quibus grammatici minus quidem accurate testantur³⁾, χα-
 ριης, ἀστερόης, αιματόης. Eodem pertinet Laconica Aescula-
 pii appellatio Αιγλάη vid. §. 8, 2 i. e. αιγλάης, αιγλήεις.
 Nec fere aliena sunt ἄρσης Lacon. 1464 pro ἄρσην, quae vox
 assumpto ς vulgo ἄρσεις sonaret et μής Heracl. B. 1 pro
 μήν, cujus antiquior forma et apud Iones et apud Atticos
 est μείς. — Nominativus in ως pro ους gen. οντος casu
 nullus traditus est; neque tamen dubitare licet quin se-
 verior Doris διδώς, δώς pro διδούς et δούς dixerit, quem-
 admodum Homericum ἐπιπλώς pro ἐπιπλούς e Laconica
 dialecto repetitur¹⁾. — Ceterum non omnes, qui seve-
 riore Doride utebantur, terminationes eas ης et ως habe-
 bant, sed pars Cretensium e summa antiquitate ενς et ους
 retinuerant vid. §. 14, plerique Cretenses eum Cyrenaeis
 ultimam syllabam in ες vel ος corripiebant vid. §. 21, 2.

b) In dativo plurali tertiae declinationis nulla ex-
 empla terminationis ησι pro εισι, quod ex ουσι prodiit,
 supersunt. Sed ωσι est in Creticis: 2556, 20 διδώσι pro
 διδοῦσι e διδόνσι, 2557, 16. 19 μετέχωσω, nec minus nr.
 2558 legendum est ὑπάρχεν δὲ αὐτοῖς — ἀτέλειαν (καὶ) ἐς-
 ἀγ(ω)σι καὶ ἐξάγωσι (cf. nr. 2556, 23 ἀτέλειαι ἔστω καὶ ἐς-
 αγομένω καὶ ἐξαγομένω), ubi Boeckhii minus recte resti-
 tuit ἀτέλειαν (ὧν ἂν εἰς ἀγ(ω)σι καὶ ἐξάγωσι. Conjunctivi
 certe sonare debebant εἰςάγοντι καὶ ἐξάγωντι.

c) Severiorem Doridem in femininorum terminatione
 ησα habuisse pro εισα, quod ex ενσα natum est, e Boeo-
 ticis τεθεῖσα, σταθεῖσα concludere licet vid. L. I §. 39, 2.
 Saepissime apparet terminatio ωσα⁴⁾ et apud Lacones

3) Et G. 171, 46. εἰς διὰ τοῦ ἠ παρὰ Δουρῶν ὡς τὸ χαρίεις χα-
 ρίης. Commemoratur ἤς ut dialecti mutatione ortum a Theogr.
 Oxx. II, 134. 30 et Arcad. 126, 9. — Apoll. de adv. 573, 26.
 χαρίης ἐν διαλέκτοις. — Et. G. 86, 58. αἱ διαλέκτοι τρίπουσι τὴν εἰ
 διφθογγον εἰς ἠ, ἀστερόης, αιματόης.

4) Inde Doricae vocantur Homericæ formæ ἰδρωῖσι et ναυτάωσι
 pro ἰδρούσαις et ναυτάωσαις Et. M. 596, 26.

paullo recentiores *ωα* pro *ουσα*, *ουσα*. Plurima exempla leguntur in tabulis Heracleensibus, ut *ἄγωσα*, *ῥέωσα* et similia, nec minus in Rhinthonis fragmento, ubi Hesychius s. v. *φανόλα* secundum antiquiores editiones recte *ἔχωσα* servavit (Poll. VII, 61 *ἐχούση*). Deinde in titulis Creticis sunt *προῦπάρχωσα* et *ἔωσα* nr. 2556, *προῦπάρχωσα* 2554, 220. Laconicum est apud Hesychium *κακίῶσαι* (leg. *κακίωσαι*), *ἰδροῦν ἀρχόμεναι* *Λάκωνες*, i. e. *κηκίονσαι*, nec minus *μιργῶσαι*, *πηλῶσαι* (leg. *μίργωσαι*, *πηλούσαι*) i. e. *μίσογυσαι* vid. §. 8, 3. Ejecto *σ* apud Aristophanem leguntur *ἐκλιπῶα* 1297, *κλεῶα* (leg. *κλέωα*) 1299, *θυρσαδδῶαν καὶ παιδδῶαν* 1313 i. e. *θυρσαζουσαῶν καὶ παιζουσαῶν*. Postremo accedit *Μῶσα* pro *Μοῦσα*, quod quum saepe minus accurate Doricum appelletur⁵⁾, a grammatico in Ann. Oxx. I, 278, 14 (vid. §. 14 not. 4) optime Laconibus vindicatur, et *Μῶα*, quod idem recentioribus Laconibus tribuit. Illud ubique apud Alcmænam est fr. 7. 42. 47. 52. 66 (1. 5. 6. 7. 120); nam recte fr. 18 (27) Schneidewinus *Μωσαῶν* restituit pro *Μουσαῶν*. Recentior forma *Μῶα* legitur Lysistr. 1249. 1298 cf. §. 9 not. 1. 3. — Ceterum pars Creteusium antiquam terminationem *ουσα* tenuit vid. §. 14.

Huc etiam *ᾠσία* pertinere videtur, qua voce teste Platone Cratyl. p. 401. C nonnulli pro *οὔσια* usi sunt, quos Pythagoreos Italicos fuisse Pseudo-Pythagoreorum usus prodere videtur, ut Archyt. apud Stob. Ecl. I, 43, 2 et Ocell. ibid. I, 21, 4. 5. Valde haeremus. Nam antiquior Doris participii formam breviorē *ᾠν* ignorabat, unde *οὔσια* et *ᾠσία* derivanda sunt, vid. §. 39, et ab ea ipsa Dorice *ὄντια* ducendum erat, vid. §. 6, 6. Itaque eam vocem ab hominibus genuinae Doridis parum gnaris fictam judicarem, nisi Platonis testimonium esset, quod ad aliam dialectum referri nequit. Num forte antiqui Pythagorici vocem *οὔσια* ab Ionicis philosophis acceptam parum dextre in Do-

5) J. Gr. 242, b, Gr. C. 246. 584, Leid. 634, Vatic. 692, Eustath. 71, 11, Ann. Oxx. I, 439, 30, Et. G. 572, 42.

ricam formam redegerunt? Genuina Italicae Doridis forma est *ἔσοια*, vid. §. 40.

d) Accusativus pluralis declinationis secundae in severiore Doride ⁶⁾ in *ως* exit, ut *νόμως* pro *νόμους*; nisi quod pauci Cretenses antiquum *ους* tenerant vid. §. 14, plerique cum Cyrenaeis terminationem in *ος* corripiebant vid. §. 21, 1. Illius terminationis *ως* innumera exempla sunt apud Alcmanem et in Lysistrata, in tabulis Heraeleensibus (ut *τῶς χάρως τῶς ἰαρωίς* etc.) et titulo Bruttio, nec minus in uno Cretico nr. 2554. Adeo in fontibus minus certis, in epistolis Chilonis Laconis, Epimenidis Cretensis, Archytae et Lysidis Tarentinorum, nec minus in reliquis Pseudo-Pythagoricis ea severioris Doridis proprietas servari solet. In titulo Tegeae reperto C. I. nr. 1511, cujus dialectum Laconicam esse diximus, propter antiquam scripturam, qua *Ο* pro *ο*, *ω* et *ου* ponitur, nihil certi apparet; sed l. 22 *χίλλους* male a Fourmontio tradi persuasum habemus, quum praeterea nullum recentioris scripturae vestigium insit et quum plus semel recte *χελίος* legatur cf. infr. nr. 7. In Lacedaemoniorum decreto Thucyd. V, 77 libri modo *ως* modo *ους* tuentur, hoc tamen rarius omnes, quae inconstantia quomodo explicari possit, supra indicavimus §. 2, 13.

3) Deinde productio illa suppletoria agnoscitur, ubi *σ* ante sequens *μ* vel *ν* excidit cf. L. I §. 8, 3. 4. Itaque severior Doris η pro vulgari εε habet in his:

a) in verbi *εἶμι* formis nonnullis. Frequentia sunt exempla infinitivi *ἦμεν* (ubi mitior Doris *εἶμεν* habet ex *ἔσ-μεν* pro *εἶναι*), in tabb. Heracl. et certioribus titulis Creticis 2555. 2556. 2558, etiam 2554, 68. 212 et apud Chilonem, Epimenidem, Apophth. Lac. p. 242 etc. Nec minus severior Doris *ἦμι* et *ἦμές* pro *εἶμι*, *εἶμέν* dixisse putanda est, quum ista ex *ἔσμι*, *ἔσμές*, *ἔσμέν* (quod Atthis servavit) nata sint. Male in cantilena Laconica Schneidew.

6) Dorica vocatur ea terminatio a J. Gr. 243, a, Meerm. 658, unde corrigas Gr. C. 318

Del. p. 464 *εἰμῆς* legitur. — Simillimum est *Ἐῆμα* pro *εἶμα* e *Ἐῖσ-μα*, quod supra §. 5, 8 Laconicae dialecto ex Hesychio vindicavimus.

b) Adjectiva vulgo in *ειως*, Lesbiace in *εινος* exeuntia, quam terminationem ex *εινος* ortam esse demonstravimus L. I §. 8, 4, in severiore Doride per *ηνος* prolata esse, probabile est; certiora tamen exempla vel testimonia desiderantur 7).

4) Consentaneum est in aoristis primis, ubi *σ* post liquidam excidit vid. L. I §. 8, 2, antecedens *ε* a severiore Doride in *η* produci. Casu tamen quodam unum tantummodo exemplum superest *παραγγῆλωντι* Cret. 2556, 43, quod quum plurimorum apographorum auctoritate confirmetur, Boeckhii soli Pricaeo confisus *παραγγέλωντι* recepit. Idem ibidem l. 27 supplendo *νέμῃ* restituit, quod debebat esse *νήμῃ*.

5) Infinitivorum vulgo in *ειν* exeuntium terminatio *ην*, quae est etiam Lesbiaca vid. L. I §. 14, 1, saepe a grammaticis Dorica vocatur 8). Ut tamen omittamus, quae in fontibus minus puris reperiuntur et quae contractionem experta sunt, exemplum paullo certius nunc nullum legitur praeter *σιγῆν* Lysistr. 1004 pro *σιγεῖν*, cuius ad normam corrigas ibidem v. 169 *ἀγειν*, 118 *ιδεῖν*, 1076 *μισιδδεῖν*. Eadem forma raro apud Theocritum vel omnium vel optimorum librorum auctoritate munitur, ut *χαίρην*

7) Nolumus huc trahere praeceptum Choerobosci Ann. Oxx. II, 210, 19. *ἐρατεινός* διὰ τῆς *εἰ* διφθόγγου · οἱ γὰρ *Δωριεῖς* ἐρατεινός *λίγυσον* ὡςπερ *ποθεινός*, *ποθεινός* (item Et. G. 204, 5, ubi *ἐρατεινός*, *ποθεινός*). Quaquam enim facile in eam suspicionem incidimus, ut *ἐρατεινός* et *ποθεινός* corrigenda esse ducamus, attamen si comparemus, quomodo idem Choeroboscus p. 232, 29 et 279, 30 Aeolicis *κελαδεινός*, *φαιεινός*, *φαιεινός* usus sit, non dubitamus *Αἰολεῖς* repone et haec addere iis, quae L. I §. 8 not. 7 collecta sunt.

8) J. Gr. 242, b, Leid. 634, Meerm. 656, Vat. 692, qui exempla habent *λαβῆν*, *ιδῆν*, *δραμῆν*, *ελθῆν*; Ann. Oxx. I, 69, 9, ubi *αἰδῆν*; Tzetz. ad Hesiod. Opp. 412. *Δωριεῖς* πᾶν ἀπαρτίματον ἡταγραφοῦσιν.

XIV, 1 (ubi nunc *χαίρον* e conjectura), *ἔριην* XV, 26 (ubi nunc *ἔριεν* e tribus libris), *εὐρήν* XI, 4; frequentior est apud Pythagoreos. Si certioribus fontibus credis, Laconibus exceptis omnes, qui severiore Doride utebantur, ultimam infinitivorum syllabam corripuisse videntur. Ceterum etiam hic consonam abjectam esse docuimus l. l.

6) Praeterea η productione suppletoria ex ε in severiore Doride natum hae glossae Hesychianae suppeditant:

Πηρεφόνεια, Περσεφόνεια· Λάκωνες.

πήριξ, πέρδιξ· Κοῦτες.

quanquam eae minus huc pertinere videntur, quoniam vulgares formae, in quibus εi sit, non reperiuntur. In aliis quibusdam vocibus severior Doris η pro vulgari εi et ω pro ου ita praebet, ut e sequentis liquidae, quae fit apud Lesbios, geminatione de altera duarum consonantium ejecta suspicio oboriatur cf. L. I §. 8, 8. Talia sunt

ἄπηρος, quod Doricum appellatur pro *ἡπειρος* ⁹⁾, quum Lesbiacum sit *ἄπερῶρος*.

ἄπηρος pro *ἄπειρος*, *ἀπέραντος* Doridi tribuitur in Et. G. 247, 45, quocum compares Lesbiacum *πέρῶρατα* pro *πείρατα*.

Δηράς Cret. 2554, 134. 169 pro *δειράς* esse videtur, quum Lesbiace *δέρῶα* sit pro *δειρή*.

χήρ, quod Doricum vocatur. Et. G. 566, 40 et J. Gr. 243, b, apud Alcmanem teste Herodiano ap. Eustath. 110, 37 genitivum *χηρός* habebat fr. 114 W., neque recte in Lysistr. 1321 *χειρί* vel *χειρί* scriptum est. Lesbiis nominativus non minus *χήρ* sonabat, vid. I §. 14, 2; ia reliquis casibus liquidam geminabant ut *χέρῶδες*.

ἐγὲν Ἐλληθίωντι Heracl. I, 104 (*αἱ δὲ ὑπὸ πολεμίων ἐγὲν Ἐλληθίωντι*, ὥστε μὴ ἐξῆμεν τῶς μεμισθωμένως καρπεύε-

9) Etym. Par. ap. Bast. ad Greg. Cor. 279. *ἄπειρος* (leg. *ἄπερῶρος*) *λίγισσιν οἱ Αἰολεῖς* — *ἔπηρος* *πάλιν φασὶν οἱ Λωρεῖς τρέποντες τὴν εἰ εἰς τὸ ἦ καὶ τὸ ἦ εἰς τὸ ἄ ὡς πλείων πλήων*, unde corrigas Et. G. 246, 55, ubi excidit οἱ Λωρεῖς. — Choerob. Oxx. II, 217, 10.

σθαι), quam vocem Mazocchius pessime interpretatus est, procul dubio est pro ἐξειληθῶσι ab ἐξειλω, cf. Hesych. ἐξιλλεῖν, ἀπειργεῖν, κωλύειν et ibi intt., ἐξειλεῖν, ἐκβαλεῖν et alia, deinde de locutione C. I. nr. 92 εἰάν δὲ πολέμιοι ἐξειργασί. Eandem stirpem cum η pro vulgari ει et cum β pro digamma supra §. 5, 4 vidimus in Laconica Hesyebii glossa βήλημα, κώλυμα, φράγμα ἐν ποταμῶ· Λάκωνες i. e. εἴλημα, deinde ibid. 8 in aliis, ubi γ pro digamma scriptum est, incertioris dialecti: Φηλιᾶσθαι, κατέχεσθαι — Φηλουμένους, συνειλημμένους — Φηλιώμενοι, κατεχόμενοι — Φήλεσθαι (cod. γήνεσθαι), κατέχεσθαι. Lesbicum est ἀπέλλω pro ἀπέλλω.

βόλομαι pro βούλομαι est in Cret. 2554, 26 — 2556, 49. 53. — 3050. 3058, βολά (quod Doricum vocatur a J. Gr. 243, b, Meerm. 659) pro βουλή Cret. 3049, βωλεύω Cret. 2554, 214. — 2555, 8 — 2556, 75. Lesbiaca sunt βόλλομαι, βόλλα, βολλεύω.

χήλιοι severioris Doridis esse pro χίλιοι, non solum Lesbicum χέλλιοι L. I §. 8, 8, sed etiam Boeoticum χείλιοι I §. 39, 2 prodit. Et in Laconico titulo nr. 1511, qui antiqua scriptura utitur, bis legitur χελιος l. 12. 19, quod quum vel χηλίως vel χελίως pronuntiari possit, illud verius videtur (de Fourmonti commento χιλίους l. 22 supra diximus nr. 2, d). Attamen in tabb. Heracl. B. 36. 37 leguntur χίλιαι et διςχίλιαι, quae valde veremur ne Maittairii Britannici fragmenti editoris negligentiae debeantur pro χήλιαι et διςχήλιαι. In titulis mitioris Dorismi non ita antiquis est χίλιοι vid. §. 22, 3.

Neque tamen ubicunque Lesbii post correptam vocalem liquidas geminarunt, severior Doris η pro ει protulit. Neque enim Dorici η ullum exemplum adest, ubi a Lesbiis liquida propter ejectum iota geminatur L. I §. 8, 5. 6, et σπείρω, non σπήρω, legitur Cret. 2556 pro Lesbiaco σπέρω. Eodem pertinet, quod grammatici testantur, Dorice non esse ξήνος pro ξείνος, ξένος dictum ¹⁰⁾, quanquam

10) Docti cujusdam grammatici (vix dubito quin Herodianus) lo-

Lesbiacum est ξένος; sed hoc e ξένιος ortum esse, monimus L. I §. 8, 6. Regulam ab illis propositam; ει Dorice non mutari in η, si iota pleonastice additum sit, minus vera videtur, si quidem *θηρά* Doricum est pro *θειρή*, *δέρη*. Nec dissimile est ω pro ου, quod υ pleonastice assumpsisse videtur, positum, vid. seqq.

7) Addimus alia, in quibus non minus de consona ejecta cogitari potest, quanquam Lesbiaca dialectus ipsa longam vocalem pro diphthongo habet. Talia sunt

κῆνος Dorice et Lesbiace pro *κείνος* vid. §. 33, 3, ubi *τῆνος* diversae stirpis esse docebitur, et L. I §. 14, 2.

κῶρος, quod Doricum et Aeolicum appellatur ab Eustathio 1535, 49, *Κώρα* dea Cret. 2567, *κωραλλσκος*, *τὸ μειράκιον*· *Κρητες* Phot., neque aliter Lacones, ut apparet e titulo fabulae Epilyceae. *Κωρητες* Cret. 2554, 130. 185 (unde Boeckhius idem pro *Κορητες* rescripsit nr. 2555). Frequentissima sunt apud Theocritum et Callimachum *κώρα*, *κῶρος*. Sed in ipsa severiore Doride etiam vulgares formae, quae brevem vocalem habent, usurpatae esse videntur; certe *κόρα* est Lysistr. 1308. Eadem regnant in mitiore Doride, ut *Κόρα* est in titulis

cus huc spectans corruptior legitur in Ann. Oxx. I, 370, 4 et Et. G. 456, 3, valde mutilus in Et. M. 668, 20, excerptus apud Eustathium p. 101, 5, qui omnibus fontibus comparatis in hunc modum restitui potest: *Περιθουον δια τῆς εἰ διφθογγου, ὅτι ὁ Ζεὺς ὁμοιωθεὶς ἵπῳ περιέτρεχε τὴν μητέρα τοῦτου Μίαν καὶ οὕτως συνγιγνέτο αὐτῇ καὶ ἐκείθεν οὗτος ἐτέχθη· παρὰ οὖν τὸ περιθίειν γέγονε Περιθουος καὶ ἐν πλειασμῷ τοῦ ῑ Περιθουος. ἄλλως τε ἐπειδὴ οἱ Δωριεῖς Πηρίθουος λέγουσι διὰ τοῦ ἦ. ἔθος δὲ ἔχουσι τὴν εἰ διφθογγον εἰς ἠ τρέπειν, ὡς πολλὰκις εἶρηται· ὅσον πλείων πλήων καὶ μείων μήων. ἰστίον δὲ ὅτι κατὰ δύο τρόπους· τοῦτο ἡμάχεται· πρῶτον μὲν ὅτι ἀπὸ πλειασμοῦ ἔχει τὸ ἰῶτα· οὐδέποτε δὲ ἠ περὶ πρόθεσις πλειονάζει τὸ ῑ. δεύτερον δὲ ὅτι διὰ τοῦ ἠ γράφεται παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν· οὐδέποτε δὲ οἱ Δωριεῖς τρέπουσι τὴν εἰ διφθογγον εἰς ἠ τὴν ἔχουσαν ἀπὸ πλειασμοῦ τὸ ῑ· ὅσον τὸ ξένος ξένιος λεγόμενον οὐ λέγουσι διὰ τοῦ ἠ ξῆνος. εἰ οὖν τὸ Περιθουος ἀπὸ πλειασμοῦ ἔχει τὸ ῑ, δῆλον ὅτι παραλόγως παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν διὰ τοῦ ἠ γράφεται.*

Hermionensibus 1197. 1199. 1200. Lesbios quoque πόρα dixisse vidimus L. I §. 16, 3.

ὠρανός pro οὐρανός Doricum dicitur a Gr. C. 246, Meerm. 659 (J. Gr. 243, b corrupte ἰνός pro οὐνός) et traditur ὠρανίαφι apud Alcmanem fr. 42 (5). Theocrito II, 147 e codice K et V, 144 ex editione Florentina ὠρανός restitutum est. Lesbii et ὠρανός dixerunt et ὄρανός.

Ut in his ω est pro ου, quod aut vulgo aut a Lesbiiis in ο corripitur, ita frequentatur apud Theocritum cum magno librorum consensu ὦρος in casibus trisyllabis ὦρεος, ὦρεα etc. pro vulgari ὄρος, epico οὔρος. Valde tamen veremur, ne eae formae non sint ex ipsa Doride petitae, sed secundum analogiam a poeta fictae; vix enim recte olim L. I §. 14, 5 productam formam apud poetas Lesbios toleravimus, cf. infr. Addenda ad L. I. Neque aliter se habet μῶνα, quod legitur II, 64 e codice K et XX, 45 (Callim. Lav. Pall. 132), atque δῶναξ XX, 29. Pro ὄνομα Theocr. VII, 13 nunc recte ex optimo codice K et aliis οὔνομα restitutum.

8) Postremo alia sunt, quarum quum nèque origo nec Lesbiaca forma cognita sit, tamen de consona ejecta suspicionem concipere licet:

κῆρυλος avis cujusdam nomen apud Alcmanem fr. 9 (12), quod Euphronius in scholl. Arist. Av. 300 (Suid. s. v. κῆρυλος) Doricum esse tradit pro Attico κείρυλος, cf. Hesych. s. v. κείρυλος et intt.

Nῆλος pro Νεῖλος ¹¹⁾, Aegypti flumen.

Πηρίθουος pro Πειρίθουος ¹⁰⁾, herois nomen, quod vix recte e Περίθουος factum putatur.

11) Choerob. Oxx. II, 240, 27. Νεῖλος διὰ τῆς εἰ διφθόγγου· οἱ γὰρ Ἀσραμίς διὰ τοῦ ἦ γράφουσιν· ἢ παρὰ τὸ νέω γέγονε νέϊλος καὶ κατὰ συναίρεσιν Νεῖλος. Igitur νέϊλος grammatici etymologi commentum esse videtur, quare nescio an Herodianus π. μ. λ. 14, 11. Νεῖλος (sc. τῆ εἰ παραλήγεται)· νεῖλος τε γὰρ λέγεται κατὰ διάλεκτον in hunc modum corrigendus sit: νεῖλος τε γὰρ [ἦν καὶ νῆλος] λέγεται κατὰ διάλεκτον.

σήρα pro σειρά Doricum secundum Choerob. Oxx. II, 260, 31 et Et. G. 497, 45.

δῶλος est Theocr. V, 5; δῶλα II, 94 et Callim. Cer. 96 pro δούλος, δούλη. Comparantur apud Hesychium δωλέννετος (num δῶλος, ἔνετρος?), ὑπόβλητος — δωλοδομῆϊς (num δῶλοι, δμῶες?) οἰκογενεῖς. Quod in Epimenidis epistola δούλωσ et δουλῶται scriptum est, nihil contra valet.

9) Minus certa ratio est eorum, quae vocalem post ει habentia diphthongum Dorice in η mutare traduntur:

ῥηος et Λύκηος Laconica esse dicuntur ¹²⁾ et hoc legitur Alcm. 36 W. ex Apoll. de adv. 563, 28.

ὀξῆα Doricum esse dicitur pro ὀξεία, quocum confers, quod ταχῆαι et βαρῆαι e dialecticis afferuntur ¹³⁾.

πέληα Doricum esse traditur pro πέλεια ¹⁴⁾.

πασιχάρηα legitur Alcm. 10 (13), quae vox a πασηαρῆς derivata vulgo sonaret πασιχάρεια.

πλήων et μήων saepissime Dorica esse dicuntur pro πλείων et μείων ¹⁵⁾. At in purioribus fontibus ne severioris quidem Doridis eae formae reperiuntur, sed μείων saepe legitur in tabb. Heracl., πλείων (pro quo saepius πλείων) certe in titulis mitioris dialecti ut Ther. 2448.

12) Theogn. Oxx. II, 54, 29 et Et. M. 32, 6. ῥηος, Λύκηος Λακωνικά. — Arcad. 39, 11. τὸ δὲ ῥηος καὶ αὐτὸ παροξύνεται (leg. προπαροξύνεται) κατὰ τροπήν τῆς αἰ (leg. εἰ) διφθόγγου γιγονός.

13) Et. G. 430, 44. ὀξεία διὰ τοῦ εἰ — ὅτι ὀξεία (leg. ὀξῆα) λέγουσιν οἱ Λωκρεῖς διὰ τοῦ ἦτα. ἔθος δὲ ἔχουσι τὸ ἦ εἰς εἰ (leg. εἰ εἰς ἦ) τρέπειν. — Ibid. 21, 12. διαίλεκτοι ταχῆαι γὰρ λέγουσι καὶ βαρῆαι διὰ τοῦ ἦ.

14) Choerob. Oxx. II, 253, 39. πέλεια — διὰ τοῦ εἰ — οἱ Λωκρεῖς διὰ τοῦ ι (leg. ἦ) γράφουσιν αὐτό. Ita corrigendum esse apparet ei, qui orthographicorum ejus generis praëceptorum non rudis est.

15) Grammatici his exemplis uti solent, ubi loquuntur de diphthongo εἰ Dorice in ἦ mutata, ut Ann. Oxx. I, 288, 29 et 370, 8, Choerob. Oxx. II, 206, 9 et 217, 10, Et. M. 321, 35 et 508, 54, Et. G. 176, 27—310, 30—384, 45—566, 37, Et. Par. ad Greg. Cor. post Et. Par. post Et. Or. 192, 12, Eustath. 101, 5 etc.

Herm. Praeterea Boeoticum *πλίων* C. I. nr. 1569, a testatur, etiam severiorem Doridem *πλείων* non mutasse. Quid quod eadem *πλήων* et *μήων* a Prisciano 16) Attica vel Ionica esse referuntur?

Neque minor dubitatio de reliquis est quam de *πλήων* et *μήων*. Omnia ejus generis sunt, quae vocalem *τ* ab origine postulent, ut *δρειος* ex *δρείος* natum est, feminina terminationem *ια*, comparativi *ίων* propriam habent, neque ulla certiore ratione vocalis *η* in illis excusatur, nisi Alcmanicum *Πασιχάρηα* ita defendere velis, ut rectius iota subscribi contendas sicuti in Lesbiano *Κυπρογένηα* vid. L. I §. 14, 3. Deinde nihil ejus generis in melioribus fontibus reperitur; nam nihil auctoritatis est in libris scriptis, quum *ε* et *η* saepissime permutentur (*παχῆα* Epich. 82 etiam aliis de causis corruptum haberi oportet). Reperiuntur similia in titulis infimae aetatis, in nullo magis quam in Byzantio nr. 2060, qui est Tiberii vel Caligulae aetate scriptus. Ibi habes *πλήονας*, *χρήας*, *ἐπιτάδης*, *ἀσαμήωτος*, quae sunt omnia a genuina Doride aliena non minus quam *ἐπαινήσθαι* a mitiore Byzantium Doride. Dicam igitur quod sentio. Nisi vehementer fallor, recentiores grammatici et ipse, ut videtur, Herodianus recentissimae Doridis morem spectarunt, qui ab Alcmane et omnino ab antiqua et genuina Doride alienissimus est.

Rectius ad hanc referenda esse videntur *πῆ* et alia ejus generis adverbium loci in severiore Doride, pro *πεῖ*, quod est in mitiore, vid. §. 44, 2; deinde Tarentinum *αῖή* pro *αἶετ*, vid. §. 45, 1; postremo *ᾶς*, *ᾶατος*, quae item superioris Doridis esse videntur pro *οῦς*, *οῦατος*, vid. §. 31. Certum est in his de productione vel con-

16) Priscian. Vol. I p. 87 Kr.: „hanc vero mutationem ei diphthongi in e longum faciunt more Ionico et Attico. Illi enim *ἤδην* pro *εἰδεῖν* dicunt (*ἤδην* pro *ἤδειν*) et *μῆον* pro *μείον* et *πλήον* pro *πλείον*.“

tractione cogitari non posse, obscurum, quae alia mutationis causa poni possit.

10) Alia quaedam sunt, in quibus aequae grammatici errasse videntur. Primum Choeroboscus in Ann. Bekk. p. 1282 docet in secunda conjugationis persona Aeoles et Dores ε in η mutare ut λέγης, quod quam non sit recte de utraque dialecto praeceptum, docuimus L. I §. 14, 4. Adde quod ipsum λέγεις est inter Laconica Lysistr. 180. 1013, et quod, si qua ejus generis in Theocriti libris conspiciuntur, ea librariis deberi facile apparet, cf. quae Muehlmannus de dial. bucol. p. 17 collegit.

Saepe grammatici ¹⁷⁾ testantur de Dorico βῶς pro βοῦς et legitur in frustulo Dorico ναὶ κάρφων βῶς Et. M. 492, 38, Et. G. 301 et apud Theocritum IX, 7, βῶν XXVII, 63, acc. pl. βῶς VIII, 48, praeterea saepe βωκόλος, βώκας etc. Contra vulgaris forma βοῦς est Epich. 97, βοῦν in titulo Herm. 1193. — Simillima est vox χοῦς, quam apud Argivos χοῦς sonuisse Athenaeus et eo dace Eustathius testatur ¹⁸⁾. At in tabb. Heracl. I, 55 legitur accusativus pluralis χοῦς, qua re eo facilius inducimur, ut Athenaeo e codice B. χοῦν reddendum esse judicemus (nam Eustathius saepe malas lectiones apud Athenaeum tætur), quod Argivi adeo mitiore Doridis genere utebantur. Jam vides eadem tabularum Heracleonsium auctoritate, quae plurimum apud nos valet, etiam de βῶς suspicionem moveri, ne non recte Doricum habeatur. Nec qui grammaticorum in his rebus rationem novērit,

17) Priscian. I p. 264 Kr.: „Aeoles et Dores βῶς dicunt pro βοῦς, ou diphthongam in o longum vertentes.“ cf. Scholl. A II. γ, 47, Eustath. 1085, 54, Et. Or. 166, 25, Ann. Oxx. I, 302 (ubi Δωρικῆ τροπῆ ad βῶν referas) et 402, 25, II, 399, Et. M. 815, 35–598, 55, Et. G. 558, 37–580, 79–584, 3, Joann. Al. p. 8. etc.

18) Athen. VIII, 365. D ex Hegesandro: τὴν συμβολὴν τὴν εἰς τὰ συμπόσια ὑπὸ τῶν πινόντων εἰσφερομένην Ἀργίῳ χῶν (cod. B χοῦν) καλοῦσα, τὴν δὲ μερίδα αἰσαν, quae exscribens Eustathius p. 1085, 50 addit: ἐστὶ δὲ τὸ χῶν ἐκ τοῦ χοῦν — ἀναλογία δὲ αὐτοῦ κατὰ τὸ βῶν. ὡς γὰρ βοῦς βῶς Δωρικῶς, οὔτω καὶ χοῦς χῶς.

ejus temeritatem accūsabit, qui omnem istam testimoniorum multitudinem e scholio ad Homericum βῶν II. η, 238 pertinente fluxisse opinetur, quod Dorica diphthongi ου in ω mutatione explicatum est. Quod βῶς in frustulo illo Dorico scriptum est, in tanta ejus obscuritate parum valet; postremo Theocrito quam in his rebus non possit confidi, in tertio libro accuratius demonstrabimus. Neque tamen silebimus, quae Dorica βῶς et χῶς ab istiusmodi dubitationibus defendere videantur. Doridi tribuuntur Τύδης pro Τυδεύς (vid. §. 30, 7) et νῶς pro νῶς (vid. §. 31), quanquam ne haec quidem certissimorum fontium auctoritate confirmata, quibus simillima essent βῶς et χῶς altera vocali post ejectum υ producta. Eam tamen rationem neque omnibus Doribus communem fuisse neque severiori Doridi vindicandam, sed, si quidem grammaticorum testimonio aliquid fidei tribuendum est, paucis quibusdam Doriensium populi propriam, persuasum habemus, neque audemus negare, fieri potuisse, ut Heraeleenses, qui severiore Doride utebantur, cum plerisque Graecis βούς et χούς pronuntiarent, Argivi, qui mitiore, βῶς et χῶς. Quid vero, quod praeter Homericum locum βῶν etiam apud Herodotum II, 40 et VI, 67 in librorum parte traditur et hic quidem propriam vim tenens, et quod Pherecydes, qui Ionica dialecto usus est, secundum Herod. π. α. λ. 6, 16 Ζῆς dixit pro Ζεός, quam Τυδῆς pro Τυδεύς Doricum esse perhibeat? Vides, quantum in hoc loco sit dubitationis, quae vix tolli possit, nisi puriores Doridis fontes novi speriantur.

πῶς, πός (corrigitur ποῦς) ὑπὸ Λαριέων Hesych. non magis dubitatione caret, quam in tabulis Heraeleensibus ποῦς legatur II, 34 et τρίπους B. 3, I. 48, II, 2. Quare, nisi forte aliud quid latet, nescio an contra literarum ordinem πός, ποῦς corrigendum sit, de qua forma vid. §. 21, 4.

11) In aliis quibusdam omnes Dorienses cum Aeolibus et Ionibus ω habent, pro Attico et vulgari ου. Primum particula ᾠν pro οῦν et inde γᾠν pro γοῦν non

solum severioris Doridis est, ut ὦν legitur. Cret. 3053, γῶν Lysistr. 155 (male γοῶν 1181), sed etiam mitioris, quum ὦν reperitur Sophr. 6, apud Epicharmum fr. 18. 82 et ter fr. 95, ὄστις ὦν fr. 68 ex emendatione nostra pro ὀστίων. At constat ὦν etiam Ionam esse et Apollonius de adv. p. 495, 8 Ionicae, Doricae et Aeolicae dialectis eam formam vindicat. Unde apparet, Atthidem solum et recentiorem Graecitatem οὖν assumpsisse, quod adeo in recentiorem Doridem vel severiorem vel mitiorem immigravit. Nam οὖν est in Cret. 2556, 22, Rhod. 2525, b, Ther. 2448. I, 27, Teg. H. L., Gel.

πῶλυπος pro πουλύπους est apud Epicharmum fr. 33. 82 et Simonidem fr. 132 Schn. Dorice e diserto Athenaei testimonio 19). Quae forma quum in poëtis mitiore Doride usis mira videri possit, omnino ea vox singularis est et dubitationis plena. Quomodo enim explicemus, quod ipsius Atthidis genuina forma est πουλύπους, non πολύπους vid. Athen. VII p. 316—318, deinde quod multo saepius quam reliqua vocis ποῦς composita secundam declinationem sequitur? Postremo Simonides, cujus frustulum πῶλυπον διζήμενος Athenaeus affert, iambographus Amorginus esse videtur, qui Ionica dialecto usus est, non lyricus Ceus, quem intellexit Schneidewinus. Iambographum quidem metro proditum vides, ubi Athenaeus ex Epicharmo et Simonide affert κωρίς pro κουρίς sive καρίς 20). Itaque πῶλυπος etiam Ionicum est nec fortasse recte ex Amphide Attico propellitur a Meinekio Comm.

19) Athen. VII, 318. f. Δωρεῖς δ' αὐτὸν διὰ τοῦ ὦ καλοῦσι πῶλυπον ὡς Ἐπιχαρμὸς. καὶ Σιμωνίδης δ' ἔφη „πῶλυπον διζήμενος Ἀττικοὶ δὲ πουλύπον.

20) Athen. III, 106 e. κουρίδας δὲ τὰς καρίδας εἶρημε Σώφρων (additur fr. 52) — Ἐπιχαρμὸς δὲ ἐν Γῶ καὶ Θαλάσσει κουρίδες τε φοινίκαι (fr. 12). ἐν δὲ Λόγω καὶ Λογίῳ διὰ τοῦ ὦ εἶρημεν (fr. 67). Σιμωνίδης δὲ

Θύνασαι τευθίς, κωβιῶσαι κωρίδες.

Gr. III p. 314; accedit *πῶλυφ*, qua forma Diphilus Siphnius apud Athen. VIII, 356. e utitur, pedestris orationis et vulgaris dialecti scriptor et fortasse Epicharmus fr. 32. Quibus omnibus comparatis sic nobis statuendum videtur, antiquum istius animalis nomen esse *πῶλυφ* vel *πῶλυπος* nescio unde deductum, quod, postquam ad pedum multitudinem referri coeptum esset, in *πούλυπος* et *πουλύπους* mutatum, postremo secundum *πούς* flexum esse, ita tamen ut in populari lingua vel Doriensium vel Aeo- lensium (Athen. VII, 316, 6) vel Ionum vel aliorum antiquae formae tenerentur, nunquam in genuina Graecitate prima syllaba corripere- tur. — Non aliter *κουρίς* pro *κω- ρίς* ²⁰⁾ scriptum esse videtur, quia vox a *κοῦρος* descen- dere putabatur.

12) Jam ad ea redeundum est, quae certius Dorice per *η* et *ω* pro Ionicis et vulgaribus *ει* et *ου* proferuntur. Nam ut supra docuimus, quae sint ea, quibus severior Doris isto in genere a vulgari ratione differat, ita jam demonstrandum est, mitiorem Doridem in iisdem cum Iade et Atthide conspirare nec posse, quae ejusmodi in Doridis fontibus reperiuntur, ad librorum vitium vel ipsius dialecti corruptionem ingruente Atthide factam cum ulla veri specie referri.

Gravissima in hanc rem duo testimonia sunt exquisitae doctrinae, Ann. Oxx. I, 171, 19 et 278, 17 (vid. not. 2 et §. 14 not. 4). Alterum docet, *Δωριεῖς τοὺς παλαιότερους* dixisse *εις*, Rhinthonem *ἦς*, ubi noli dubitare, quin Epicharmus potissimum et Sophron antiquioris Doridis auctores intelligendi sint; alterum patefacit Syracusanos cum Ionibus et Atticis *μοῦσα* dixisse, non *μῶσα*. Neque mirari licet, quod plura de hoc Doridis genere testimonia non extant. Scilicet grammatici ea parum curabant, quae cum vulgari lingua non discrepant. Sed titulos et scriptores ingenti consensu nostrum iudicium confirmare, singulorum perlustratio satis superque docebit.

Ad nr. 2: *εις* legitur Epich. 79. 134 et in titulo Tauromenitano, *οὔθεις* Rhod. 2905, *μηθεις* Ther. 2448 et

in Phocicis Rossii etc. Non minus *χαριεις* et *καταφθαριεις* est Epich. 19, *αιρεθεις* et *επαιθειεις* in Rhod. Ther. Astypal. Messembr. etc. Quum Herodianus ²⁰⁾ Siculis morem tribuit, voces, quarum genitivus in *εντος* exit, in nominativo per *ης* efferendi, eodemque Romanorum nominum: *Κλήμης* gen. *Κλήμεντος* etc. declinationem revocat, Italiae inferioris incolae intelligendi esse videntur; ea enim haud raro Siciliae nomine significatur, ut a Stephano de urbb. *Σινούεσσα* et *Σκυλλήτιον* (hoc secundum Eudoxum), ab Arcadio, qui omnia sua ex Herodiano derivavit, p. 16, 24 *Σούλων* Siciliae urbes esse dicuntur. — Dativus pluralis *αιρεθείσι* Corc. 1845, *υπαρχασι* et *περυσσι* Ther. 2448, *αναβαλουσι* Rhod. 2905, *επιγγχανουσι* Messembr. — Participia feminina in *ουσα* frequentissima sunt apud Sophronem, ut *καπτουσαι* et *δουσα* 17. 50, Epicharmum, Archimedes, in Chelidonismo et in titulis Herm. Delph. Aetol. Rhod. Agrig. Ther. Iss. Alaes. Segest. etc. — *Μουσα*, ut Syracusanis inculento testimonio tribuitur, ita est in titulo fabulae Epicharmae; Timocr. 2 et Ther. 2448. Postremo accusativus in *ους* est in titulis Messen. Teg. Herm. Calaur. Megar. Chal. Delph. (praeter nr. 1688, ubi *ος*) Phoc. Acarn. Corey. Rhod. Calymn. Byzant. Agrig. Alaes. Taurom., nec minus in recentioribus titulis Laconicis, quos mitiorem Doridem referre supra indicavimus §. 2, 2. Eandem terminationem apud Epicharmum, Sophronem, Archimedes, Timocreonem, in Chelidonismo, in Acharnensium Megaricis ubique libri tuentur, nisi quod Epich. 94, 13 in Didgenis Laertii libris vulgo male legitur *τας ανθρωπωνς*,

20) Theogn. Oxx. II p 47, 25. *Τὰ εἰς ἐν ὀνόματά τε καὶ μεταχαὶ διὰ τοῦ εντος ἢ διὰ καθαροῦ τοῦ νος ποιοῦντα τὴν γενικὴν καὶ μὴ Σικελικῆ ἔθει διὰ τοῦ εντος κινόμενα διὰ τῆς εἰ διφθόγγου γράφονται οἷον πυροίς, πυρόντος γάρ etc. — τὸ Κλήμης, Κλήμεντος καὶ Κρήσης Κρήσκεντος Ὀυάλης Ὀυάλεντος Μάνης Μάνεντος διὰ τοῦ εντος κινόμενα καὶ τὰς εὐθείας ἔχοντα διὰ τοῦ ἠ, οὐ τῆς κωῆς ἀλλὰ τῆς Σικελικῆς ἀρχαιότητος ἴδιον, ὡς φησὶν ὁ Ἡροδιανὸς ἐν τῇ Ὀργανικῇ.*

ubi e cod. Lebc. ἀνθρώπους et cum Hermanno metro jubente τός restituendum est. Deinde in fœdere Argivorum (Thueyd. V, 79) libri præbent Λακεδαιμονίας καὶ Ἀργείας, ubi genuina scriptura, si recte judicavimus §. 14, esset Λακεδαιμονίων καὶ Ἀργείων. Vides quantum fidei habeat Byzantium decretum apud Demosthenem pro corona, in quo accusativus pluralis constanter in -οις desinit.

Ad nr. 3: Infinitivus εἶμεν est in Laconicis titulis recentioribus, Megar. Chal. Delph. (etiam nr. 1688) Phoc. Aetol. Acarn. Coreyr. Byzant., apud Epicharmum fr. 94. 95. 97, et ubique apud Archimedem, εἶμεν Rhod. Agrig. εἶμι Epich. 19 et εἶμα Epich. 98. In Theraeo nr. 2448 quum saepe εἶμεν legatur, non minor, quod semel V. 17 ἤμεν traditum est, præsertim quum is qui descripsit illum titulum, haud raro Η et ΗΙ permutaverit. Nec rectius lectum putamus ἤμεν in Rossii inscriptionibus Anaphaeis nr. 1 (C. I. 2477) l. 21. 28. et nr. 2 l. 27 (in illo τ. 9 non aliter apud Boeckhium male est ὄπη, ubi Rossius recte ὄπη). Item damnamus ἤμεν in Acharn. 707. 738; diphthongum in εἶμενα v. 741; ubi olim ἤμενα, omnium librorum auctoritas tuetur.

Ad nr. 4: διαφθείρας Coreyr. 1838, b, ἀποστείλας Byzant. Coreyr. 1845, ἀντενον Acharn. 732, ἐπιτελάμενος Ther. 2448 etc.

Ad nr. 5: Infinitivus in σαι est in titulis Laconicis recentioribus, Herm. Chal. Delph. (praeter nr. 1688, ubi σαι) Aetol. Rhod. Calymn. Agrig. Syrac., item ubique apud Epicharmum secundum libros (nam διελῆν et καταφαγῆν fr. 23. e conjectura scripta erant), apud Sophronem, Archimedem, Timocreontem.

Ad nr. 6: Leguntur Ἀπειρωτῶν in ipsis numeris Epiroticis vid. Mionn. Suppl. III p. 359, χεῖρ Sophr. 50, Epich. 27. 118, χειρόνιβα Epich. 58; ἐκεχηρία nr. 1688, 48. 50 in inscriptione lectu difficillima male lectum est pro ἐκεχειρία. Deinde εἰλέσθων est Amph. 1688, 48, βουλά cum derivatis in titulis Delph. (etiam nr. 1688), Megar. Locr. Acarn. Coreyr. Messembr. Anaph. Astyp. Agrig.

Gel. Syrac. , πρόβουλος Acharn. 721, συμβουλεύω Sophr. 8; δούλος cum derivatis in Delph. Phoc. Aetol.

Ad nr. 7: De κείνος in mitiore Doride vid. §. 33, 3; κόρια male a Dindorfio ex Elmsleji conjectura receptum est Acharn. 697, ubi potius legas κόρια κάθλιου πατρός; Δωρικλέος Iss. 1835 a Boeckhio in Δωρικλέος mutatum est, nec magis Δωριμαχος tolerari debebat in Ther. 2458; Ούρανια est in titulo Segestano R. R. — Addimus quod pro ἀρωραῖτοι Acharn. 728 e Ravennate ἀρουραῖτοι restituendum est

13) Jam satis demonstrasse nobis videmur ea, quae proposuimus, severius solum Doridis genus η et ω pro vulgaribus ει et ου habere (paucis quibusdam exceptis, quae adeo in Iade ω tuentur), neque illam ubique, sed (praeter ea, quae contrahendo nata sunt et praeter pauca quaedam, quorum origo et antiquissima forma obscura est) in iis solummodo, quae diphthongos ει et ου propter consonam ejectam ex ε et ο productione suppletoria factas habent. Sicubi diphthongi alius originis sunt, a nullis Doriensium mutantur, ut πειθω, λειπω e radicibus πιθ et λιπ, Ἡρακλείδας ex Ἡρακλειδας, φύτος, ου etc. Dignum autem est, quo animum advertas, quod in severiore illa Doride per productionem suppletoriam breves vocales in hunc modum immutantur:

ἄ ε ἰ ο ὕ
in ᾶ η ἰ ω ὦ.

Vides, quam haec ratio magis sibi constet, quam Attica et Ionica etiam mitiori Doridi propria, qua ε et ο plerumque in ει et ου producuntur; nam eae quoque dialecti interdum η et ω praetulerunt, ut πατήρ et δαίμων pro πατερς et δαιμονς posita sunt. Quanquam neutra ratio antiquissima est, quoniam olim consona ipsa retinebatur, ut ex ἄγονσα et ἄγωσα et ἄγουσα nata sunt, tamen illam longarum vocalium amantem aliquo jure antiquiorem praedicare licet, non eo tamen sensu, ut Iones et qui Doridis mitiore genere utuntur prius ἄγωσα, postea ἄγουσα

pronuntiassent existimantur. Sed de his rebus alio loco disputandum est.

§. 21.

De correptione syllabarum finalium in ε et υ desinentium.

1) Grammatici saepe testantur de extrema syllaba accusativi pluralis declinationis primae a Doriciensibus correpta¹⁾. Quae proprietas quum a nobis non possit nisi apud poëtas perspicui, exempla nunc reperiuntur haec: Alcman. 13 (23) ἠράσθη χλιερὸν πεδὰ τὰς τροπὰς, quum Alcman longam syllabam in exitu tetrametri dactylici acatalecti admisisse non videatur; Epich. 5 μωρὰς ἄμ πεντόγκιον, 68 τὰς πλευρὰς οἶόν περ βατῖς, 82. ἀφύας ἀποπυρίζομες, omnia in exitu tetrametri iambici; Stesich. 5 Schn. παρὰ πάγας ἀπέιρονας; Chelid. 2 καλὰς ἄρας ἄγουσα (ο ο ο ο ο ο ο ο); saepissime apud Theocritum, neque tamen semper, ut Meinekius ad I, 83 opinatus est, vid. II, 6. VII, 104 et τὰς V, 89, quod ipse in Addendis excipi dicit. Hesiodum quoque ea correptione usum esse constat et Tyrtaeum fr. 2, 4 δημότας, fr. 6 δεσπότης Schn.

Deinde secundae declinationis accusativus pluralis in ος, quem Doricum esse testatur Schol. Vet. Pind. Ol. I, 84, reperitur in titulis Cretensibus 2555 τὸς θεὸς ἰσχυροῦς etc., 2556 κατὰ τὸς νόμος τὸς κειμένος, παρ etc. et ita semper, 2558 προξένος αὐτὸς, 3052 τὸς πρὸς ἄλλοις v. 13 τοὺς λοιπούς), 3053. A τὸς τοιοῦτος etc. II τὸς κόσμος; in Cyrenaisicis nr. 1 τὸς κτλ. 9 ποτὸς (θεός); in Therae

1) Herod. Oxx. III, 29 etc. C 339, Meerm. 633 vid. Scholl. A eum morem etc. §. 1 not. 7, ubi quae dicitur accurate significare se etc. Eustath. I, 92 etc.

§. 21. De correptione syllabarum finalium. 173

γενομένος — παραγενομένος, 35 στεφάνος, V, 1 τὸς νόμος, VIII, 34 τὸς συλλόγος all. nr. 2450 προξένος; in Coo titulo ex imperatorum Romanorum aetate nr. 2508 εἰς τὸς θεὸς Σεβαστός; in decreto Amphictyonum nr. 1688, de quo vide quae in Appendice disputabimus, I. 13. 25. 39. 45 τὸς, I. 14 τὸς ὄνος (?), 17. 39 τὸς — Διγναίος, 20 αὐτός (contra τοὺς I. 42 bis). — Eadem correptio metro jabente bis Epicharmo restituta est fr. 94, 18 τὸς ἀνθρώπους, 98 τὸς ἄλλους; frequentat eam Theocritus, rarissime usurpat Pindarus vid. Boeckh. de metris Pind. p. 294.

2) Nominativos tertiae declinationis, qui in ας vel εις exeuntes in genitivo terminationes ατος et εντος assumunt, apud Dorienses extremam syllabam corripere grammatici testantur²⁾ et exempla afferunt πράξας, Λίξας ex Alcmane 50 (52), quanquam haec correptio barbara vo-

2) Choerob. Bekk. 1282 (Gaisf. 94, 26) cf. p. 1234. τὸ Λίξας τὸ παρ' Ἀλκμάνι ἔχοντες εισημειωμένον ὡς συστέλλει τὸ ᾱ. ἱκίνοσ γάρ συνιστεῖται αὐτὸ εἰπῶν·

δοῦρὶ δὲ ἔστον μίμνην Λίξας αἶμα τὰ τε μίμνων
ἔστι δὲ τροχαϊκὸν τὸ μέτρον etc. — εἰσὶ δὲ καὶ ἄλλα τινὰ Δωρικὰ συστέλλοντα τὸ ᾱ. παρ' Ἡσιόδου.

δήσας ἀλυκτοπιδήσαι προμηδεία (Th. 521, ubi nunc δήσας δὲ καὶ παρὰ τῷ ἀριάνῃ (num' Ριάνῃ?) λίθος μέγας (Bekk. suspicatur μέλας). Consentit Draco, qui fertur, p. 12, et fluxerunt ea omnia ex Herodiano, in cuius libro περὶ διχρόνων vel potius ejus libri epitome Ann. Oxx. III, 283 exempla et Alcmanis et Hesiodi commemorantur. — Et. G. 179, 4. τινάξας· καὶ ἔστιν ἀντὶ βραχέων κατὰ τοὺς Δωρικῶν· ἱκίνοι γάρ τὰς εἰς ας μετοχὰς ἀντὶ βραχέων παραλαμβάνουσι.

— J. Gr. 243, a. συστέλλουσι δὲ καὶ τὰς εἰς ας πληθυντικὰς αἰτιατικὰς καὶ τὰς προσηγορίας δὲ καὶ μετοχὰς ὁμοίως· νύμφας, κρήνας, νοήσας, πράξας; similiter Greg. Cor. 335. — Choerob. Bekk. 1187 (Gaisf. 132, 13). πολλάκις οἱ Δωρικῶν τῶν εἰς εις τῶν διὰ τῆς εἰς δευτέρου ἀποβάλλουσι τὸ ἰ, ὡς· χαρίεις χαρίεις, τιμήεις τιμήεις, Μαλόεις Μαλόεις· τοιοῦτοι γάρ εἰσι καὶ παρὰ Καλλιμάχου

ὁ δὲ αἰδῶν Μαλόεις ἤλθε χόρος.

ἀντὶ τοῦ Μαλόεις. Μαλόεις ἔστιν ὁ Λισβίος. — Choerob. Oxx. II, 171, 15 de adjectivis in εις: Δωρικῶν ἄνευ τοῦ ἰ προφέρουσι ἀπὸ, ὡς ἀστερόεις, αἱματόεις.

catur in Et. M. 721, 54, *δήσας* ex Hesiodo, *Μαλόες* e Callimacho, *ἀστερόες*, *χαροές* etc. Non minus hac correptione afficiuntur voces in *ας*, quae in genitivo *ἄνος* habent, ut *μέλας* a Choerobosco e Rhiano afferri videtur, *τάλας* legitur apud Theocritum II, 4. In iis titulis, quae hac corripiendi proprietate maxime insignes sunt, nullum talis nominativi in *ες* exeuntis (nam in terminatione *ας* quantitas non apparet) exemplum reperitur, sed in Ther. 2448 *μηθεῖς* et *αἰρεθεῖς*. Ceterum consentaneum est eandem correptionem etiam nominativos in *ῶς* gen. *ἴωτος* et *οῦς* gen. *οῖωτος* tetigisse, ita ut *δεικνῶς* et *δοδῶς* pronuntiaripotuerit; exempla tamen desiderantur.

3) Recenditoris etiam usus est *Φυκός*, promontorii Cyrenaeici nomen apud Hesychium pro *Φυκοῦς* gen. *Φυκοῦτος*, ut est apud Stobaeum et Stephanum³⁾; nam *Φυκοῦς* e *Φυκόεις* contractum esse constat. Noli tamen dubitare; quippe in eorundem Cyrenaeorum titulis nr. 7 et nr. 1 *ἱαρέες* legitur pro *ἱερέις*, illic pro nominativo, hic pro accusativo, ubi sine contractione esset *ἱερέεις* et *ἱερέας*, et Callimachus Cyrenaeus *βιοπλανέες* dixit pro *βιοπλαναίεις*, *βιοπλαναίεις* vid. Choerob. Bekk. 1253 (Gaisf. 447, 13). Hinc apparet, recte se habere in Cretico titulo nr. 2556, 30 nominativum pluralem *Πριανσιέες* pro *Πριανσιέεις* a *Πριανσιεύς*, quem Boeckhiius in *Πριανσιέεις* mutandum duxit, quae forma legitur l. 46 per se bona. Postremo *Λατός* pro *Λατοῦς*, quod est e *Λατόος* contractum, legitur in Amph. 1688, 8. Pronomina *ἄμεις* et *ὕμεις* pro *ἡμείς* et *ὕμεις* omnibus Doribus communia diversam rationem habent, quam et Lesbii in *ἄμμες* ultimam corripiant et antiquissima lingua terminatione *ες* usa esse videatur sicuti in declinatione tertia.

3) Hesych. *φυκός* τὸ προσβρασσόμενον ἀπὸ τῆς θαλάσσης τῆ γῆ, ὅπερ ἔνιοι καὶ πρᾶσον καλοῦσι. καὶ ἀκρωτήριον Λιβύης. ἢ βρέα ἢ φλυκτά. Vides, haud facile *Φυκός* N.P. e *Φυκοῦς* corruptum haberi. — Straboni XVII p. 1194 et VIII p. 558 *Φυκοῦς* (gen. *Φυκοῦτος*) est Cyrenaeicae *ἄκρα* et *πολίχνην ὀμώνυμον*, Stephano s. v. πόλις *Λιβύης*. Minus credibile est *Φῦκος* neutr. pro derivato *Φυκοῦς* usurpatum esse, de quo usu Lobeckius dixit Parall. p. 316.

§. 21. De correptione syllabarum finalium. 175

4) Aliam rationem habet πός pro ποῦς ⁴⁾, quod Dornicum videtur, quum πός, ποῦς Λάκωνες apud Hesychium sit. Nam πός est antiquissima forma, quam ab antiquiore lingua in compositis τρίπος, ἀελλόπος servatam recentiores (etiam Heracleenses vid. §. 20, 10) in ποῦς produxerunt eam legem sequuti, quae voces monosyllabas correptam vocalem habere vetat. Itaque Lacones et quicumque πός pronuntiabant, non corripuerunt syllabam, sed correptam servarunt.

5) Secunda persona verborum in εις desinens testibus grammaticis ⁵⁾ ultimam apud Dorienses subinde iota ejecto corripit, ut *συρίδες* Theocr. I, 3, *ἀμέλγες* IV, 3. Accuratus Eustathius ⁶⁾ λέγες pro λέγεις Theraeorum proprium dixit. Adeo ubi terminatio εις contractionem nata

4) Choerob. Bekk. 1361. πός, ὅπερ ἀπὸ τοῦ ποῦς γέγονε κατὰ ἀποβολὴν τοῦ υ, ὡς πός ἔχει μαινομένοιισιν. Item Et. M. 635, 22, nisi quod exemplum scribitur ὡς πός χιμαινόμενος, unde correxeris ὡς πός ἔχει μαινόμενος, ut metrum choriambicum aut pentametri fragmentum agnoscatur. cf. Mosch. V, 78 μαινομένοιισι πόδες (audacius nec venuste Lobeckius Parall. p. 86 ῥ (?) πός ἄγ' ἰμένοισι). At mira est istius frustuli similitudo cum Theocr. XIII, 70. ὁ δ' ῥ πόδες ἄγον ἐχώρει μαινόμενος, unde suspicio aliqua oritur, verba ῥ πόδες ἄγον e XIV, 42 male intrusa esse et ipsum poetam ita fere scripsisse: ὁ δ' ἴδραμεν, ὡς πός ἐχώρει μαινόμενος i. e. quantum pes insanienis valebat. Ceterum apud Choerob. in Theod. a Gaisfordio p. 182, 32 editum est ὡς πός χιμαινομένοιισι, et 248, 27 ὡς πός ἔχει μαινομένοιισιν. — Hesych. πώς, πός ὑπὸ Λακωνίων, ubi πός, ποῦς corrigendum videri supra §. 20, 10 indicavimus.

5) Choerob. Bekk. 1282 de secunda persona: Λαρκίς ἴσθ' ὅτι τὸ τ ἀποβάλλουσιν ἐκ τῆς εἰ διφθόγγου, ὡς συρίδες συρίδες, cf. Scholl. Theocr. I, 3, Ann. Ox. IV, 171, 18 et 412, 4, ubi idem locus spectatur, (Choerob. in Theod. 496, 1 et 497, 8).

6) Eustath. 1572, 46. Θηραῖοι, ὡς τῆς γλώσσης τὸ ἴδιον τὸ λέγεις λέγει καὶ τὰ λοιπὰ τοιαῦτα ἑήματα δίχα τοῦ ἴωτα προσφέρειν. λέγεις γὰρ φασὶ καὶ λέγει, ἀκολούθως δὲ καὶ τύπτες τύπτε καὶ τὰ ἄλλα ὁμοίως. καὶ δοκοῦσιν οἱ τοιοῦτοι δωρίζειν. (Deinde comparat Doricos infinitivos λέγειν, τύπτειν) Pessime grammaticum Theraea λέγει et τύπτε finxisse, tituli Theraei, ne alia commemoremus, luculentissime docent.

est, Apollonio teste ⁷⁾ Dorice corripitur potest, ut ποιῆς pro ποιῶς. Titulos nulla hujus correptionis exempla suppeditare in secunda persona, quae rarissime legitur, non mirum est.

6) Postremo infinitivi, qui vulgo in εῖν, Lesbiace et Laconice in ἦν exeunt, ea correptione apud Dorienses afficiuntur, id quod non solum e grammaticorum praeceptis ⁸⁾ discimus, qui et praesentis et aoristi secundi infinitivos afferunt, sed etiam e reliquis fontibus. Nam leguntur ejusmodi formae primum in titulis Creticis nr. 2555 φέρειν, τίπτεν, ἐξελῖν, ἐμβάλειν, 2556 σπείρειν et ἀναγινώσκειν, 2558 ὑπάρχειν et in iis, quae minoris sunt fidei, vulgaribus formis intermixtis, nr. 2554 l. 35. 36 ἀναγινώσκειν et ἐξορκίζειν, 2557: χαίρειν et διαφυλάττειν, 3050 διαφυλάδειν, ut videtur; deinde in Theraeo nr. 2448. IV, 15. VI, 14. θύειν, VI, 33 ἐγγράφειν, I, 24 συναγαγῖν (describentis errori tribuimus λαμβάνειν IV, 9); in Amphictyónico nr. 1688 ἄγειν l. 21, φέρειν l. 23, θύειν l. 34; postremo in tabulis Heracleensibus, quae reliquas hujus generis correptiones ignorant, ἔχειν, ἀγγράφειν et ita ubique.

Praeterea αἰεῖδεν est apud Alcmanem fr. 1 (7) in libris Prisciani, metro non cogente, quum aliis in locis codices terminationem εῖν tueantur; in Acharn. 754 τράφειν est sine varia lectione, quanquam φέρειν; θύειν, παῖειν leguntur v. 705. 758. 802; in epitaphio Bacchidae cujusdam apud Athen. VIII, 336. D πῖν et φαγῖν; frequentant correptionem Theocritus et Pseudo-Pythagorei, rarius admittit Pindarus, vid. Boeckh. de metr. Pind. p. 293.

7) Apoll. de pr. 119. ἵππετα Δωριεῖς ἐπὶ τὸ τέλος φιλοῦσι τὴν ὀξείαν προσάγειν, παρ' οὗς πάλιν ἡ ἀφαίρεσις τοῦ ἰ ὀξείας γίνεται ἐμπροσθητικῆ, ἐπὶ ποιῶς — ποιῆς.

8) J. Gr. 242, b et 243, a, Meerm. 656. 658, Leid. 634, Vat. 692, Gr. C. 308, Eustath. 69, 42, qui exemplis utuntur φαγῖν, ἰδῖν, λαβῖν, ἐλθῖν, δραμῖν. — J. Gr. 237, a cum exemplis φέρειν, λέγειν: Ann. Oxx. I, 69, 9 cum αἰεῖδεν, Eustath. 54, 35 — 1872, 20 — 1878, 48 cum λέγειν, γράφειν, τύπτεν, Scholl. II. a, 78, Scholl. Pind. Ol. I, 5 et Pyth. IV, 206.

§. 21. De correptione syllabarum finalium. 177

Rhintho apud Herod. π. μ. λ. 19, 26 in versus exitu λαμβάνειν habet, quod malimus in λαμβάνειν quam in λαμβάνην mutare.

7) Adeo terminatio εν pro ει in verbis contractis fuisse traditur a grammaticis ⁹⁾, ut νοέν, ποιέν, δασμοφορέν, φρονέν, et leguntur talia in titulo Theræo nr. 2448. I, 7 τεκέν, I, 8 διοικέν, IV, 28. 31 λειτουργέν, in Amphictyonico nr. 1688, 23 ἐνοικέν, in fragmento Alcmanico (vid. §. 4 not. 5) ὑπαυλέν, nec raro in scriptis Pseudo-Pythagoreorum, ut Metop. ap. Stob. Fl. I, 64 κρατέν, θεωρέν etc. — Eodem pertinent futuri infinitivi ἀπογραψέν in Amphict. 1688 et καρπευσέν in Alaesinorum terminis (si quidem hoc recte traditum est), quum in Doride futura omnia contractione utantur.

8) His omnibus comparatis primum apparet, illud correptionis genus non omnes syllabas finales tangere in s vel v exeuntes; neque enim unquam eam patiuntur declinationis primæ genitivus et accusativus ¹⁰⁾ singularis, vel omnium declinationum genitivi et dativi plurales, vel tertiæ declinationis nominativi in ης (gen. εος aut ητος), ως, αν, ην, ων exeuntes, vel adverbia in ως, vel alia multa. Sed eae potissimum syllabae finales corripuntur, quarum longa vocalis vel diphthongus productione suppletoria propter consonam ejectam facta est. Nam, ut

9) Apoll. de pr. 119. παρά τοῖς Δωρικῶσι τὸ νοέν καὶ τὸ δασμοφορέν δέξινεται πάλιν τῇ αὐτῇ ἀφαιρέσει τοῦ ι. — Arcad. 148, 14. δέξινεται — παρά Δωρικῶσι τὰ συνηρημένα ἀπαρίμφοτα εἰς εἰν ἀφαιρέσει τοῦ ι, ποιέν ἀντὶ τοῦ ποιῖν, δεσμοφορέν ἀντὶ τοῦ δεσμοφορέν (cod. Havn. δασμοφορέν et δασμοφορέν). (Item Choerob. in Theod. 651, 22 de ποιέν et δασμοφορέν.) — Choerob. Bekk. 1282, (Gaisf. 495, 35), Et. M. 249, 29, Ann. Oxh. IV, 411, 30. τὸ γὰρ δασμοφορέν ἀποβάλλει τὸ ι παρά τοῖς Δωρικῶσι καὶ γίνεται ἐν δέξια τάσει δασμοφορέν. Eadem νοίν et δασμοφορέν Dorica vocantur a Macrobio II p. 326 ed. Bip. Ceterum verius est δασμοφορέν apud Arcadium et in Et. M., quum δασμοφορέν η in α mutare debeat. — J. Gr. 243, a φρονέν.

10) Nihil moramur commentum grammatici in Scholl. II, β, 152 τὸ δὲ δῖαν Δωρικῶς συντίσκειν.

satis demonstravimus L. I §. 10, L. II §. 14, ὠρᾶς pro ὠρᾶς natum est ex antiquissimo ὠρανς, θεός pro θεούς vel θεῶς e θεόνς, πράξᾶς e πράξανς, χαρίης e χαρίενς, quibuscum compara etiam ἐς pro ἐνς, εἰς; deinde λέγειν et βαλέν e λεγεμναι, βαλεμναι vid. L. I §. 14. Neque adversatur, quod in ὠρα et similibus a natura longum est; nam in antiquissima forma ὠρανς duae consonae sequentes effecisse videntur, ut vocalis corripere, sicuti ex ἔγνοντ, ἐδάμηντ facta sunt ἔγνοντ, ἐδάμεντ, postremo ἔγνον et ἐδάμεν, vid. dissert. nostra de conjug. in μι p. 10. Magis offendi possis, quod δαίμων, ποιμήν, ἀληθής et similia ultimam non corripiunt, quanquam accurata investigatio docet, eos nominativos e stirpibus δαίμον, ποιμεν, ἀληθεσ adjcto ς, qui est nominativi character, prodisse et ultimam productione suppletoria longam habere. At in his tam mature sigma abjectum et vocalis producta esse videtur (Iade quoque et Atthide testantibus, quae in istis longas vocales, non diphthongos proferunt cf. §. 20, 13), ut eo tempore, quo extremae syllabae a Doriensibus corripri coeptae sunt, nulla antiquissimae rationis memoria superesset.

Paullo diversam, similem tamen rationem in secundae conjugationis persona agnoscimus, quam λέγεις e λεγεισ iota transposito ortum sit, vid. L. I §. 14, 4; nam etiam hic vocalem vides potius non productam esse quam correptam. Magis etiam id apparet in πός pro ποῦς et πάν pro πᾶν, quod a Doriensibus corripri docent Herodian. Oxx. III, 290, 5 et Draco 29, 20 — 85, 11 sicut in Aeolide vid. L. I §. 21, 9, et corripuit Pindarus Ol. II, 93 τὸ πᾶν, ubi Boeckhiius aliam excusationem quaerens τόπαν scripsit.

Difficilior eorum est ratio, quae ultimam corripiunt, quanquam contractione affectam, ut Φυκός pro Φυκοῦς, ἰαρές pro ἰερεῖς, Λατός pro Λατοῦς, ποιές pro ποιεῖς, ποιέν pro ποιεῖν. Sed etiam hic vides ante correctionem non adesse syllabam longam; nam ποιές et ποιέν e ποιέες et ποιέεν orta existimare oportet, Φυκός e Φυκοέες. Itaque ut

§. 21. De correptione syllabarum finalium. 179

in accusativis ὠρᾶς, θεός consona v ejecta est, ita hic altera vocalis omissa videri potest.

9) Deinde apparet, non omnibus Doriensibus has correptiones aequae usitatas fuisse; sed maxime valebat is mos apud Cretensium plerosque, certe apud Hierapytnios, Allariotas, Arcades, Cnossios, quorum tituli habentur nr. 2555. 2556. 2557. 2558. 3052 3053. A. B. (de Olontiis, Vaxiis, Latiis mox videbimus; de reliquis nihil affirmari potest); deinde apud Cyrenaeos, unde etiam Callimachus Cyrenaeus rariores correptiones in *Μαλόες* et *βιοπλανές* hausisse videri potest; tum apud Theraeos et Coos, postremo apud antiquiores Delphos, quorum dialectus in decreto Amphictyónico nr. 1688 conspicitur, quum in Delphicis titulis recentioribus ne ullum quidem ejus moris vestigium detegatur. Et apud hos quidem, quorum Cretenses et Cyrenaei severiore Doride utuntur, Theraei, Coi et Delphi mitiore, correptio semper valuisse videtur in accusativo secundae declinationis et, quod ex illius analogia colligitur, primae, in infinitivis, qui vulgo in *ει* exeunt, etiam verborum contractorum, et in secundis personis in *εις* exeuntibus, ne hic quidem verbis in *εω* exceptis. Nam quae accusativorum et infinitivorum formae non correptae leguntur in titulis iis, quibus usi sumus (Ther. 2448. IV, 9 *λαμβάνειν*, Amph. 1688, 42 bis *τούς*, Cret. 2557 *ὑπάρχειν*, 3052 *τούς λοιπούς*), lapicidarum aut describentium culpa, quae est illorum titulorum ratio, corrupta habere et licet et oportet; de secunda persona, quae non legitur in titulis, Eustathii testimonio ad Theraeos pertinenti et infinitivi analogiae confidimus. Plus dubitationis in reliquis est. Nominativorum in *ας* correptio in titulis non apparet, neque in iisdem nominativi terminatio *εις* pro *εις* reperitur, contra in Ther. 2448 *αἰρεθείς* VII, 6. VIII, 1. 16, neque alienum est ibidem *μηθείς* II, 11. VIII, 5. Deinde, quum *ιαρείς* in Cyrenaicis sit pro *ιερείς*, *Πριανσιές* in Cret. 2556 pro *Πριανσιεῖς*, in eodem forma non contracta *Πριανσιέες* legitur, in Theraeo 2448. III, 11 *ἀσφαλείς*. Vocum in *ω* geniti-

vus praeter *Λατός* nr. 1688 non legitur. Itaque in his usus sibi minus constitisse videtur. Ceterum in iisdem titulis praepositionem *ἐς* pro *εἰς* esse (nisi quod *εἰς* nescio quo casu nr. 2556, 11), docebimus §. 43.

In tabulis Heracleensibus, quae reliquas correptiones ignorant (nam praebent *τῶς χώρως, καταλυμακωθής*), infinitivus non contractus praesentis saepissime et semper ultimam corripit, nec fere dubitamus, quin infinitivi aoriatii secundi et verborum in *εω* item in *εν* exituri essent, si exempla adessent; Pseudo-Pythagorei enim cum Dorismum paullo reconditiorem e genuinis Pythagoreorum scriptis Italiotarum Doride usis adoptasse videntur. Eadem ratio est tituli Cretici nr. 2554, qui Olontiorum dialectum exprimit; nam et accusativus in *ως* exit et infinitivus in *εν*, ita tamen ut vulgares formae, quae est ejus conditio, intermiscantur. In Vaxiorum decreto nr. 3050 accusativus pluralis desinit in *ους* vid. §. 14, infinitivus *διαφυλάδεν* pro *διαφυλάσσειν* ultimam corripit (vulgaris forma *συνεπαύξειν* lapicidae debetur), neque Latiorum decretum, quod cum illo priscum istud *υς* commune habet, infinitivi aliam formam habuerit, quare pro *εὐχαριστιν*. Chishulli vel *εὐχαρῆσαι* Sherardi potius *εὐχαριστιέν* scribendum videtur quam cum Boeckhio *εὐχαριστιέν*. Si *τραφεν* Acharn. 754 certius habendum est, quam formae ibidem in *εν* exeuntes, etiam Megarenses solos infinitivos corripuisse videntur, nec minus Alaesini, si in eorum terminis *καρπευσέν* recte traditum est. Vides, infinitivum prae reliquis ad correptionem inclinare.

Apud reliquos Dorienses, et Lacones et mitiore Doride usos, vulgo ultima syllaba producta tenebatur ita, ut ad correptionem proclivis poetarum arbitrio iam utramque partem serviret. Ita factum est, ut Alcmæan Spartanus corripere posset, quae vulgo in Laconica dialecto producantur (*τροπᾶς, Αἴας, αἶδεν, ὑπαυλέν*), nec Tyrtaeus ex alio fonte *δημότᾶς* et *δεσπότᾶς* hauserit. Eadem ratio est correptionis in *ἀφύᾶς* etc. atque *τῶς* apud Epicharmum, *καλᾶς ὄρᾶς* in Chelidonismo,

quanquam Syracusanorum et Rhodiorum dialectos vulgo accusativorum extremas syllabas produxisse certissimum est. Hesiodi et Pindari usum cum aliqua probabilitate ad Delphorum dialectum revocari posse, infra §. 48 demonstrabimus; de Theocrito et Stesichoro (qui Siculorum Doridem satis accurate expressisse videtur) alio tempore disputabimus.

§. 22.

De aliis longarum vocalium et diphthongorum mutationibus.

1) Saepissime Dorienses α longum pro ω (quae mutatio Dorica vocatur in Ann. Oxx. III, 241, 12) proferrant, ubicunque $\alpha\omega$ vel $\omega\alpha$ contractionem passa sunt, vid. §. 24. Praeterea in paucis quibusdam ea mutatioprehenditur:

$\pi\rho\tilde{\alpha}\tau\omicron\varsigma$ pro $\pi\rho\tilde{\omega}\tau\omicron\varsigma$ Doricum esse traditur in Ann. Oxx. I, 340, 17. III, 241, 12 et legitur in titulis Heracl. Ther. Coreyr. Rhod. Messembr., $\pi\rho\alpha\tau\iota\sigma\tau\epsilon\acute{\upsilon}\omega$ Byz. 2060., $\Pi\rho\alpha\tau\acute{\omicron}\lambda\omicron\varsigma$ et alia Nn.Pp. in recentibus titulis vid. Keil. Anall. p. 77. Male se habet $\tau\acute{\alpha}$ $\pi\rho\tilde{\omega}\tau\alpha$ in titulo Delphico antiquiore nr. 1690, ut Boeckhius scripsit pro $\tau\alpha\rho\tau\alpha$; in nr. 1706 $\pi\rho\tilde{\omega}\tau\alpha\upsilon$ recentiori aetati condonari potest, quanquam ibidem est N.P. $\Pi\rho\tilde{\alpha}\tau\omicron\varsigma$. Deinde plus semel $\pi\rho\tilde{\alpha}\tau\omicron\varsigma$ legitur in Epicharmi fr. 94, nec vulgaris forma tolerari poterat fr. 9 et 19. Mirari possis, unde α in ea voce, quae e $\pi\rho\tilde{\omega}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$ facta videatur. At antiquissimo tempore $\pi\rho\acute{\alpha}$, $\pi\rho\acute{\alpha}\tau\epsilon\rho\varsigma$, $\pi\rho\acute{\alpha}\tau\alpha\tau\omicron\varsigma$ pronuntiata sunt, unde $\pi\rho\tilde{\alpha}\tau\omicron\varsigma$ recte factum, nec tamen male ab Ionibus mutatum est in $\pi\rho\tilde{\omega}\tau\omicron\varsigma$, quod cum recentioribus $\pi\rho\acute{\alpha}$ et $\pi\rho\acute{\alpha}\tau\epsilon\rho\varsigma$ melius concinit.

$\theta\epsilon\alpha\rho\acute{\omicron}\varsigma$ pro $\theta\epsilon\omega\rho\acute{\omicron}\varsigma$ in Herm. 1193, Aetol. 1756: 1757. 1758 ($\theta\epsilon\omega\rho\acute{\omicron}\varsigma$ Aetol. 2351 lapicidae est) et in titulo fabulae Epicharmaeae, $\theta\epsilon\alpha\rho\acute{\iota}\delta\alpha\varsigma$ N.P. apud Plutarch. Ap. Lac. p. 221. In decreto ignotae urbis Doricae nr. 2670 $\theta\epsilon\alpha\rho\delta\acute{\omicron}\kappa\omicron\varsigma$ legitur, sed ibidem $\acute{\alpha}\rho\chi\iota\theta\epsilon\omega\rho\varsigma$, quod male lectum videtur, ut fortasse etiam in Delph. 1693 $\theta\epsilon\omega\rho\acute{\omicron}\varsigma$

et θεωροδόκος. De vocis origine ambigitur. Antiquorum et recentiorum plerorumque opinio, qua e θεός et ὄρα compositum putatur, propter ipsam Doricam formam probari nequit; quomodo enim α illud explicaretur? Nec magis recte alii a θεάομαι derivare videntur; tum enim apud Dorienses θαωρός sonaret vid. §. 19, 6 s. θατόμαι. ἄτα, ὄτα Ταραντῖνοι Hesych. valde dubium videtur, vid. §. 31.

ὀπάρα vel potius ὀπάρα pro ὀπώρα est apud Alcmanem fr. 59. (24) in libris Athenaei (A. χω παραν, B. χω παραν i. e. καὶ ὀπώραν), fortasse recte, quanquam fr. 60 (28) est κηρίαν ὀπώραν. De vocis etymo parum constat.

κοινάσαντες pro κοινώσαντες Pind. P. IV, 115, cf. παρεκοινάτο ibid. 133 paullo diversam rationem sequitur, quippe quod derivetur a κοινάω pro κοινώω, ut in Lampsaceno titulo Aeolicae dialecti est ἀξιάσει, vid. L. I §. 15, 1.

πολύφανος Alcman. 14 (25) pro πολύφωνος vix incorruptum est. Placet Bergkii emendatio πολύφουνος, vid. §. 10, 3.

θαῖκος, quod Doriensibus cum Atticis commune esse putaveris pro epico θῶκος (cf. θάβακος §. 5, 5), apud Alcmanem legitur fr. 68 (53), sed θακείτε Sophr. 41 et σύνθακοι Sophr. ap. Poll. X, 5; quo jure, latet.

θαχμήναι, θωρηχθῆναι Δωριεῖς Hesych. Corrigunt θαχθῆναι, quod verius Dorice θαχθῆμεν esse debet. Jam si compares glossas θαῖξαι, μεθύσαι — τεθαγμένοι, μεμεθωμένοι — τέθαξαι, μεμέθουσαι et ex altera parte θαῖξαι, μεθύσαι — θωχθεῖς, θωρηχθεῖς, μεθυσθεῖς Σοφοκλῆς Διονυσιακῶν ef. Phot. θωχθεῖς, θωραχθεῖς — τεθωγμένοι, μεμεθωμένοι, apparet, Dorienses rarius verbum θαῖξαι i. e. θωρήξαι, μεθύσαι (cui cum Dorico θῶσθαι, de quo vid. §. 42, nihil commune est) per ἄ protulissē.

πράν, quod frequentat Theocritus, non minus a pro ω habet, si comparas πρῶν, quo Callimachus usus est fr. 84 Bentl. teste Suida, qui quum πρῶν περίσπασθαι

doceat, fortasse rectius scriberetur *πρᾶν*, nisi acutus Dorien-
 sium *φιλοξυτονία* debetur. Utrumque ē *πρώην*, *πρώαν*
 mira contractionis ratione factum videtur; male enim Eu-
 stath. Prooem. Pind. p. 12 Schn. tradit *πρᾶν* Doricum
 esse pro *πρίν*, quocum ne significationem quidem com-
 munem habet.

α pro αι est in *ἄνεγμα* (cod. *ἄνεγκα*), *αἴνεγμα*: Τα-
 ραντινοὶ καὶ ἐκβολῇ τοῦ ἐτέρου ἰ καὶ τροπῇ τοῦ δευτέρου εἰς
 εἰ ψιλόν Hesych.

2) Male η Dorice in εε mutatum dicitur in *μεις* pro
μήν Et. M. 583, 4, vid. §. 31. Nec genuina haberi pos-
 sunt ejus mutationis exempla, quae in titulo Theraeo
 2448 traduntur: *προαιρεῖται* II, 19. III, 36, *ὀφείλειται*
 pro *ὀφείληται* VI, 36, *διοικεῖται* pro *διοικῆται* VII, 26,
προνοειθήτω VIII, 21, *δεδείση* pro *δεήσει* VIII, 5, εἶ pro
 ἦ VII, 5. 31. VIII, 6, *ποτερίον* IV, 24, quorum ulti-
 mum Boeckhii reliquis recte emendatis nullo jure reti-
 nuit. Videntur enim H et EI in lapide ita exarata esse,
 ut a describentibus facile permutari potuerint. Aliter res
 se habet in terminatione tertiae personae conjunctivi,
 quae et in hoc titulo et in aliis fide dignissimis per η,
 η et εε promiscue scripta est vid. §. 36, 3. — Apud
 Alemanem Schneidewinus recte expulit, quae Welckerus
 toleraverat, *Πολυδέυκεις* fr. 1 (3) et *τριείρης* 23 (13).

η pro ε est in *οἰκήα*, quod in Delph. 1690 sexies
 legitur pro *οἰκία*, quum hoc semel traditum sit v. 20.
 Nihilò secius inauditam illam formam in titulo pessime
 habito corruptam esse judicamus.

ι pro vulgari η est in *ἴκω* pro *ἦκω*, qua forma non
 solum Pindarus usus est cum Homero vid. Boeckh. Nott.
 Critt. ad Ol. IV, 11, sed omnes, ut videtur, Dorien-
 ses. Certe *ἴκω* legitur Acharn. 786, Lysistr. 87, *ἰγείνε* Acharn.
 708, *ἴκομες* Acharn. 716 nunc e Rav., unde *ἦκομες* Lys.
 1077 corrigendum esse videtur. Apud Epicharmum li-
 brorum lectiones *εἴκω* fr. 19 et *εἴκας* i. e. *ἦκε* vnl *ἴκε* fr.
 24 in utramque partem trahi possunt, nisi forte in his

latet verissima scriptura *εἶπω*, de qua accuratius infra disputabimus §. 42 s. v. *ἴπω*.

3) *ι* pro *ει* est in *Ἔλικατι*, quod in antiquioribus titulis legitur, et *ἴκατι* pro *εἴκοσι*; *Ἔλικατι* jam est in tabularum Heracleensium altera, *εἴκατι* in Corcyr. 1840; in titulis Alexandro recentioribus Atticum *εἴκοσι* assumptum est, vid. §. 34. Deinde *Ποτιδάν* et *Ποτιδᾶς* antiquiores Doricae formae esse videntur pro *Ποσειδάν*, recentiores *Ποτειδάν* et *Ποσειδάν*, vid. §. 31. In titulo Laconico nr. 1511 l. 2. 15 *Δαρκικός* esse videtur pro *Δαρκεικός*. (Alienum est *εὐσεβίας* pro *εὐσεβείας* Cyren. 1. 9 cf. Buttm. II p. 416). Certius constat, antiquiorem Doridem longum *ι* servasse, quod contrahendo ex *ια*, *ιι*, *ιι* natum est. Leguntur enim dativi *πόλι* Heracl. I, 108, *Λυγδάμι* et *Σχινοῦρι* Corcyr. 1840, quum in omnibus titulis Alexandro recentioribus vulgaris terminatio *ει* conspiciatur, vid. §. 30, 5 (nam *Στείρι* in Phocico Rossii nr. 73 non minus lapicidae negligentia exaratum videtur quam l. 14 *γενηθῖσα*); deinde *τρῖς* pro nominativo et accusativo *τρεις* e *τρίες* et *τριάς* legitur in Heracl. et Brutt., *τρεις* jam in Delph. 1690, qui bonae aetatis est, quater reperitur nec minus in recentioribus omnibus, vid. §. 34.

Contra *ει* pro vulgari *ι* scriptum reperitur in futuro et aoristo I verbi *τίνω*, ut Heracl. I, 61 *ἀποτείσει*, Amph. 1688, 40. 46. 47 *ἀποτίσει* et *ἀποτεισάντων* Iss. 1834 et Rhod. 2525, b. 101 *ἀποτεισάτω*, Ther. IV, 2. 36 *ἐκτίσει*, *ἀποτεισάτω* etc., item derivatum *Τεισάνωρ* III, 25, *Τεισάνωρος* Messan. Torremuz. I, 16. Contra praesens servat *ι* in *ἀποτινή* Amph. 1688, 29, unde colligi potest, iota correptum esse ut in *τίεσθαι* apud Pindarum P. II, 24, qui *ι* producit in *τίσομεν* Ol. XI, 12, *ἔτισαν* Ol. II, 64. Cave existimes, illud *ει* malae scripturae deberi, quum optimorum titulorum consensu, a quibus *ει* pro *ι* scribendi mos alienissimus est, confirmetur. Potius *τίεσω* e radice *τι* eadem mutatione factum est, qua *λέλω*, *εἴσομαι*, *δείσω* e radicibus *λπ*, *ι*, *δι*. — Eodem pertinet *εἶπω* pro *ἴπω* Sophr. 2 *διὰ διφθόγγου* testante Etym. M. 423,

24. Quanquam enim *ε* in hoc conjunctivo vulgo corripitur, analogia tamen potius *ει* postulat, vid. quae disputavimus de conjug. in *μι* §. 9. Antiquiorem Doridem mitiorem *χειλιοι* protulisse, ea docere videntur, quae disputavimus L. I §. 8 not. 30 et II §. 20, 6. At in Theraeo 2448 et aliis non antiquioribus *χιλιοι* legitur, vid. §. 34. — A genuina Doride aliena sunt, quae in titulis recentissimis post nostram aeram scriptis cum *ει* pro *ε* reperiuntur, ut in Byzant. 2060 *Ὀλβιοπολείτας, πολειτᾶν, τειμά, τειμάσαι*, in Delph. 1709, b *τειμά* et *Νεικοστράτα, εἰρός* pro *Ιερεύς* Ambrac. 1798, *γενόμενος* Anaph. 2, *επιτειμόντες* Phoc. 81 R. etc., quum in omnibus antiquioribus constanter scripta sint *πολίτας, τιμά, νικά* etc. Eodem pertinuerit *ἔρρειψαν* in marmore Farnesiano

4) *ω* pro *αω* Doricum esse dicitur in *ὠλαξ* pro *αῶλαξ* Et. M. 625, 38 et in *Ζεὺς (?) Καπνώτας*, lapidis ejusdam appellatione, quae secundum Pausaniam III c. 20 κατὰ γλῶσσαν τὴν Δωριδα a *παύσασθαι* descendit.

Quum Dorienses *ω* in *οι* mutare traduntur ¹⁾ in *χελοῖνη* pro *χελώνη*, recenti errore illud pro *χελύνη* scriptum videtur, quod Aeolibus tribuunt vid. I §. 15, 5, et *Δωριεῖς* pro *Διολεῖς*.

5) De diphthongo *ει* Dorice in *αι* mutata grammatici saepissime testantur. At, ut omittamus, quae etymologiarum suarum causa male finxerunt ²⁾ et quae *αι* vel potius *α* pro Ionicis *ηι* vel *η* posita habent, paucissima quaedam remanent, quae aliquo jure eo referri possint.

αι et *αιθε* pro *ει* et *ειθε* ³⁾, vid. §. 45.

1) Et. G. 263, 49. *Δωριεῖς τὸ ὦ εἰς τὴν οἰ δίφθογγον τρίπουναι· τὸ γὰρ χελώνη χελοῖνη λέγουσι· οὕτω καὶ τὸ θώνη θοῖνη.*

2) Dorica hac mutatione *Διγαῖον πύλαγος* ab *αἰγίων* ducitur Ann. Oxx. I, 127, 9, Et. M. 28, 35, Et. G. 197, 21; item *αἰρός* a *δειρός* secundum Heraclidem ap. Eustath. 1648, 5.

3) Priscian. II p. 91, Ann. Bekk. 946, 5, Et. M. 33, 55 — 356, 8 — 385, 30, Et. G. 16, 53 — 17, 24 — 162, 13 — 163, 48 etc.

adeat ⁶⁾ de desideratiua forma ὤψειον a Sophrone fr. 39 pro ὤψειον usurpata, et ἀσάλευα pro ἀσάλευα ex eodem in Et. M. 151, 47 assertur et γενεῖαι legitur fr. 55; deinde ἀδεία metro confirmatum legitur Epich. 34, ἀδεία Theocr. III, 30, εὐρία VII, 78, ἀδεῖαν metri causa a Schneidewino apud Alemanem fr. 18 (27) correctum est, ἡμίσεια saepius repetitur apud Archimed. de Conoid. p. 260 seqq. Postremo in titulis, quae huc pertinent, haec reperiuntur: ἀτέλευα Cret. 2556, 23 pro ἀτέλευα (neque enim recte Boeckhium ἀτελέα scripsisse, docet ἀτέλευα in simillima formula nr. 2558, vid. §. 20, 2. b), ὑγιέα Cret. 2557, 24, ἰάρεαι Cyren. 2 pro ἰέρεια, Heracl. II, 2 Ἡράκλεια, urbis nomen, quod saepius in eadem tabula Ἡράκλεια scribitur, Herm. 1207 Νικουράτεια, Εὐκράτεια, Νικόκλεια, 1211 Λαμόκλεια, Ἰερόκλεια, Ther. 2473, b. Σωσικράτεια, Sicyon. 1112 Ἡράκλεια, mulierum nomina; deinde πόη et ποήση Ther. 2448. VI, 37. VII, 17, ubi praeterea παιέω, ἐπόησε Acarn. 1794, ἐποησάταν Delph. C. I. 25, πεπόηται Herm. 1193, πόη Lysistr. 1318, quod e libris restituendum est (cf. §. 26, 1 de ποίω in Heracl.), πλέων Amph. 1688, Calymn. 2671, quam vulgo πλείων scribatur, υἱός et υός promiscue in Ther. 2448 et υοθεσία Rhod. 2524. De ἀελ vid. §. 45. Nulla tamen in his constantia servatur.

Item υ omittitur in ἐπισκεῖάζειν et σκεοθήκα Corcyr. 1834, b (cf. κατεσκεῖασεν in titulo Tenio Romanae aetatis), quamquam in ea ipsa stirpe vulgo diphthongus legitur, ut in Ther. 2448; simile est προῦκροον Lysistr. 1255 pro προῦκροον. — Simili correptione ζούς pro ζωός est apud Epich. fr. 158.

Ante sequentem consonam diphthongus, quae vulgo est, ejecto iota corripitur ut apud Iones in comparativis μέζων et κρέσσων pro μείζων et κρείσσων. Illud legitur Epich. 32 et saepe apud Pythagoreos, ut Stob. Flor. I, 69. 71. 79. XL, 133 (μέσδων minus Dorice in apophtheg-

6) Choerob. in Theod. p. 526 et Oxx. IV, 213, 10 ὤψειον — ἐγένετο ὤψειον παρὰ Σώφρονος κατὰ ἀποβολὴν τοῦ ἰ· ὅλον ἐγὼ δὲ τοῖ καὶ πάλαι (Gaisf. πάλιν) ὤψειον, cf. Choerob. Oxx. II, 246. ἄψειον — εἴρηται καὶ χωρὶς τοῦ ἰ.

mate Lycorgi Plut. Lyc. c. 19), hoc apud Pindarum et Theocritum et eosdem Pythagoreos, ut Stob. Flor. I, 75. XLIII, 134, ubi promiscue *κάρων*, quod vereor ne meliore jure Doricum habeatur, vid. §. 13, 4, quum *κρέσων* non reperiatur nisi in fontibus minus puris; neque enim recte in Herm. 1193 statuarii Cydoniatae nomen *ΚΡΕΣΙΔΑΣ* a Boeckhio *Κρεσιδας* lectum et a *κρέσων* derivatum est, quum nuper Meinekius in Anthologiae delectu *ΚΡΕΣΙΔΑΣ* i. e. *Κρησιδας* corrigendum esse optime intellexerit. Ceterum apparet iota in *μελζων* et *κρείσων* (e *μεγίων* et *κρείων*) recentius additum esse.

7) E contrario iota vocalibus ante sequentem vocalem additum, ut diphthongum efficiat, in *πνοιά* (quo semel Pindarus utitur Ol. III, 33, qui praeterea *πνοιά*), *χροιά* et similibus Doriensium esse dicitur a Gregorio ⁷⁾, cui non multum crederemus, nisi in Astypal. 2483 *στοιά* legeretur, quanquam in Ther. 2448 est *στοά*. Hinc in Acharn. 757, ubi librorum lectionem *κἀναχνοανθῆ* Elmsleyus in *κἀναχνοιανθῆ* mutavit, potius *κἀναχνοιανθῆ* scribendum esse videtur. Pro Attico *ἐλάα* vulgaris forma *ἐλαία* ubique est in Heracl.

Longae vocali iota additum est in *ζῶον* Ther. 2448. I, 12, quae scriptura etiam in bonis codicibus reperitur, vid. Bast. Epist. p. 82, Jacobs. ad Anth. Pal. III p. 8. Mirum est *ἡρώων* ibid. II, 5. 14. 27 (*ἡρώων* II, 12, *ἡρωσι* IV, 7), quod quum ter repetitum sit, non audeo cum Boeckhio corruptelam agnoscere, cf. quae disputabimus §. 31. — Ante consonam iota additum est in *σφζόμενα* ibid. I, 8, *κατεσώξαμες* Heracl. II, 30, *κατεσώσαμες* B. 47. 1, 3 (unde correximus *σῶσαι* Sophr. 27), deinde apud Lacones *ἀπέσοιξεν*, *ἀπέσωσε* secundum Hesychium, *Σοιξέτης* in recentibus titulis Laconicis nr. 1271.

7) Gr. C. 220. τὸ ἐπιτεθῆναι τὸ ἰ τῷ ὄ τῶν Δωριῶν ἐστὶ cum exemplis *πνοιά* e Pindaro, *χροιά*, *φοιά*, *ξοιά*, *ποιά*, cf. Scholl. II. γ, 236 et Et. M. 289, 16, qui δοιῶ Doricum praedicantes addunt: οἱ γὰρ Δωριεῖς τὴν ἐν τοῖς ῥήμασι ἀναλογίαν φυλάττοντες καὶ ἐν τοῖς ὀνόμασι πλεονάζουσι τὸ ἰ.

1282. 1373 et Σολέμπος nr. 1457 cf. Keil. Anall. p. 117, quum in Anaphaeo nr. 2477 et in aliis recentioribus Σωσιπλῆς et similia legantur. Iota in σῶζω secundum Et. M. 741, 27 ἡ παράδοσις etiam in vulgari lingua habebat, nec raro codices et tituli offerunt, vid. Keil. Anall. p. 115. Jam Dorica dialectus docere videtur, σῶζω, quod est e σωῖζω natum, verius esse, quum Lacones adeo in σοῖζαι etc. propriam diphthongum assumere potuerint, nisi σοῖζαι scribere praestat, quocum compares ἀφηροῖζαι Ther. 2467. 2471., quod Boeckhiius fortasse non recte in ἀφηροῖζαι mutavit. Contra χρῆζω sine iota (cf. Et. M. 815, 4) legitur in Ther. 2448. VIII, 15 et Rhod. 2525, b. 94, quanquam χρῆζω (Boeckhiius maluit χρῆιζω) in Astyp. 2483. Mero errore τέτρωρος scriptum videtur Heracl. I, 42, quum ibidem I, 111 τέτρωρος legatur.

Non omnino temere κενός pro κενός Doricum vocari videtur in Scholl. Pind. Ol. III, 81. Nam et N.P. Ξενιάδας legitur in Rhod. 2538, quam ad normam corrigimus Ξηνιαδας in Agrig., et ξείνος apud Timocreontem Rhodium fr. 1, ut Rhodii antiquam formam tenuisse videantur, quanquam plerique Dores ξένος et κενός proferebant. Contra φανειρός, εἰν, ἐπιφανείστατος in corruptissimo titulo Aeginetico nr. 2140 non magis cum Müllero et Boeckhio ad singularem quandam dialecti proprietatem referenda ducimus quam εἰνδογενῆ Delph. 1699 vel πειδιον in Corcyr. 1840, quae correxit Boeckhiius.

8) Iota vocalibus finalibus subscriptum non omittitur in titulis paullo antiquioribus et integrioribus, praeterquam in conjunctivo, ut ἄγη pro ἄγγ, vid. §. 35, 3. Quod in Herm. 1193, Corcyr. 1843 et in titulo Alaesino saepius in dativis neglectum est, describentium incuriae tribus; tituli Romanorum imperatorum aetate scripti haec in re non diligentiores esse solent, si quid Dorici tenent, quam qui vulgari lingua utuntur. Quanquam adeo Byzantium decretum nr. 2060 non ante Tiberii aetatem scriptum nunquam icta non adscriptum habet praeterquam in conjunctivo.

9) Addimus, quanquam res ab hoc capite aliena est, apocopen a grammaticis Doridi tribui⁸⁾, non praepositionum, quae ab antiquis potius syncope appellatur (vid. §. 43), sed audaciorem illam in δῶ, κρῖ pro δᾶμα, κρῖ-
 μνον, de quibus dixit Lobeckius Parall. p. 115. Ista tamen exempla HomERICA sunt, quocumque modo de grammaticorum opinione judicabis, Attica Ποσειδῶ et κνικῶ, quae Gregorius et Trypho addunt, κινδυν pro κινδυνος, quod Trypho, Aeolicum, vid. L. I §. 22 not. 4. Itaque nullo jure hoc apocopae genus Doriensibus adscribi videtur, nisi id propter Epicharmum factum est, qui et ἀπό-
 τρωκτον primus invenisse traditur⁹⁾ et Strabone VIII p. 560 teste λλ dixit pro λλαν, Συρακῶ pro Συράκουσας, quare recte Schneidewinus Conjectt. p. 73 frustulum in Etym. M. sine nomine servatum¹⁰⁾ ad Epicharmum retulit et in eodem Συρακοῦς genitivum esse intellexit. Hoc non recte ad apocopen referri, sed poëtam stagni Συρακῶ nomen, unde Syracusas appellatas esse constat, ad ipsam urbem adhibuisse vidit Lobeckius. Quid de λλ judicandum sit, latet.

Syncope Cretica αἰπόλος ex αἰγοπόλος factum esse dicitur in Etym. Gud. 14, 25.

§. 23.

De diaeresi.

1) Diaereseos duo genera distinximus L. I §. 18. Alterum, quum diphthongus, quae antiquitus fuit, in singulos sonos dirimitur, ut ὄϊδα pro οἶδα, Lesbiorum

8) J. Gr. 242, b, Vatic. 693 cum exemplo δῶ, Meerm. 656 cum δῶ et κρῖ, Gr. C. 309 cum δῶ, Ποσειδῶ. — Tryph. παθ. λεξ. cum exemplis δῶ, κνικῶ, κινδυν. — Draco p. 161, 13 apocopen et Doricam et Atticam esse tradit.

9) Suid. s. v. ἄλφι, ἄλφιτον τοῦτο δὲ καλεῖται ἀπότρωκτον, ὃ φασὶ πρῶτον εἰρεῖν Ἐπίχαρμον.

10) Et. M. 736, 26. καὶ τὰς κλεινὰς Συρακοῦς ἀποβολῇ ἐκ τοῦ Συρακοῦσας. Correxerit Schneidewinus καὶ τὰς κλεινὰς Συρακοῦς, quod idem Schleusnerus proposuerat.

fere proprium est, alterum, quo vocales antiquitus separatae non conjunguntur in diphthongum, ne ab antiquiore quidem Doride alienum erat et apud Cretenses paullo diutius vigeat; praeterea e Laconica dialecto et antiquiore Delphica singula exempla supersunt.

In titulis diaeresis diphthongorum non potest cognosci, nisi simul prior vocalis, quae in diphthongo corripitur, ita producta apparet, ut *ηῖ* sit pro *ει*. Talia leguntur in Cret. 2554 l. 51. 52 *πρωτανήϊον, ἀνδρῆϊον*, quibus simile est N.P. *Δωρηῖα* l. 86, nr. 2556, l. 5 mensis *Δρομηῖος*, l. 29 *πρειγῆῖα δὲ ὦ κα χρεῖαν ἔχη πορῆῖω, παρεχόντων* etc., ubi *πορῆῖον* est pro *πορεῖον*, *πρειγῆῖα* (vid. §. 15, 6) a Boeckhio pro *πρεσβεῖα* accipitur, vix recte, quum et constructio impeditior sit et in proximis legatur: *αἱ δὲ μὴ παρῖσχαῖεν — ἀποτεισάντων — τῆ πρειγῆῖα στατήρας δέκα*, unde apparet, *πρειγῆῖα* esse pro *πρεῖγεια*, *πρέσβεια*; postremo l. 39 *ἀνδρῆϊον*. Accedit Creticum *θειῖον* apud Hesychium pro *θεῖον*, *θεεῖον*, vid. §. 17, 2. Laconibus tribuitur *τοπήῖα* i. e. *τοπέῖα*, ὄπλα νεῶς a Scholl. Callimach. in Del. 315. In Amphictyonum decreto nr. 1688, 14 est *ιερῆῖα*. Contra in Delph. 1705 non credimus Boeckhium cum Chandlero recte dedisse *Ἀπελλῆῖου*, sed e Fauveliana lectione *Ἀπελλοῖου* malumus *Ἀπελλοῖου* restituere, quae est ejus mensis appellatio apud Macedones et in tabulis Heracleensibus. Postremo Choeroboscus Ann. Oxx. II, 244, 28 *οἰκῆῖος* Doricum esse dicit pro *οικεῖος*.

In reliquis purioribus Doridis fontibus nullum talis distractionis vestigium reperitur; adeo in ipsis illis titulis, qui antiquiorem usum servarunt, contra constantiam peccatur. Nam in Cret. 2556 non solum *πρειγῆῖα* et *πρεῖγεια*, ut vidimus, reperiuntur, sed etiam plus semel *ἀρχεῖον*. Ceterum unde oriatur *η* in illis formis distractis, melius quaeretur, quum de dialecto Ionica disputabimus. Hoc apparet, in omnibus, quae conguessimus, exemplis iota ad terminationem pertinere neque ab origine diphthongos fuisse. Idem judicare oportet de *Ἀρρεῖδας*,

quod Pindarum e Doride duxisse testatur Eustathius p. 20. Diaeresin *ἔμμαρέα* Epicharmo concessimus fr. 23.

2) Plerumque diaeresis notio etiam latius extenditur, ut omnia comprehendat, quaecunque, quum vulgo contrahantur, in dialectis vocales non conjunctas exhibent. Pleraque ejus generis, quae in antiquiore Doride reperiuntur, infra commemoranda ducimus, quum de contractione, de declinatione et de conjugatione agemus. Nunc varias vocalium conjunctiones, quae vulgo contractionem postulant, perlustrantes paucis indicabimus, si quae apud Dorienses non contrahantur:

αε, αει, αη, αη in conjugatione nunquam non contrahuntur, vid. §. 24. Non coalescunt vocales in *δαε-λός*, quo Sophron secundum Et. M. 246, 35 pro *δαλός* usus est, et *ἀεἰδω*, ut Lysistr. 1243, quae voces antiquitus digamma intersertum habebant.

αο, αοι, αου, αω in declinatione et conjugatione semper coalescunt, plerumque in reliquis, vid. §. 24.

εα in declinatione tertia modo contractionem patiuntur, modo non coalescunt, vid. §. 30. Non contrahuntur nomina in *εα* desinentia, ut *φακία* Epich. 17, *συκία* Heracl. I, 24 pro *φακῆ* et *συκῆ*. In nonnullis vocibus Doris contra vulgaris linguae usum contrahit, ut *κρης* pro *κρέας* Doricum esse traditur a Gregorio p. 235, e dialecto affertur ab Arcadio p. 126, 9 et Theognosto Oxx. II, 135, 2, et legitur Acharn. 761, quo spectat Gregorius, Sophr. 51, Theocr. I, 6 et *κρη*, quod Doricum esse pro *κρέα* tradunt J. Gr. 243, b, Gr. C. 359, Meerm. 659, quanquam *κρέα* scriptum extat Epich. 82; *βλήρ*, quo Alcman usus est pro *δέλεαρ*, vid. L. I §. 6 not. 5, deinde *δέλητα*, quod Theocrito XXI, 10 probabili conjectura restitutum est, *δέλητι* apud Hesychium, quod jam Doricum videtur, *δέλητιον* Sophr. 20, quae vox commemoratur etiam ab Eustathio 1721, 1 et Hesychio (cf. *φορήτια* in titulo Acrensi nr. 3); *ἀλήτων* pro *ἀλειάτων* ab *ἄλειαρ* Rhintho apud Athen. XI p. 500. f., *ῆρ* Alcman.

59 (24) et ἤρι Epich. 29, *Καρνήδας* i. e. *Καρνιάδης* Cyren. 2.

εε in declinatione tertia ab antiquioribus Doriensibus non videntur esse contracta, vid. §. 30; in conjugatione εε, εει, εη, εη ubique coalescunt etiam in stirpibus monosyllabis, vid. §. 38, praeterquam in *νέεσθαι* Cret. 2555.

εο, εοι, εου, εω ubi contrahantur vel non contrahantur, videbimus §. 26. Nunc monitum volumus, adjectiva in εος exeuntia ut *χρύσεος* nunquam contractionem pati, cf. §. 17, 2.

ια, ιε in declinatione tertia nunquam coalescunt; τρίς vel τρεῖς pro τρίες et τρίας e contrario nunquam diaeresin admittit.

οα, οε, οο, οω in declinatione tertia (excepta voce βους) et in conjugatione verborum in οω semper contrahuntur. Nomina in οος exeuntia in antiquiore Doride saepe non contrahuntur, ut *πλόος* Sophr. 6, *νόος* Epich. 133, *χόου* Corcyr. 1838, *εὐνόως* et *εὐνοσι* Cret. 3048. 3052, *ἀπλόως* Cret. 2554. 2555, *δυωδεκάπλοα* Brutt. (sed *διπλοῦν* Ther. 2448. VII, 28, adverbium *διπλῆ* Corc. 1845, *διπλεῖ* Heracl. I, 61, *ἔξαπλα* (?) Cret. 2554, 65); *ἐπιπλόω* Epich. 8. Non minus nomina in οεις apud Dorienses antiquiores vel antiquae rationis tenaces contractionem aversabantur, ut Cret. 2554, 135 *Ἀρκευθόεντα*, l. 139 *Σπινόεντα*, l. 141 *Πρινοέσσας*, in antiquis Selinuntis nummis Mionn. Désér. I p. 285 *Σελινόες* i. e. *Σελινόεις* (in aliis *Σελίνος* et *Σελινοντιον* i. e. *Σελινοῦς* et *Σελινοντιῶν*), alia contractionis exempla vide §. 25, 4. d.

Hoc loco etiam antiqua forma *Ἀθαναία* pro *Ἀθάνα*, *Ἀθήνη* commemoranda est, quae legitur in antiquo titulo Laconico nr. 71 Leak., Cret. 2554. 2555. 2556, *Ἀσαναία* in fragmento, quod Alcmani restituimus, vid. §. 4 not. 5; contra contracta forma *Ἀθάνα* est Lysistr. 1300, *Ἀθάνα* Heracl. etc.

§. 24.

De *a* cum sequentibus vocalibus contracto.

1) Dorienses vocales *ae* in *η*, non in *ᾱ* contraxisse, grammatici saepissime testantur¹⁾, exemplis e conjugatione contracta petitis. Nunc in melioribus fontibus haec exempla leguntur: in antiquo titulo Laconico Leakii nr. 71 *ἐνίκη* pro *ἐνίκα* ex *ἐνίκαε*, in epigrammate Argivo nr. 55 Ross. *νίκη*, Epich. 117 *ὄρη* ex *ὄραει*, 94, 12 *ὄρη* imperativus, 115 *σιγῆν* (unde correximus *σιγαῖν* 130), *βογκιῆν* Epich. apud Hesychium; apud Sophronem fr. 45 *ὄρης*, 46 *παθῆ* pro *πηδᾶ*, 66 *ἐλωβῆτο*; Archim. Aren. p. 322 *ὄρηται*; Alc. 9 (12) *ποτῆται*; Acharn. 766 *ἐρώτη*, 700 *πειῆν*, 744 *σιγῆς*²⁾, 800 *πειρῆσθε*; Lysistr. 1080 *ὄρην*; 171 *πλαδδιῆν*, 990 *πλαδδιη*, 1321 *πάθη* imperativus pro *πήθα*. Exempla a stirpibus monosyllabis ducta nunc omittimus, vid. §. 42 de *λω*, *ζω*, *βω*.

Adversatur *ἐπερωτᾶ* in titulo Anaphaeo Rossii nr. 1 l. 24, quod non recte lectum est aut recentiori aetati debetur. Contra *ἐπελάσθω* in tabb. Heracl. I, 79, quae est tertia pluralis imperativi, quum ex *ἐπελαέσθω* contra Doricam consuetudinem natum videatur, accuratius quae-

1) Et. M. 410, 49 — 413, 13, Gud. 231, 24 — 233, 22, Ann. Oxx. I, 181, 25, Herod. in H. Ad. 190, b et 207, a, Choerob. Bekk. 1282, Ann. Oxx. IV, 172, 3, qui fere Attica *ζῆς*, *πειῆς*, *διωῆς* e Dorica contractione explicant, ut Homericum *τῆ* e *ταε* Dorice ortum dicitur Et. M. 756, 23, Gud. 528, 5. Doridi propria afferuntur in Et. M. 201, 52 *βοῆς* et *γελῆς*, 751, 7 *βοῆς*, *ὄρης*, *τιμῆς*; Ann. Oxx. I, 191, 32 *ἐφοίτη*, *ἐούλη* et e Stesichoro *ποταύδη* pro *προσῆδα*. Adde de *ὄρη* et Sophroneo *πιμπλη* (fr. 49) Herod. in Et. M. 478, 13, Gud. 288, 21; de *ὄρητε*, quod Zenodotus Homero vindicavit, Scholl. II. α, 56. 198; de *ὄρην* Macrob. II p. 325 ed. Bip. Hinc *ᾱ* Dorice in *η* mutari dicitur Et. G. 156, 28 — 193, 15 etc.

2) Recte Bergkii in Mus. Rhen. Nov. I p. 89 scribi iussit *ὄρησθα*; *σιγαῖς*; nisi quod e scholiorum lectione *σιγαῖς* vulgarem formam restituit, quum omnium librorum lectio *σιγῆς* potius Doricum *σιγῆς* monstret.

renti analogiam tuetur. Nam activa forma *τυπτότων* et reliquis tertiis personis pluralibus docentibus, etiam in passivo olim *ο* erat (*τυπανοσθων*), quod *ν* ejecto in *ε* mutatum est, vid. dissert. nostr. de conjug. in *μ* p. 8. Itaque *ἐπελάσθω* potius ex *ἐπελαόσθω* contractum est et reliquarum personarum tertiarum analogiam servat. — Ceterum nonnulla verba in *αω* apud Dorienses *ε* assument, ut *τιμῆν* pro *τιμᾶν* vid. §. 38, 4.

Eadem contractionis ratio spectatur in crasi, vid. §. 27, non item in reliquis. Nam *ἄλιος* Doricum est ex *ἀέλιος*, *ἀργᾶς* 3) ex *ἀργάεις* pro *ἀργήεις*, unde apud Pindarum Ol. XIII, 66 *ἀργᾶντα*, nec minus Ol. II, 93 *φωῶντα*, IX, 77 *ἀλκᾶντα*.

2) Aequae *αη* in *η* coalescunt in conjunctivo, ut *ὄκη ὄρη* pro *ὄταν ὄρα* Epich. 10; *ἐπιβῆ* Heracl. I, 80 ex *ἐπιβῆη* ab *ἐπιβάω*. Aliter in conjunctivo conjugationis in *μ* vid. §. 39, 2.

3) Doridem *αο* et *αω* in longum *ā* conjungere 4) omnis generis exempla docent. Primum ea contractionis ratio valet in declinationis primae genitivo plurali et masculinorum genitivo singulari. Nam Doricas formas *Ἀτρείδα* et *τιμᾶν* ex *Ἀτρείδαο* et *τιμάων*, quas antiquissimas formas Boeotica potissimum dialectus servavit, natas esse, certissimum est, vid. §. 28.

Deinde in conjugatione contracta grammatici 5) testantur de participiis *γελᾶν*, *ἐλᾶν*, *σιγᾶν* pro *γελῶν* e γε-

3) Ann. Bekk. 442, 32. *Λωρεῖς καὶ μάλιστα Ἀργεῖοι τὸν ὄφω ἀργων ἐκάλον. Τιμαρχος δὲ ὁ Ῥόδιος οὐ κατὰ γλῶτταν οὕτω καλεῖσθαι φησιν, ἀλλὰ γένος εἶναι ὄφωος τοὺς ἀργας* (Hesych. *ἀργάς*, *ὄφως*). Timarchus recte, quum apud Hippocratem *ὄφως ἀργῆς* commemoretur. Ceterum vix dubium est, quin rectius *ἀργᾶς* scribatur (cf. Meinek. ad Comm. Gr. III p. 388) et ex *ἀργάεις* contractum putetur; ad declinationem primam, si quid grammaticis in ea re dandum est, facile vox delabi poterat, vid. §. 28. Iota subscriptum recte in *ἀργᾶς* et similibus omititur, quia antiquissima forma est *ἀργάεις*.

4) Choerob. in Theod. 16, 2 — 30, 33 — 92, 13 (Bekk. 1181).

5) J. Gr. 243, a, Gr. C. 305, Meerm. 657.

§. 24. De *a* cum seq. vocal. contracto. 197

λάων etc., et de γελᾶντι, βοᾶντι (Heraclid. ap. Eustath. 1557, 14) e γελάοντι, βοάοντι pro vulgaribus γελῶσι, βοῶσι. Exempla nunc in titulis casu nulla leguntur, apud scriptores pauca: Epich. 82 ὀπτᾶντες, Sophr. 41 ἐπεγγυάμενοι pro ἐπεγγυώμενοι, Acharn. 717 διαπεινᾶμες pro διαπεινώμεν, in proverbio Dorico apud Poll: IX, 74 τὰν ἀρετὰν καὶ τὰν σοφίαν νικᾶντι γελῶναι; in dicto Leonidae Plutarch. Apophth. Lac. p. 225 ἤδη γὰρ ἤκαμες τοὺς βαρβάρους ἢ αὐτοὶ τεθνάναι μέλλομες corrigendum est ἤδη γὰρ ἢ νικᾶμες (in nova editione Parisiā ita Latine redduntur: aut vincendi barbari). Apud Theocritum ejusmodi formae nunc duae solae receptae sunt: ἀμάντεσσι (VI, 41) X, 16 et πεινᾶντι participium XV, 148; sed e bonis libris praeterea restituenda sunt γελᾶσα I, 86, γελᾶντι 3 plur. I, 90, παρελᾶντα V, 89. VIII, 73, ἐρᾶντι VII, 97, vid. Zeitschr. f. A. W. 1840 nr. 110.

Neque tamen raro vulgaris contractionis ratio in fontibus Doricis reperitur: in titulis Rhod. 2527 νικῶντα, Chalced. αἰσιμῶντες, Aetol. 2350. 3046 ὄρωμῆνους, Rhod. 2525, b ζῶντας, ζῶντι, Corcyr. 1845, 119 λῶντι. Quae quum recentiori aetati tribui possint, similia leguntur apud antiquiores auctores: Epich. 19 ἰσιῶν, λῶντι participium et tertia pluralis, 65 ἰσιῶν, 96 ζῶντα, 137 λῶν optativus; Sophr. 62 τατωμένα pro τητωμένη, cf. Hesych. τατωμένα, στερομένη; Lysistr. 1005 εῶντι, 1253 ἐνίκων, 1162 λῶμες; Thucyd. V, 77 ἐκβῶντας. Hinc valde fit dubium, an Dorienses non ubique peculiarem suam contractionis rationem tenuerint, sed etiam vulgarem subinde probaverint. Et primum quidem stirpes monosyllabae tanta constantia ω praebent, ut ipsi Dorienses in his Doricum *ā* aversati esse videantur. Deinde nullum adest vestigium, etiam in prima persona praesentis *aw* in *ā* coaluisse; ut τιμᾶ pro τιμῶ e τιμάω. Nam quod Herodianus περὶ σολοικισμοῦ in Boissonadii Anecdotis III p. 250 Simonidem lyricum in verbis ὡς δὲ ἐγὼ γελᾶ (fr. 129 Schn.) tertiam personam pro prima posuisse tradit, inde non audemus Doricum γελᾶ efficere, quum Simoni-

des tam recondito Dorismo praeterea non usus sit. Postremo etiam Sophroneum *τατωμένα* accedente Hesyhii glossa satis certum videtur, et *ταταμένα* fortasse ob cacophoniam spretum est. Nec reliqua corrigere audemus, quanquam in his corruptelae suspicio gravior est.

4) Aoristi medii secunda persona apud Syracusanos testibus grammaticis ⁶⁾ in *α* exhibit, ut *ἔγραψα* pro *ἔγραψα* et antiquiore *ἔγραψαο*, ut eadem contrahendi ratio appareat. Inde recte in loco Theocriti, ad quem id adnotatur, IV, 38 bonis libris addicentibus *ἐπάξα* scriptum est, cui V, 6 *ἐπάσα*, quanquam e pejoribus libris, pro vulgata lectione *ἐπάσω* addendum videtur. Postremo pro *ἔρασσα* Theocr. I, 78 *ἔρασσα* corrigendum videri, in Emendationibus nostris Theocriteis docuimus.

Persimile est *ἐπρλα* pro *ἐπρλω* (ex *ἐπρλασο*, *ἐπρλω*), quod Doricum esse testatur grammaticus in *Ann. Ox.* III, 241, 11 (Herodianus, ut videtur), cf. not. 6. Inde Epicharmo fr. 93 *πρλα* pro imperativo *πρλω*, qui aequae *επρλασο*, *πρλω* ortus est, reddendum duximus.

Nec minus eadem contractionis ratio spectatur in verborum in *μ* conjunctivo: Heracl. I, 68 *αἱ δέ κα μὴ φᾶντι*, Cret. 2556, 68 *ἀφ' ἧς κα ἀμέρας ἐπιστᾶντι*, Cret. 3053 *ὄπᾳ* (i. e. ὄπως) *ὦν ἰσᾶντι*, Theocr. XV, 22 *βᾶμες*, Sophr. 42 *θαμέθα* i. e. spectemus a *θᾶσθαι* vid. §. 42, quae sunt pro vulgaribus *φᾶσι*, *ἐπιστᾶσι*, *βᾶμεν* e *φᾶωντι*, *βᾶομες*, *θαώμεθα* contractione nata.

5) Deinde hanc contractionem patiuntur nomina antiquitus in *ων* exeuntia: *Ποτιδάν*, *Ποτειδάν*, *Ποσειδάν*, vid. §. 31, pro *Ποσειδᾶων*, *Ποσειδῶν* et inde *Ποτιδανία* Aetoliae oppidum Thuc. III, 96 et Steph. Byz. atque

6) Scholl. Theocr. IV, 28. τὸ δεύτερον πρόσωπον τοῦ πρώτου μέσου ἀριστον οἱ Συρακούσιοι διὰ τοῦ *α* προφέροντες· ἔνοησα, ἔνοησα — ἔγραψα, ἔγραψα· οὕτω καὶ τὸ ἐπάξα ἀντὶ τοῦ ἐπάξω. — Et. M. 579, 19. Μενίλας — ἀπὸ τοῦ Μενίλαος, ἀμφίβολον εἶτε συνηκοῆ Μενίλαος καὶ Λογύλας, εἶτε κράσει τοῦ *σ* καὶ *α* εἰς *α* μακρόν, ὡς ἔλεξα ἔλεξα· ἐπρλω ἐπρλα· ἐπαιδεύσαο ἐπαιδεύσα, quae omnia Dorica esse patet.

Ποσειδανία, ut *Posidonia Magnae Graeciae* in nummis scribitur, vid. *Mionn. Descr. I p. 163 et Suppl. I p. 306 seqq.*; *Ἀλκμάν* 7) ex *Ἀλκμαίων*, *Ἀλκμίων*, herois nomen *Pind. P. VIII, 48. 59* et inde *Ἀλκμανίδαι P. VII, 2*, et vulgo Spartani poëtae nomen, qui se ipse *Ἀλκμίων* appellat *fr. 20*, ab aliis etiam *Ἀλκμαίων* vocatur, vid. *Welck. p. 2*; *Ἀμυθάν* *Pind. P. IV, 29* pro *Ἀμυθίων*; *Παιάν* *Pind. P. IV, 270* et *παιάν* pro *παιών*, *Ion. παιήων* (e *παιάων*), quae forma a Doribus etiam ad alios manavit; *ξυνᾶν* *Pind. N. V, 27* pro *ξυνάων* *Ion. ξυνήων*, nec minus *κοινᾶν* *P. III, 28*, alia ejusdem vocis forma pro *κοινών* (e *κοινάων*) et inde verbum *κοιναίνω* *Thucyd. V, 79*; Doricum est etiam *Ἰάνες* pro *Ἰάονες*, qua forma utitur *Aeschylus* in canticis *Pers. 911. 972*.

6) De compositis cum *λαός* eandem contractionem apud Dorienses passis testantur grammatici 8) *Μενέλας*, *Πτερέλας* pro *Μενέλαος*, *Πτερέλαος* afferentes, et leguntur talia: *Περίλας* in antiquissimo titulo *Theraeo nr. 1*, *Σθενέλας* in antiquo *Argivo C. I. nr. 2*, *Ἀριστόλας* *Ambr. 1799. Lac. 1457*, *Ἀρκεσίλας* *Astyp. 2483* et apud *Pindarum*, *Νικόλας*, Spartani nomen *Herod. VII, 137*, quum apud *Thucydidem II, 67* sit *Νικόλαος*, *Πλειστόλας* Spartani nomen *Thucyd. V, 19. 24* et alia haud pauca, cf. §. 28. Soluta forma *Ἀγελάου* legitur *Corcyr. 1847*, *Ἀρχελάου* 1846.

7) Huc traxeris etiam *γαμέτρας* *Heracl. I, 139*, *γαμετρία* apud *Pythagoreos* ut *Stob. Flor. I, 63*, *Archyt. p. 23 Hart.*, *γάμοροι*, qui erant apud *Syracusanos*, *Herod. VII, 105* (eadem voce *Aeschylus* utitur *Suppl. 608*), *Laconicum γαβεργός* apud *Hesychium*, vid. §. 5, 4, et si-

7) *Eustath. 138, 8. Παιήων — Παιάων, ἔτα ὡσπερ Ἀλκμίων Ἀλκμᾶν παρὰ Πενδάρη, οὕτω Παιάων Παιᾶν.*

8) *Choerob. Bekk. 1181. κατὰ κρᾶσιν Δωρικὴν τοῦ ᾠ̄ εἰς ᾠ̄ μακρὸν γίνεται ὁ λᾶς ὡσπερ Μενέλαος Μενέλας, Πτερέλαος Πτερέλας (Gaisf. 16, 2 — 30, 33 — 92, 13). — Apoll. de adv. 685, 22 ex Heraclide: συναλωφῆς γενομένης τοῦ ᾠ̄ καὶ ὀ εἰς ᾠ̄ μακρὸν, ὡς τὸ Μενέλαος Μενέλας, Δορύλαος Δορύλας, Πτερέλαος Πτερέλας, cf. not. 6.*

milia pro γεωμέτρης, γεώμοροι, γεωργός, quum et Ionico-Atticum γεω et Doricum γᾶ ex antiquo γαιο, γαιω nata esse videantur. Licet tamen in illis Doricum γᾶ pro γη accipere, quum Attica quoque et Ionica lingua in aliis utraque compositionis ratione utatur, ut γεάλοφος et γήλοφος. Tum γαιέτρης esset pro γημέτρας, forma insolita, sed analogiam servante.

Similia sunt Λασθένης et Λαφάνης Acaru. 1794, Λαβώτας, Λαδίκα, Λακράτης et alia Doriensium nomina (vid. Papii Lex. Nn.Pp.) e Λασθένης pro Ionico et Attico Λεωσθένης etc., nec credimus Λευτιχίδας, quae est Ionica nominis Laconici, quod vulgo Λευτιχίδης, forma, recte apud Timocreontem fr. 1 scribi; ceterum ne Attici quidem Dorica ratione abstinebant, ut Λάμαχος, Λαχάρης. Deinde huc pertinet λαοργός, ἀνόσιος Σικελοί Hesych. pro λεωργός e λαοοργος (cf. Λυκόοργος); vix enim recte λεουργός Doricum dicitur a Photio (cf. §. 25, 4. d), quod male scriptum putaverim pro λαουργός, quae forma non minus apud Dorienses oriri poterat.

8) Eodem contractionis genere πάραρος Theocr. XV, 8 natum est e παράρος, quod Ionice est παρήρος, cf. Valck. ad Adon. p. 242; deinde Doricum haberi oportet πόταρος, γνώριμος Hesych., quod Ionice sonaret προσήρος; nec minus apud eundem αὐλαρός, αὐλωρός ex αὐλαορός vel αὐλαωρός (cf. πυλαωρός) Dorice ortum esse patet. Adversari videtur τέτρωρος Heracl. I, 42. 111, si compares τετράορος. Vox tamen obscurioris significationis a Mazocchio nihil cum τετράορος commune habere et potius ad ὄρος referenda esse putatur.

Postremo commemoranda est Dorica particula ᾶς, quae legitur Heracl. I, 52, Lysistr. 173, Epich. 19 Pind. Ol. XI, 53, Theocr. XIV, 70, cf. Hesych. ᾶς, ἔως, μέχρις οὐ. Est enim ex ᾶως contracta, ut docet Hesychii glossa τᾶως, τέως Κρηῆτες. Cretenses solutarum formarum amantes non minus ᾶως dixisse videntur. Ionico-Atticum ἔως iu recentiorem Doridem irrepsit et

legitur Ther. 2448. III, 29. IV, 34, Megalop. 1534, Phoc. 73 R.

9) Vulgaris contractionis ratio conspicitur in τραγῳδός, κομῳδός Corcyr. 1845, Astypal. 2483, quae ab antiquioribus Doriensibus haud dubie τραγαιοιδός et κομαιοιδός pronuntiabantur, et in crasi vid. §. 27. Vides igitur, Dorienses, recentiores potissimum, in vocalibus his contrahendis non ubique proprietatis studiosos fuisse. Scilicet $\bar{\alpha}$ contractione ex $\alpha\omicron$ vel $\alpha\omega$ natum sonum vocali ω similem habuisse videtur, unde fieri poterat, ut nonnulla ipsum ω praeferrent.

§. 25.

De εε, οε, οο contractis.

1) Heraclides tradit ¹⁾ Dorienses εε in η conjungere. Accuratius tamen quaerentibus apparet, severiorem solum Doridem ita a vulgari ratione discedere, cujus in fontibus fide dignioribus ejus generis reperiuntur haec:

a) Primum in conjugatione contracta, unde φιλήτω, νοήτω, αἰρήσθαι pro Doricis afferuntur ²⁾, ad severiorem Doridem pertinent: ἐπαμώγη Heracl. B. 14 a παμωχέω, Lysistr. 1314 ἀγγῆται pro ἡγεῖται, 1318 πόη imperativus (male ὑμνεί 1321). Eodem pertinere videtur Hesych. κάκκη, κάθευθε· Λάκωνες a κατακέω, neque alienus est infinitivus κοπραγωγῆν Lysistr. 1174, quanquam Lacones etiam infinitivos non contractos in ην terminant, vid. §. 20, 5. Saepius infinitivi in ῆν apud Theocritum leguntur (ubique tamen varia lectio cum terminatione εἶν adest) et apud Pseudo-Pythagoreos. — Non recte Boeckhius in Cret. 2556, 68 pro τέλειται scripsit τελείται, quod

1) Heraclid. ap. Eustath. 1892, 40. παρὰ δὲ Δωριέων τὰ τοιαῦτα δύο εἰς ἡν (leg. ἦ) συναίρεται. τὸ γὰρ ἐπλεεν, ἐβῆεν ἐπλην καὶ ἐβῆην παρ' αὐτοῖς.

2) Heraclid. ap. Eustath. 1411, 23. οὕτω Δωριεῖς μεταποιοῦσι τὰς τοιαύτας παραλήγουσας, τὸ φιλείτω, νοεῖτω φιλήτω, νοήτω λέγοντες. — Ann. Ox. I, 143, 22. ἀπαρέμφατον Δωριεῖσι πλησθαι, ἐνιστῶτος ὡς ἡρῆσθαι. Apparet corrigendum esse αἰρῆσθαι.

certe τελήται esse debet, nisi forte Cretes verbo non contracto τέλεισθαι (ut πέλεισθαι) usi sunt. Pro ἀπερόφοις apud Rhinthonem Athen. XI p. 500. f. corrigas ἀπερόφοης. Ceterum in secunda et tertia persona singularis praesentis *ei* servatur, ut παρωχεῖ Heracl. I, 120. Accedente enim iota vocalis η, quam contrahendo fieri oportebat, in *ei* transit, id quod etiam in conjunctive subinde factum est.

b) In futuro Dorice contracto: Tabb. Heracl. I, 90. 103 etc. ἰδοῖται pro ἰσσειται ex ἰσσειεται, I, 93 οἰκοδομησῆται, I, 83 ἐγδικαξῆται, I, 111. 113. 120 καρνεοῖται, I, 120. 121 ἐργαξῆται. Hic quoque φυτευσεῖ, ἐμβαλεῖ et similia vulgarem rationem non relinquunt.

c) Eodem pertinent ἦχον et ἦλκον, quae Dorica esse traduntur pro εἶχον et εἶλκον³⁾, quippe quae ex ἔεχον et ἔελκον contrahendo facta sint. Similia in fontibus severioris Doridis nunc casu nulla reperiuntur, neque tamen magis, quae contra sint.

d) Postremo huc referenda sunt Ἡράκλειτος Heracl. B. 3. 9 etc.; in nummis Heracleensibus apud Mionn. Suppl. I p. 298 et Tarentinis Descr. I p. 142, Κλήτα, Gratiae nomen apud Lacones, quod pro Κλειτή esse videtur, Pausan. III, 18, 4 et Alc. 43 W., Δαμοκλήτα, Εὐρύκλήτα Cyren. 2, Κλησθένης pro Κλεισθένης Cret. 2558. Nam ut hoc e Κλεισθένης (vid. §. 26, 4) factum est, ita illa ex antiquissima forma κλειτός, κλειτός prodierunt a verbo κλέω, κλέω.

2) Mitiorem Doridem hac in re a vulgari lingua non differre, meliores fontes satis superque docent. Exemplorum quantum satis est eundem ordinem sequenti afferemus:

3) Et. M 419, 40 ex Apollonio: οἱ γὰρ Δωριεῖς πολλάκις τὴν εἰ διφθογγον εἰς ἠ τρέπουσιν, οἷον ἦχον, ἦλκον. ἀλλ' οἱ Δωριεῖς τότε τρέπουσιν, ἥτις τὸ εἰ ἐν τῇ μετοχῇ ἀποβάλλεται. ἔχον γὰρ καὶ ἔλκον ἢ μετοχή. ὅτε δὲ μὴ οὕτως ἔχου, οὐ τρέπεται· τὸ γὰρ εἰκόνικον καὶ εἶργον οὐ γράφεται διὰ τοῦ ἠ· εἰκόνικον γὰρ καὶ εἶργον ἢ μετοχή.

a) E verbis contractis: Amph. 1688 *ἐφανείσθων*, *ἐφανείσθαι*, Corcyr. 1845 *αἰρεῖσθαι* (recte Boeckhius non toleravit ποιήτω l. 94), Rhod. 2525, b *ποιείσθων*, *ποιείσθωσαν*, *εὐχαριστεῖν*, *κινεῖν*, 2905 *ἀμφεσβάτει*, Astypal. 2483. 2484 *ἐπεσιάται*, *διετέλει*, Ther. 2448 *πωλείτω*, *αἰρείτω*, *προνοεῖσθαι*, *ποιεῖσθαι*, *ἐπιχεῖσθαι*, Agrig. *τιμῖν*, *ἐργετέιν* etc. Deinde Epich. 135 *δωρεῖται*, 19 *καλεῖν*, 97 *δοκεῖν* etc., Sophr. 35 *εἰλσκοπεῖται*, 41 *θωκεῖτε*, apud Archimedes ubique, Acharn. 743 *φώνει*.

b) Futura: Alaes. *ἐργαξέται*, Epich. 98 *ἔσσειται*, 106 *πνιξεῖσθε*, Dinoloch. ap. Phot. p. 639, 15 *δραμεῖται*. Sophr. 23 *ἔσσεισθαι*, 88 *ὠνασεῖται*; Archim. de Helic. p. 219 *ἔσσειται*, de Conoid. p. 276 *δυνασεῖται* etc.; Acharn. 707 *δοξεῖτε*, 708 *ἔξεῖτε*, ut nunc Dindorfius e Ravennate pro *ἔξετε* rescripsit, 709 *πειρασεῖσθε*, 712 *γυλλεῖτε*, 717 *ἦσεῖτε*. Praeterea vulgo ejusmodi formae Doricae vocantur, vid. §. 35 not. 3.

c. d) Saepius *εἶχεν* est in titulis Delphicis, *ἀφελλετο* Corcyr. 1838, b, *ἀνείλομαν* Acharn. 776, *Ἡράκλειτος* Acarn. 1793, a etc.

3) Eadem ratione severior Doris *οο* et *οε* in *ω* conjungit, quae in mitiore Doride sicut vulgo in *ον* coalescunt. Illa contractionis ratio in his spectatur:

a) Genitivi secundae declinationis terminatio *ω* a grammaticis Dorica vocatur ⁴⁾ et reperitur in his severioris Doridis fontibus: Tab. Heracl., Brutt., Cret. 2554 — 2558. 3047. 3050 — 3054 et in recentibus Creticis 2563. 2566. 2567. 2598, Cyren. 1—3. 4—9. 11—13 (in titulis nr. 6. 7 vulgaris genitivi forma subinde intermixta est, fortasse solo describentium errore). Deinde ejusdem formae exempla plurima sunt apud Alcmanem et in Lysistrata, *Ποτιδᾶ ποτιῶ* in Eupolidis Helotibus apud Herod. π. μ. λ. 10, 34, *ἐπὶ μαθαλίδας ἐπῆχε ἡμῖν* (leg. *ἐμῖν*) *τῷ γλυκνᾶτῳ* in Blaesi Itali Saturno apud Athen.

4) Apollon. de pron. 98. C Doricos vocat genitivos *τῆνω*, *τοῦτω*, *αὐτῶ*, cf. Greg. C. 191, Scholl. Theocr. VII, 149.

XI, 487. C. Postremo recte hanc severioris Doridis proprietatem expriment epistolae, quae feruntur, Archytae et Lysidis Tarentinorum, Epimenidis Cretensis, Chilonis Spartani, fragmenta Philolai et Pseudo-Pythagoreorum.

b) Femininorum in *ω* genitivos in *ως* exeuntes Ohoeroboscus in H. Ad. 268, b (vid. L. I §. 21 not. 10) bene praeter Aeoles Laconibus vindicat, ut *Σαπφῶς* a *Σαπφῶ* pro *Σαπφούς*; utrumque e *Σαπφός* contractum esse constat. Reperiuntur talia in recentissimis titulis Laconicis *Ξενῶς* nr. 1365, *Ἀφροδῶς* 1386, quae tamen ad aliam causam revocare licet, ut videbimus infra §. 30, 8. — Ad declinationem tertiam pertinet praeterea *ἐλάσσως* Lysistr. 1260, quod est ex *ἐλάσσονες*, *ἐλάσσοες* natum pro vulgari *ἐλάσσους*.

c) E conjugatione verborum in *ω* exempla genuina haec adsunt: *μισθῶντι* Heracl. I, 50 pro *μισθοῦσι* e *μισθόοντι*, *δουλῶται* Epimenid., *ὑπνῶν* Lysistr. 143 e *ὑπνόειν*, *σῶμαι* in Epilyci Coralisco pro *σοῦμαι* e *σόομαι* cf. Hesych. *σῶμαι*, *ἔρω*; *Δωριεῖς* et *σῶται*, *δρῶται*, *ἔρχεται*, *πορεύεται*. Infinitivus *ῥυῶν*, qui Doricus dicitur in Scholl. Arist. Av. 935, ne ab Attide quidem alienus est, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 105 not. 16; praeterea Homericum *σᾶω* pro *σᾶου* ad Doricam dialectam refertur Et. M. 708, 38, Gud. 530, 13.

d) Nec minus in compositione ea ratio apparet. Eo pertinent: *παμῶχος*, *ὁ κύριος Ἰταλοί* Hesych., *παμωχεῖ* et *ἐπαμώγη* Heracl. I, 120 et B., 14, *παμωχίων*, *κεκτημένος* Hesych. (vid. §. 15 not. 1); *δαδῶχωρ*, *λυχνία* Hesych., ubi restituto literarum ordine *δαιδῶχορ* scribendum est, aperte vox Laconica pro *δαδοῦχος* eodem sensu, quo etiam vulgo *λυχνουῦχος* utitur, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 60; *γερωχία* Lysistr. 980, vid. §. 6, 6 et cf. *κεροῦχος*. Nam haec *ε* *παμόσχος*, *δαιδόσχος*, *γερόσχος* contracta esse apparet. Deinde *ἀμπελωργικά* Heracl. II, 43 ab *ἀμπελοεργός*, quod vulgo in *ἀμπελουργός* contrahitur, *πρώγυος* Heracl. I, 52 etc. et *προωγγεύω* I, 107 pro *προύγγυος* e *προέγγυος* (ande pro *πρόκροον* Lysistr. 1252 *πρώ-*

κροον rescribendum videtur, nec Laconicum est -φροῦδος v. 106. Addimus hic etiam *λωτρών, δειλινὸν ἄλειμμα· Λάκωνες* Hesych. et *λωτήριον* Heracl. I, 136, quae sunt pro *λουτρών, λουτήριον* et *λοετρών, λοετήριον*. Postremo in crasi eandem legem valere videbimus §. 27.

4) Contra mitior Doris in illis omnibus cum Atthide et Iade *οο* et *οε* in *ου* conjungit.

a) Primum genitivum declinationis secundae in *ου* exeuntem hi tituli exhibent: Laconici recentiores, Messen. Arg. Hermion. Calaur. Aegin. Megalop. Tegeat. 2 Ross. Megar. Delph. (etiam antiquiores 1688. 1690) Phoc. Locr. Aetol. Acarn. Thaumac. Corcyr. — Rhod. Astyp. Anaph. Calymn. Ther. Mel. Byzant. Chalced. Messembr. — postremo omnes Siculi, ut Agrig. Gel. Syrac. Acr. Taurom. Alaes., cum Issensibus et marmore Farnesiano, cujus patria latet. In his omnibus genitivus in *ω* non legitur nisi per corruptelam idque rarissime. Ita in Corcyr. 1840 l. 12 traditum est *εμνωιαποτωπορωι εσχάτω . . .*, unde Boeckhiius effinxit (*πλέθρα εἴκατι δύο*) *ἐν Μινῶ ἀπὸ τῷ πόρῳ ἐσχάτω*. Sed haud cunctanter legendum est *ἐν Μινωῖα ποτιῶ πόρῳ ἐσχάτω*, cf. l. 17 *πλέθρα ἕξ ποτιῶ Κωμικοῦ* et similia in titulo Acrensi nr. 3, ut l. 12 *ἐν Βάλσα ποτι τῷ Ἀρτεμισίῳ* (scribitur *ποπιτω*, quod quid sit, Goettlingius nescit), l. 13 *ποτι φρητίσις*, l. 21 *ποτι τῷ οἴνω*, l. 23 *ποτι τῷ Ἀρτεμιτίῳ*. Quod in titulo Opuntio nr. 1752, qui pessima fide a Meletio traditus est, *δάμῳ* et *Ἐροδάμῳ* leguntur, flocci faciendum est.

Non minus vulgaris genitivi forma ubique legitur apud Siculos Epicharmum, Sophronem, Dinolochum (*καπηλικοῦ ζυγοῦ* Poll. X, 177), Archimedes. Tantum apud Epicharmum fr. 95 vulgo scribitur *περὶ τῶγαθῶ*, ubi vulgarem genitivi formam non sine librorum ope restitui-mus; deinde Sophr. 10 apud Apoll. de pron. p. 45 a Bekkero editum est *καθαιρημένος θην καὶ τήνος ὑπὸ τῶ χρόνω*, ubi praetulimus, quod in Excerptis Vossianis p. 549 traditur *ὑπὸ τῶ χρόνω*, de quo dativi usu vide Matth. §. 395 Not. Utique corruptum est *θωτέρῳ* Epich. 48.

Deinde eadem genitivi forma est apud Timocreontem Rhodium et in Chelidonismo, nec minus Megarensis ea utitur in Acharnensibus, nisi quod v. 764. 800 in omnibus libris τῷ πατρός esse videtur et v. 709 ex uno pejore codice Δ λιμῶ receptum est (in nuperrima editione Oxoniensi Dindorfius etiam plura ejus generis male e conjectura edidit). In foedere Argivorum et Spartanorum Thucyd. V, 79, quod mitiorem Doridem referre indicavimus, recte Poppo librorum lectiones Πελοποννάσου (his) et ἄλλου servavit. Recte etiam in ficticiis epistolis Cleobuli Lindii et Periandri Corinthii vulgaris genitivi forma scripta est.

b) Genitivi tertiae declinationis in ους leguntur: Κλεοῦς, Ἀριστοῦς Delph. 1705, a. b, Συρακοῦς a Συρακῶ Epich. 166, αοῦς Epich. 82. In titulis quibusdam ad mitiorem Doridem pertinentibus, sed valde recentibus genitivi in ως exeuntes reperiuntur, ut Καλλιστώς, quae quam rationem habere videantur, infra §. 30, 8 explicabimus.

c) In conjugatione contracta vulgarem rationem sequuntur haec: Herm. 1193 ἀνανεοῦται, Aetol. 3046 ἀνεοῦντο et ἀξιουν, Amph. 1688 ζαμιούντων, Rhod. 2525, b στεφανούντω, Calymn. 2671 ἀξιούντες, Ther. 2448. VI, 36 ἀποκυροῦται, Corcyr. 1845 μισθουμένα et μισθούσθω, Acharn. 752 δελφακουμένα. Adversari videtur μαστιγῶν τι (ut correximus pro μαστιγῶντι) Epich. 19 et ἔδοξε στεφανῶν· αἰρέθη Astyp. 2483, quod non debebat Boeckhius in στεφανῶσαι· ἠρέθη mutare, cf. §. 19, 2. b. At si compares στεφανῶ in Astypal. 2483. 2484, quod Boeckhius in vulgare στεφανοῖ mutavit, et in Gelensium decreto, eundem vocalis ω amorem in his agnosces, qui conspicitur etiam in Atticis ῥιγῶ, ῥιγῶν, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 105 not. 16. Non audemus certe quidquam mutare.

d) Composita ου praebent haec: Δαμουχίδας Corcyr. 1850, δαμουργός Herm. 1193, λιθουργός Phoc. 71 Ross., λειτούργεν Ther. 2448. IV, 28. 31, quibuscum conferas

λεωργός (potius λαουργός, vid. §. 24, 7), quod diserto Photii testimonio s. v: λεωργός Doricum esse dicitur pro hac Attica voce; φρούριον Rhod. 2905.

Addimus quaedam, quibus in severiore Doride contractas formas respondententes non invenimus, quia haec solutionem potius servabat: ροῦς Megalop. 1534, νοῦς Epich. 117, ἄνοους Acharn. 702, εὔνοους Megar., Chal. 1567, Delph. 67 R., Calyma. 2671, Ἀλκίονον Coreyr. 1838, εἰςπλονν Messemb., διπλοῦν Ther. VII, 28, Σελίνοους et Ὀπους, Σελινοῦντιοι et Ὀποῦντιοι cum similibus multis, vid. §. 6, 4, Δροῦσα Rhod. 2905 e Δροῦεσσα etc. Adversatur τυρῶντα Sophr. 32, cujus in locum eo libentius τυρόεντα rescripserim, quod Theocritus I, 58 solutam formam adeo praetulit, ut synizesi opus sit. De crasi videbimus §. 27.

§. 26.

De eo et ew contractis.

1) Insignis in hoc loco varietas conspicitur, quum vocales eo apud Dorienses aut non contractae reperiantur, aut in ου, ευ, ιω, ιω, ο, ω mutatae, deinde ew aut inegrae aut in ιω vel ω mutatae.

Primum eo in ιω vel ιω, et ew in ιω apud eos solum mutantur, qui severiore Doridis genere utuntur, Lacones, Italiotas et Cretenses. Laconica sunt in antiquo titulo Leakii nr. 71 ἀνιοχίων pro ἡνιοχέων, in Lysistratā v. 198 ἐπαινίω (ut Dindorfius in editione Oxoniensi recte scripsit pro ἐπαινιῶ) pro ἐπαινέω, 1305 ὑμνίωμες (item olim ὑμνιῶμες) pro ὑμνέωμεν, 1002 μογιῶμες, 1003 λυχροφορίοντες, 1148 ἀδικιῶμες, quod Dindorfius pro ἀδικοῦμες e Ravennatis lectione ἀδικιοῦμες recte restituit. Non minus in Hippocratis Spartani epistola, quam in Appendice exhibebimus, e bonis libris restitutum est ἀποριῶμες. Grammaticus quidam 1) testari videtur, Lacones ὑμνίω dixisse,

1) Et. G. 322, 41, qui locus misere mutilus in hunc modum

sed *δονέω* et *κινέω*, quod ante terminationem *νιω* vocalis esset, cui de his non credimus; certe nec ratio sufficiens ejus discriminis apparet et adversantur multa de exemplis supra propositis. Postremo etiam Aleman fortasse eadem Laconica proprietate usus est, si quidem recte fragmentum Doricum ab Apollonio de pron. p. 61. B. servatum *ὡτε χερνήτις γυνὰ οὐδὲν προμαθιομένα* (cf. §. 45), illi vindicavimus et *προμαθιομένα* correximus in Mus. Rhen. VI p. 234, quanquam Alemanica fragmenta nihil praeterea ejus generis tenent, sed *αἰνέοντι* fr. 16, *δοκίων* fr. 68. — Verborum contractorum rationem futura contracta sequi consentaneum est, et legitur *ὀμιώμεθα* Lysistr. 183 pro *ὀμούμεθα* ex *ὀμέμεθα*.

In tabulis Heracleensibus haec sunt: I, 90 *ἀδικίων*, I, 18. 45 *ἐμετρίωμες* pro *ἐμετροῦμεν* ex *ἐμετρέομες* B, 18. 22. 28. 33, neque aliter se habent *ἐξέποιον* II, 19, *ποιόντασι* I, 2, *ποιῶν* I, 127, *ποιῶντι* I, 85 pro *ἐξέποιον*, *ποιούσι* (*ποιέοντεσι*), *ποιῶν*, *ποιῶοι* (male Mazocchius *ἐξέποιον* etc. scripsit vocales non dirimens); nam iota, quod servatur in *ποιήσει* et *ἐποιήσαμες* I, 89. II, 29. 42, in illis propter accedens alterum iota. omissum est, vid. §. 22, 6. In Archytæ Tarentini epistola apud Diog. Laert. III, 22 legitur *ἀφορμιῶντι*, quod a desiderativo

restituendus esse videtur: *κινῶ* διὰ τοῦ *ἰῶτα*· πρῶτον μὲν παρὰ τὸ *κινεῖν* (leg. *κινῶν*) ἴστί· δεύτερον δέ, ὅτι *κινέω* λέγουσιν οἱ Λάκωνες. εἰ δὲ ἔγραφετο διὰ τῆς *εἰ* διφθόγγου *κινεῖω* (leg. *κινῶ*) ἔμελλον λέγειν. καὶ [γὰρ τὰ εἰς *νῶ*] περισπώμενα, ἥνικα μὲν [συμφώνῳ παρα]λήγεται, διὰ τοῦ *ἰῶτα* γράφεται παρὰ τοῖς Λάκωσιν, ὡς [ὑμῶ ὑ]μνῶ (leg. ὑμνῶ)· ἥνικα δὲ φωνήεντι παραλήγεται, διὰ τοῦ *εἰ*· ὡς *δονῶ* *δονέω*. εἰ (leg. *εἰ* cum Sturzio) οὖν τὸ *κινῶ* *κινέω* λέγουσιν οἱ Λάκωνες. Priora illustrat Choeroboscus in Ann. Oxx. II, 227, 15. *κινῶ* διὰ τοῦ *ι*· παρὰ γὰρ τὸ *κινεῖν* (leg. *κινῶν*)· οἱ δὲ Λάκωνες *κινέω* λέγουσιν καὶ διὰ τοῦ *ἰῶτα*. Apparet enim, Herodianum, unde Choeroboscus sua derivavit, inde demonstrasse, *κινῶ* scribendum esse, non *κινῶ*, quod Lacones *κινέω* dicerent, non *κηνῶ* diphthongo *ει* Laconice mutata. Etymologus Gudianus addidit de Laconico *κινέω*, quae prorsus aliena sunt.

quodam ἀφορμῶν derivarunt aliunde non cognito. Nos potius ἀφορμῶν scribimus, ut ab ὀρμῶν ducatur cf. §. 37, 4, etiam sententia suadente, quum sibi opponantur μένοντι τε καὶ ἀφορμῶν, manenti et abeunti. Deinde Tarentinorum secundum Hesychium est κλαυμαριόμενον, κλαίοντα, quod pro κλαυμαρούμενον esse, docet sequens glossa κλαυμαρεῖται, κλαίει, Italiotarum hand dubie ejusdem glossa παμωχίων, κεκτημένος, vid. §. 15 not. 1 et §. 25, 3. d. — Deinde huc pertinent futura contracta Heracl. I, 70 ἀναγγέλλοντι pro ἀναγγελοῦσι, I, 84 ἀποκαθαρίοντι pro ἀποκαθαροῦσι, I, 86 ἐπικαταβαλλόντι²⁾ pro ἐπικαταβαλοῦσι. In futuris verborum, quorum stirps non exit in liquidam, tabulae Heracleenses secundam contractionis rationem sequuntur, vid. nr. 2. — Tum eadem mutatio agnoscitur in ἐγφηθηθῶντι Heracl. I, 104, quod est pro ἐξεληθῶντι, ἐξεληθῶσι ab εἰλέω, vid. §. 20, 6. — Singularis est genitivus Τιμοκράτιος I, 118, quum praeterea in hac terminatione ε servetur, vid. infr. nr. 4. — Postremo commemorandi sunt pronominum personalium genitivi ab Apollonio e Rhinthone Tarentino allati ἐμῖο, ἐμῖω, ἐμῶς et τῖω, τῶς, quibus simile est τῖος, quod idem Doricum dicit; nam apparet eas formas ex ἐμέο, ἐμέος et τέο, τέος natas esse. Accuratiora vid. §. 32, 2.

Inter Creticos titulos similia praebent foedus Latio-
rum et Olontiorum nr. 2554, horum, ut videtur, dialecto
usum, et decreta Istroniorum nr. 3048, Sybritiorum nr.
3049, Latio- nr. 3058 et fortasse Eleuthernaeorum nr.
3047. Leguntur enim κοσμίοντες 3049. 3058, ὀρμῶμενοι

2) In aere exaratum traditur ἐπικαταβαίνοντι, barbara forma, quam pro verbi ἐπικαταβαίνω futuro venditare non erubuerunt. Nos ea mutatione (AI pro N), quae etiam in hoc titulo accuratissime vel exarato vel expresso liceat, aequae linguae Graecae et dialecti Italio- ticae legibus satisfacimus atque sententiae consulimus. Jam enim in τοῖς πολιάνομοι ἐπικαταβαλλόντι καὶ ζαμωσόντι νοχ ἐπικαταβαλλω de multis dicta est ut vulgo ἐπιβάλλω, quum ἐπικαταβαίνω temere pro ἐπιεῖρχομαι dictum esse credatur.

3048. 3049. 3058 ab *δρμέω* pro *δρμάω*, vid. §. 38, 4, minus certe *πολεμιον(τας)* 2554, 24; deinde futura *ἐμμενίω*, *βοθησιω*, *προλεπίω* 2554, 197 seqq., *πραξίωμεν*, *χαριξίωμεθα*, *φυλαξίωμεν* 3048, hoc etiam 3058. Deinde non alienum esse videtur *ἴωμεν* 3058 pro *ἴωμεν*, neque *ἀμίων* 3047 e Sherardi lectione, quam Böeckbius Chishullianum *ἀμέων* receperit. Neo mirum est pro conditione istorum titularum, quod in iis haud pauca contraria reperiuntur, non solum quae Attica contractione utantur, sed etiam quae ε retineant, ut nr. 2554, 71. 72 *πωλέοντα* et *ἀνέομενον*, l. 202. 203 *εὐορκέοντι* et *ἐφορκέοντι*, nr. 3048 *ἴωμεν*, nr. 3047 *ἐπανέομεν*. Eodem traxeris genitivum *τίριος*, *θέρους*· *Κρήτες* Hesych.

Accedunt glossae quaedam Hesychii, quae ad quem populum Doricum pertineant, non certo constat: *μογεῖοντι* (leg. *μογιοντι*); *μογοῦσι*· *Δωριεῖς* — *πονιῶμεν* (leg. *πονιῶμεν*), *πονῶμεν* — *γηλιῶμενοι* (leg. *Ἐηλιῶμενοι*), *κατεχόμενοι*. Hoc est pro vulgari *εἰλούμενοι*, vid. §. 5, 8 et §. 20, 6, et Italicum esse videtur, si compares simillimum *μετριῶμενος* in tabulis Heracleensibus.

His comparatis primum apparet, quam non recte Koenius ad Gregor. p. 225, qui et alios multos seduxit et Valckenarium ad Adon. p. 264 atque Lobeckium ad Buttm. Gr. Gr. II p. 391, apud Dorienses verba in εω vulgo exeuntia dicat in *ιω* terminari ut *ἔμετριῶμες* pro *ἔμετροῦμεν* etc., cujus legis in gratiam Laconica nonnulla in Lysistrata conjecturis tentata sunt, ut *μογιῶμες*, *λυγοφοριῶντες* et alia scriberentur. Ad terminationem *ιω*, quae sane in recentiore potissimum Graecitate subinde pro *εω* esse videtur (vid. Lobeck. l. l.), recte referes *λειοστρακιῶσαι* Sophr. 52, ut scripsimus pro *λειοστρακιῶσαι*, a *λειόστρακος* ut *ἐρυθριῶ* ab *ἐρυθρός*: sed in exemplis e severiore Doride supra propositis rem longe aliter esse primum inde perspicies, quod nunquam *μετριῶν* vel similia reperiuntur, deinde quod saepissime in titulis et libris *ιω* legitur, ubi illa ratio *ιω* postularet, tum quia eadem mutationes in futuris et pronomibus spectantur, postremo

quia ipsa illa *μετριώμενος, ἐμετριώμενος*, quibus Koenius maxime innixus est, si recte a *μετριώω* ducerentur, potius Dorice *μετριώμενος* et *ἐμετριώμενος* sonarent. Ceterum eodem errore inductus esse videtur ille grammaticus, cui Hesychiana glossa *γηλιῶσθαι, κατέχεσθαι* debetur, quam e participio *γηλιώμενος* male fictam putamus. — Aliquanto rectius Boeckhius C. I. p. 403 ε ante sequentem vocalem in ι mutari tradit, quam explicationem admittunt Cretica, quibusde agit V. C., exempla omnia. Neque tamen ille animum eo satis advertit, quod in verbis ε non mutatur in ι nisi ante ο et ω, adeo in nr. 2554 ipse non recte fixit infinitivum *βραθησιεν*. Porro quid iudicabimus de *μετριώμενος* et reliquis, ubi ω est pro eo? Veram rationem monstrat Ionico-Atticum ω pro αο ut *λεώς* pro *λαός*, *Ἀτρείδω* pro *Ἀτρείδαο*. Quod uti saepissime ita unam syllabam efficit, etiam ad accentus rationem, ut diphthongi instar habendum sit, ita ω, quum est pro eo, diphthongus est aut diphthongi simile et contractione quadam natum. Jam verò apparet, ω pro εω et ιο pro εο in verbis contractis, futuris et pronomibus non posse aliam originem habere, sed etiam haec contrahendo orta esse et quasi diphthongos (compares, quaeso, diphthongos io et iu in antiquiore lingua Theotisca). Quibus intellectis aliorum, quae mira videri possint, ratio et causa patet. Primum cur pro eo promiscue ιω et ω scripta sint; scilicet in diphthongo non multum interest, utrum altera vocalis producatur an corripitur; uti saepissime in vulgari lingua scriptio fluctuat inter η et ει, ηι et υι, α et αι. Deinde cur Heracleenses certiore eam legem sequuti sint, ut εο in ιω mutarent, quum syllaba vocali clauditur ut *ἐμετριώμενος, μετριώμενος*, quibuscum conspirat Hesychianum *Ἡηλιώμενος*, praeterea in ιο ut *ἔξεποιόν, ἀναγγελίοντι*; haud dubie illic productio magis apparebat, quum ante consonam in eadem syllaba sequentem secunda diphthongi pars corriperebatur. Eam tamen legem nec Tarentina exempla servavit, ut *κλαυμαριώμενος, ἐμίον, ἐμίω, ἐμίως*, nec Laconica vel Cretica, quae ubique ιο praebent

Astypalaeenses ea usi esse certius cognoscuntur, in genitivis nominum tertiae declinationis in *ης* et *ος* exeuntium praeter illos Rhodii, Coi, Cyrenaei et raro Theraci, Anaphaei, Siculi, in pronominum genitivis maxime Siculi; in compositis cum *θεός*, *νέος*, *κλέος* ea contractio recentiore demum tempore apud varios populos Doricos in usum venisse videtur. Itaque haec ratio maxime est eorum Doriensium, qui in insulis ad Asiae oram sitis habitabant Ionibus, qui eadem usi sunt, vicini; nec minus Theraci, Anaphaei, Syracusani Iadis contagio patebant, aut Cyrenaei, quo multi Iones commigraverant; in ipsa Graecia vix recentissima Doris aliqua ejus vestigia habet. Ceterum qui maxime *εο* in *ευ* conjungunt, *ω* faciunt ex *ωω*, ut *προαιρωῶνται* Calymn. 2671, *ἐτῶν* Rhod. 2905. Jam videamus singula:

a) In conjugatione contracta ab Heraclide apud Eustath. 1557, 42 Dorica afferuntur *φρονεῦντι* et *νοεῦντι*, neque tamen nunc in melioribus fontibus ullum ejus generis exemplum reperitur praeter *προωνεύμενος* Astyp. 2483. 2484 (in recentiore 2485, III est *προαιρούμενος*). Futura contracta eandem legem sequuntur in Calymn. 2671 *κρινεῦντι*, *διαλυσεῦντι*, *ὑπαρξεῦντι*. Frequentantur ejus generis formae apud Theocritum (ut *φιλεῦντι* V, 80, *ἰδοκεῦμες* XIII, 1, *οἰκεῦντες* VII, 116, *αἰτεύμενος* XIV, 63, *βομβεῦσα* III, 13, *βασεῦμαι* II, 8, *κείσεῦμαι* III, 53 etc.) et in aliis fontibus minus limpidis. Ceterum in Calymn. 2671 *εὐεργετοῦσι* dat. plur. legitur, quum analogia *εὐεργετῶσι* postulare videatur.

b) Nomina tertiae declinationis in *ος* et *ης* exeuntia genitivum in *εως* ⁴⁾, quod est ex *εος* contractum, in his exemplis exhibent: Astypal. 2483 *Μοιραγένεως* et *Ἀριστοκλεῦς*, 2485. III *Εὐκλεῦς*, 2488 *Καιρογένεως*, 2489 *Ξενοκράτεως*; Rhod. 2905. D. 13 *ὄρεως*, 2525, a *Ἀυτόκρατεως*,

4) J. Gr. 242, b. Gr. C. 298, Vatic. 692. *ταῖς εἰς ὄντας ληγουσας γενικάς, ταῖς ἀπὸ τῶν εἰς ἡς εὐθειῶν γενομένας, εἰς εὐς τρέπουσι· ὡς Διογένης, Διογένης, Διογένης.*

2530 Διοκλεῦς, 2537 Φιλοκράτους, neque minus Εὐκράτους, Rhodii nomen Cret. 3047, adeo per heteroclisin Σαμιάδους 2534 et Βασιλείδους 2546; in Cois titulis 2517 Νικομήδους et 2513 Βασιλείδους; Cyren. 2. Θρασυκλεῦς, 6 Χαρικλεῦς, 7 Εὐφάνους et Ἀντισθένης (Ἰσοκράτους corruptum videtur), 8 Εὐφάνους. Deinde aliis formis intermixta leguntur: Ther. 2448. III, 15. 37 Ἰσοκλεῦς, quum genitivi nominum non cum κλέος compositorum in ους exeant, vid. seqq.; Anaph. 2481 (Ross. 6) Τελεσιμηράτους, Ross. 1. 5 Σωσικλεῦς, 16 Νικοφάνους et Θραυπηθέως (rarius in Anaphæis est terminatio ους); Corcyr. 1905 Σοφοκλεῦς in monumento sepulchrali fortasse peregrini; in titulis Eryciis Torremuzz. XV, 42 Σωσικλεῦς, 47 Κλευκράτους. — De genitivo Ὀδυσσεῦς, qui a grammaticis Doridi tribuitur, vid. §. 30, 7.

c) Epicharmi, Sophronis et Theocriti sunt pronomina ἐμεῦς, ἐμεῦ, τεῦς; suspectius est μευ in Ther. 2448. III, 9, ubi praeterea semper μου, et τεῦ in apophthegmate Dorico, quanquam non dubitamus, quin Doricum et hoc recte ab Apollonio appelletur et illud haberi possit. Accuratiore videbimus infra §. 32, 2. — Addimus hic, πλεῦνα vulgo legi Epich. 135, sed e Stobaei codice Α πλέονα praeferendum videri.

d) Doridi a grammaticis et θεῦς adscribitur, quod Callimachus ausus est H. in Cer. 58. 130, et composita cum θεός eandem contractionem passa⁴⁾. Et haec et composita cum νέος atque κλέος itidem affecta in titulis et nummis paullo recentioribus reperiuntur: Rhod. 2538 Θεύλυτος, in nummo Coe Θευφαν. Mionn. Suppl. V p. 567, in recentioribus titulis Theracis, qui editi sunt in Actis Academiae Berolinensis, nr. 85 Θεύδοτος, 102 Θευδόσμος, 64 Θευκρίσιος, 102 Θευκλείδας; νευμηνία Cret. 3052, quum Cretes νεομηνία dicere tradantur a Proclo in Cratyl. c. 83 (Bekk. Ann. p. 1164), in titulis recentioribus 2573. 2574. 2575 Κλευμενίδας, Cyren. 6 Θεύτιμος et in breviori Romanae aetatis Κλεύθεμος (?); Corcyr. 1844 Θεύδαρος nomen Locri et idem 1845, 38 (sed Θεο-

μήδης in titulo bonae aetatis nr. 1896); Epidaur. 1183 Θεύδωρος; in Erycino Torrem. XV, 47 Κλευκράτης, in Messanio I, 16 Θεγγίς; in nummis Tarentinis Νευμήνιος Mionn. Descr. I p. 139. 142, Suppl. I p. 180 (sed Θεόδωρος Heracl. I, 134). Valde dubium videtur Θεύξενος Delph. 1702, 17, quum Θεόξενος sit 1703, mensis Θεοξένιος 1700 etc. — Vides haec contrahendi morem apud plerosque Doriensium aut nunquam aut recenti demum tempore viginisse videri; paullo antiquior fuerit apud eos, qui in reliquis *eu* contrahendo efficere consueverant.

4) Quarta vocales *eo* contrahendi ratio, quae apud Dorienses valebat, vulgaris est illa, qua in *ou* conjunguntur. Qua qui utuntur, *ew* in *ω* contrahere solent. Observatur vero maxime in titulis Theraeis et Anaphaeis, ubi pauca tertiam rationem sequentia vidimus, in Rhodiis praeter genitivos in *eus* exeuntes, in Megaricae dialecti fontibus, in titulis Coreyraeis; rarius in titulis Siculis et apud scriptores Siculos.

a) In conjugatione contracta Heraclides apud Eustath. 1557, 40 pro Dorico affert ποιούντι et reperiuntur in Ther. 2448 ἀφαιρούντων, ἀφαιρούμενος, ποιούντα, ἐνοικοῦντες, νοῦσα, φρονοῦσα, deinde ποιῶντι, ἀφαιρῶνται pro ποιέωντι, ἀφαιρέωνται; Anaph. 2477. 2480 καλούμενος; Hermion. 1193 ἐπιδαμῶντι conjunctivus; Messen. 1339 καρτεροῦντες; Megar. 1052 ἐστρατάγων et Acharn. 696 ἐπόθουν; Corcyr. 1845 ποιούντιω, ποιούντες. Et apud hos quidem alia in verbis contractio non reperitur. Eadem est in titulis Rhodiis 2525, b τιμοῦντες a τιμῆν pro τιμᾶν, 2905 ἐγκαλοῦντες, μαρτυροῦντες, οἰκοῦντες (sed ἐπαινώ apud Timocreonem, quod synizesin postulat); apud Epicharmum leguntur καλοῦσα fr. 82, γθονούμενος 137, apud Sophronem 97 ἀνδούμενος, sed certiores apud eosdem sunt formae non contractae. E vulgari lingua hanc contractionem in recentiores titulos Delphicos illatam judicamus, ut 1693 ἀφικνούμενος, 1699. 1703 ποιούσα, 1704 ποιῶν pro formis non contractis, deinde in Astypal. 2485. III προαιρούμενος pro προαιρέμενος.

b) Futurum hęc contractionis modo non solum utitur apud eosdem, qui in verbis contractis ei assueverunt, sed etiam apud eos, qui in illis solutam formam praeferebant, solis, quantum scimus, antiquioribus Delphis exceptis. Leguntur enim in Ther. 2448 *ἐμβαλοῦμες, ἐξοῦντι, δεῖξοῦνται, ἐγγραφοῦνται, συναχθησοῦνται*; in Corcyr. 1843 *ἐκδανεισοῦντι, χειριξοῦνται*; in Acharn. 744 *ἀπολομένα, 716 ἀγορασοῦντες*, quod Dindorfius e Ravennate recepit, 714. 745 *καρυξῶ et ἀποισῶ*; deinde in Alaesino titulo ποιησοῦντι, Sophr. 19 *νησοῦντι*, Epich. 167 *θωσοῦμεθα*, Archim. de Hel. p. 219 *ἐσσοῦνται, ἐξοῦντι*, de Plan. Aeq. p. 7 *ισορῶρησοῦντι*, Aren. p. 320 *πειρασοῦμαι* etc. Ab Heraclide apud Eustath. p. 1557, 40 ut Dorica afferuntur ποιησοῦντι, ὀρθωσοῦντι, γελασοῦντι, βοασοῦντι.

c) Secunda persona subjectivi eandem contractionem patitur Epich. 143 *πορεύου*, 149 *διανοῦ*. Valde tamen dubium est, an ea fragmenta non sint genuina. In certiore ejusdem fragmento fr. 20 est *ᾠχεο*. — Coniunctivus aoristi passivi *ἐγδανεισθῶντι* est in Corcyr. 1845, in quo Siculos contractionem abstinentes videbimus.

d) Genitivus declinationis tertiae nominum in *ης et ος* vulgo hanc rationem sequitur in Theraeo nr. 2448, ubi *γένους, Ἱππερείδους, Πραξιτέλους, Αἰσοσθένους, Βωδοκράτους, Σωτέλους* (excepto uno Ἴσοκλεῦς). Apud reliquos omnes, qui ceterum contractionis in *ου* patientes sunt, genitivi in *ους* suspectiores sunt, ne vel infima aetate e vulgari lingua irreperint vel describentium culpa corrupti sint. Talia leguntur in recentibus titulis Anaphaeis nr. 2480 *Τελεσίγένους*, nr. 12 Ross. *Κρινοτέλους* (praeterea *εως*) in corruptissimis Locrico nr. 1751 *Ἀριστογένους* et Delph. 1703, quum in titulis ejus regionis sit *εος*, nec minus apud omnes reliquos populos, qui in verbis *ου* probaverunt. — In Ther. 2448 convenienter etiam genitivus pluralis *συγγενῶν* contractus est.

e) Genitivi pronominum ita contracti non solum *μου* in Theraeo 2448, sed etiam *ἐμοῦς, τεοῦς, τεοῦ* apud poetas Siculos sunt, vid. §. 32, 2. — Composita cum *θεός*,

νέος, *κλέος* nunquam apud Dorienses *ου* admittunt; nam *Νουμήμιος* in Calymn. 2671 est Iasensis nomen, et *νουμηνία* Pind. N. IV, 35 certe non e Doride petitum.

5) Eadem composita singulari quadam contractione, qua *εο* in *ει* transit, subinde affici videntur. Eo primum traxeris nomina propria in recentissimis titulis Laconicis (vid. §. 7, 1) *Ξειδέκτας*, *Ξείτιμος*, *Ξειμήδης*, *Ξείραμπος*, quae sunt pro vulgaribus *Θεοδέκτης* etc. At in his *ει* non esse, id quod voluit Boeckhiius ad nr. 1239, Laconica quadam mutatione (de qua e genuinis fontibus nihil constat vid. §. 22, 5) pro *ευ* positum neque contrahendo ex *εο* factum, facile inde apparet, quod Lacones paullo antiquiores non dixerant *σεός*, *Ξεοδέκτας*, sed *σεός* et *Ξιοδέκτας*. Itaque potius *εο* recentibus Laconibus in *ι* abiit, pro quo ex aetatis consuetudine *ει* scriptum est. Quae sententia confirmatur scriptura *Ξιδεκτας* et nomine *Ξιμηλίδης* in alio titulo Laconico C. I. nr. 1391 illis, nisi fallimur, paullo vetustiore. Nam nomen insoleptius, quocumque Boeckhiius *Ξειμήδης* et reliqua non conferenda esse ducit, a Lobekio Parall. p. 6 recte cum Laconico nomine *Θεομηλίδης* apud Pausaniam III, 14 componitur. — Deinde advoceris nomen *Κλειδικη*, quo appellatur Pindari mater in vita metrica, quod Eustathius Prooem. Comm. Pind. p. 15 contractione e *Κλειοδικη* natum dicit et Boeckhiius comparato nomine *Κλειδικος* apud Pausaniam I, 3, 2 et alios tuetur, cui addimus *Κλεισθένης*, *Κλειδημος*, alia. At, si conferas nomen *Κλεισθιδικη* Hom. h. Cer. 109, veram illorum rationem facile intelliges. Nam *Κλεισθιδικη* et *Κλειδικη* nata sunt e *Κλεσθιδικη* et *Κλέθδικη* (cf. *ἐλαξσίπελος* et *ἐλκεχίτων*) a verbo *κλέω*, *κλέψω*, neque aliter reliqua, unde factum est, ut *Κλησθένης* Cretice sit pro *Κλεισθένης*, vid. §. 25, 1. Minus recte de hoc nomine iudicat Buttmanus Gr. Gr. §. 105 Not. 21, quem vide praeterea contra contractionem illam in *πλείν*, *δείν*, *δοκείν* agnitam disputantem.

Jam non dubitabis, quin genitivus *Κλειφράτες* et similia, quae haud pauca in Torremuzzae inscriptionibus

Siculis Cl. XV leguntur, e *Κλευκράτης* etc. corrupta sint. Magis haerere licet in *ποιέμενος*, quod legitur in corruptissimo titulo Delphico nr. 1693, quum in Rossiano nr. 67, qui simillimus est neque tamen idem, *ποιεμ.σος* tradatur. Nam quod Boeckhius, Rossio dubitanter adstipulante, correxit *ποιεύμενος*, a Delphica dialecto alienum est. Neque tamen Rossii suspicionem, *ποιείμενος* fortasse Delphicae dialecto proprium esse, veram existimamus. Potius lacuna in Rossii apographo notata aliquam corruptelam indicare videtur.

6) Postremo vocales *eo* et *ew* non contractae servantur, maxime in septentrionali Graecia et (exceptis tamen futuris) apud Siculos. Genitivi et composita cum *θεός* etc. apud plerosque Doriensium solutionem praeferrunt.

a) Ad verba contracta pertinent: Amph. 1688 *εὐορκέοντι*, *ἐφορκέοιμι* et in reliquis Delphicis *συνεοδοκείοντος*, *συνεοδοκεύσας*, *συλέων*, *συλέοντος*, *στραταγέοντος* etc. (formae vulgari ratione contractae minus genuinae videntur); Phoc. 81 R. *ἐπιτειμέοντες*, *νοέοντες*, *φρονέοντες* et in alio Phocico apud Rossium p. 36 *βουλαρχέοντος*; Chal. 1567 *δαμιοργέοντος*; Aetol. 1756. 1757. 3046 *στραταγέοντος*, *συνεοδοκεύσας*, *κατοικέοντες*, *παρεκάλεον*. Deinde e Sicilia in titulo Alaesino *ἀκολουθέοντι*, Sophr. 74 *ποιέω*, 37 *ὕλακτέων*, Epich. 19 *συνδειπνέω*, *ἐπαινέω*, 51 *καλέομεν*, 56 *ποιέω*, 114 *ἀποχρέω* et cum synizesi 19 *ποιέω*, 98 *δονέω*, 23 *καλέοντι*, quare formae contractae (vid. nr. 4) suspectiores sunt. Neque minus apud Archimedem *ισορροπέοντι* et similia frequentantur. — Minus certa sunt, quae ejusdem generis in titulis Creticis suspectissimae fidei leguntur: 2554 *πολεμέων*, *πυλέοντα*, *ὠνεομένην*, *εὐορκέοντι*, *ἐφορκέοντι*, *ἐρευνέοντες* et 3047 *ἐπαινέομεν*, quum in iisdem primus contrahendi modus reperitur, deinde quae apud Philolaum et Pseudo-Pythagoreos, talium aman-tissimos.

b) Futuri non contracti nulla exempla reperiuntur praeterquam *ὄρκιξέω* et *ἐκπραξέω* in Amph. 1688; Siculi quoque contrahunt, vid. nr. 4.

c) In conjunctivo aoristorum passivi solutae formae frequentissimae sunt apud Archimedes, ut de Hel. p. 219 ἀποτμαθίωντι et περιενεχθίωντι, p. 220 ἀποκατασταθίωντι, p. 230 ἀναγραφίωντι etc.

d) Genitivi in εος a nominibus in ος et ης apud plerosque Dorienses non contrahuntur. Ita in Delp. Locr. 1763. Phoc. 85 R. Thaumac. Argiv. Hermion. Tegeat. Megalop. — Megar. Byzant. — Corcyr. Acarn. Ambrac. — Agrig. Gel. Acr. Iss. et Δεινωμένους in galea Hieronis. Item apud Sophronem fr. 79 est σκότεος, apud Timocreonem fr. 2 μέλεος cum synizesi. Severior quoque Doris in tabulis Heracleensibus έτεος profert, una voce Ἀριστομένιος antiquam formam non retinente. De genitivo plurali infra videbimus. Pronominum solutae formae afferuntur έμέος Sicula, τέοσ Cretica, τέο apud Alcmanem, vid. §. 32, 2.

§. 27.

De crasi.

Crasis apud Dorienses eandem legem sequitur, quam apud Iones, ut vocales secundum contractionis regulas jungantur. Quum prior vox in diphthongum exit, *i* et *v* ejiciuntur, ut vulgo fit. Jam vero quum in prioribus Doridis fontibus nullae voces crasin patiantur praeter articulum et conjunctionem καί, hae vocales coalescunt:

α - α in *ā* ut vulgo: τᾶλλα Petil. C. I. nr. 4 et Epich. 117, τᾶγαθά Amph. 1688, τᾶντά Cret. 2557, θᾶτεραι Epich. 23 e ται et Dorico ᾄτεραι, vid. §. 16; καπό Epich. 19. Sophr. 40, καίσιω Lysistr. 1243, κᾶνις Acharn. 800 etc. Cum sequenti *αι* (Dorice pro *ει*) καί in καί jungitur, quum accuratior ratio κα postulet, ut Brutt., Cret. 2554, 15 et Astypal. 2483, 13 (ubi καί δέ κα, quod Boeckhius in *αι* δέ κα mutat), καίκα Heracl. I, 53, Epich. 19, Theocr. III, 27.

α - ε in *η* secundum Doricam contractionis legem et

grammaticis testantibus ¹⁾, qui τῆμά afferunt e τὰ ἐμά. Nunc leguntur: Amph. 1688, 43 κῆπί, Cret. 2554 σῆπιος κῆπι et κῆς e καὶ ἐς, 3047 κῆπαιέομεν; Epich. 19 κῆπειτα, 42 κῆκτραπελογάστορας, 48 κῆκελήσατο (corrigen- da erant κᾶγώ 94, 17 et κένβάφια 46); Sophr. 6 κῆγώ, 29 κῆπεστα, 71 κῆκεκρατηρίχημες; Acharn. 701 κῆπειτεν, 753 κῆρουθραί, 756 κῆκ; Alecm. 52 (19) κῆπί, 56 (17) κῆν. Multa similia apud Theocritum leguntur, qui recte etiam κῆπε I, 97, κῆπέ II, 101, κῆτε II, 150 pro καὶ cum εἶπε, εἶπέ, εἶτε. Cum sequenti diphthongo εν lege contractio- nis accurate servata καὶ apud Dorienses in ην conjungi- tur; certe Epich. 23 in libris est κῆύγονοι, unde κῆύωνοι procedimus, et Theocr. IV, 31 κῆν, quum vulgo κᾶν- χούσα et similia scribantur.

α-η justa contractione coalescunt, ut χῆσεῖτε Ach. 713.

α-ι quam crasin in Dōride patiantur, non satis ap- paret. Nam χιπίδια Epich. 50 e corruptissima librorum lectione λιπίδια effectum est.

α-ο et α-ω secundum Doricae contractionis proprie- tatem in longum ᾶ coalescerent. Ejus tamen rationis ne ullum quidem vestigium reperitur, sed ω, ut vulgo, con- spicitur in his: Epich. 45. 60 χῶ pro καὶ ὄ, 27 χῶς (libri χος) pro καὶ ὄς, 31 καλλίγου, 40 κῶξύρουγχοι; Theocr. IV, 16 τῶσ τεα, II, 30 χῶς pro καὶ ὄς, IV, 30 κῶχτεο IV, 10 etc. Deinde κῶκτίρμονος Theocr. XV, 75 Meine- kius sine libris scripsit, nec spernendum est χῶ i. e. καὶ οἱ, quod in paucis libris legitur VIII, 28. IX, 4, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 29 not. 19. Ut apud Sapphonem κῶνκ fr. 1, 24, ita Epich. 19 κῶνδέν in libris scriptum est, cujus ad normam etiam κῶνποκα fr. 94, 15. 18 cor- rigendum duximus, quanquam in Theocriti libris κῶν I, 62, κῶνδέ II, 25, κῶνπω VII, 10 etc. scripta leguntur.

1) Choerob. Bekk. 1282 (Gaisf. 530, 15). παρὰ τοῖς Δωρικῶσιν εἰς ἠ κινῶται τὸ ᾶ καὶ ε, ὡς τὰ ἐμά τῆμά. Item Et. M. 201, 54, cf. Ann. Oxx. IV, 361, 27.

ο-α et ω-α justa contractione in ω coeunt²⁾, ut τῶβυσσον Lysistr. 174, τῶνδρες pro τοὶ ἄνδρες 1260 et in Hippocratis epistola (male τὰργύριον Lys. 174); τῶγαθοῦ Epich. 95, ἀπόλος Theocr. I, 87, τῶσύλω Cret. 2557 pro τῶ ἀσύλω, τῶντρῶ Theocr. XI, 44. τῶντοῦ Acharn. 756, τῶλλιον Theocr. XI, 12, αὐτός XI, 34, hae apud Epicharmum fr. 94 αὐτός, τῶντῶ, αὐτοὶ scribenda erant pro ὁ αὐτός, ταῦτῶ, αὐτοί. Si Boeckhius in C. I. nr. 29 recte restituit τὰργεῖσι i. e. τοὶ Ἀργεῖοι, ea crasis certe non Dorica est.

ο-ε et ο-ο secundum contractionis leges in mitiore Doride vulgari ratione in ου conjungenda sunt, ut τούναντιον Rhod. 2905, quare non tulimus τῶνυμα Epich. 27, contra severior Doris postulat ω, ejus generis multa leguntur apud Theocritum, ut ὤξ I, 65, ὤλαφος I, 135, ὠριφος V, 24. 30, ὠγῶ pro ὁ ἐγῶ II, 54 etc. Alienum est ὠτερος, quod scholiasta Theocriteus crasi Dorica factum dicit, quoniam Dorice ex ὁ ἄτερος natum est. Contra Laconicam dialectum peccat τοῦγκυκλον Lysistr. 1162.

ο-υ conjuncta reperiuntur in θυπέρθυρον in Chelidonismo, ut restituerant pro τὸ υπέρθυρον; nos malimus θούπερθυρον, quae est etiam Atticorum ratio, vid. Lob. ad Aj. 9.

De declinatione.

Praemonendum est, Doricae dialecto, quanquam grammaticis tacentibus, dualis numeri usum non magis familiarem videri quam Aeolicae. Unica ejus exempla, quae in fontibus paullo certioribus legere meminimus, sunt jurandi formula Laconica ναὶ τῶ σιώ, quae frequenter in Lysistrata, et ibidem v. 1310. 1318 ποδοῖν. Prae-

2) Greg. C. 190. τὸ κινᾶν τὸ ὁ ἄρθρον μεθ' ἑτέρου φωνήματος, ἤγουν τοῦ α ἢ τοῦ ε, εἰς ὦ μέγα καὶ τῶν Ἰώνων καὶ τῶν Λακωνίων ἰσχύει ὡς Θεόκριτος (add. I, 65).

terea nullum dualis vestigiū, ne apud Archimedes quidem, qui quam saepe eo numero uti potuerit, facile existimabis; nam pro ἐπιπέδων de Conoid. p. 290 e Basileensi et quinque codicibus ἐπιπέδοις reponendum est, quod idem in simillimo loco p. 292 legitur et saepius. Et sicuti apud hunc haud raro ipsum numerale δύο, quod dualem quam maxime postulare videtur, cum plurali jungitur, ita non minus in reliquis fontibus vel optimis. Ita in Heracl. leguntur δύο ἀπέχοντας I, 29. 31. 34, πόδες δύο II, 55. 56, θυῶν τριγύων II, 21, θυῶν χοινίκων II, 36 etc., in Rhod. 2525, b στεφάνοις δυοῖ et ἀτελείαις δυοῖ, Epich. 89 σκόροδα δύο καὶ γαθυλλίδες δύο et alia complura; simul intelligis, eodem pertinere numeralis vocis δύο in Doride declinationem pluralis terminationibus usam, θυῶν et δυοῖ vid. §. 34. Dualis terminatio servata est in ἄμφω et ἀμφοῖν, sed etiam hoc cum plurali jungitur Thucyd. V, 79 ἀμφοῖν ταῖς πολέσαι, cf. Cret. 2556 ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσι. Satis quidem constat, Atticae quoque dialecto simillimum pluralis pro duali usum licere, quare Doridis potissimum in hac re constantia et vocis δύο declinatione nitimur. Praeterea notatu dignum est Aristophanem, qui constanter duali τῶ σκέλη utitur, pluralem καττῶν σκελῶν admisisse in Dorico carmine Lysistr. 1259 et adeo in Attici hominis ore ibid. 1170 τὰ Μεγαρικὰ σκέλη commemorantis i. e. longos Megarensium muros vid. Meinek. ad Comm. Gr. III p. 451. Non saepius dualem verborum in Doricis fontibus reperiri docebimus infra §. 36, 5. Itaque hoc affirmare licet, Dorienses duali numero non omnino abstinuisse, sed rarissime tamen, multo certe rarius quam Atticos usos esse.

§. 28.

De declinatione I.

1) In terminationibus declinationis primae Doricam dialectum ubique longum α pro η exhibere supra docuimus §. 19, 2. In reliquis qualis sit ejus apud Dorienses ratio, haec paradigmata aperiunt:

Singularis:

Nom.	πύλα	γλώσσα	Ἀτρείδας
Gen.	πύλας	γλώσσας	Ἀτρείδα
Dat.	πύλα	γλώσσα	Ἀτρείδα
Acc.	πύλαν	γλώσσαν	Ἀτρείδαν
Voc.	—	—	Ἀτρείδα.

Pluralis:

Nom.	πύλαι
Gen.	πυλῶν
Dat.	πύλαις
Acc.	πύλας; (πύλας, πύλανς).

In tanta exemplorum copia exempla congerere non opus est. Jam adnotabimus, si qua aliquid explicationis desiderare videntur. Quae ad accentum pertinent, supra exposuimus §. 3.

2) Nominativi singularis masculinorum brevior forma, de qua vide L. I §. 20, 2, non aliena esset a Doride, si recte a scholiaste Theocriteo ad VIII, 30 ἄντα Doricum diceretur, aut Μύριλλα, architecti Syracusani, cujus Sophron meminerat, agnomen jure ab Eudaemone ¹⁾ huc relatum esset. At hoc ab Herodiano ²⁾ rectius pro muliebri nomine haberi videtur viro per ludibrium dato; illud Doricum male dicitur, quia apud Theocritum legitur.

Genitivum singularem masculinorum apud Dorienses in α exire grammatici saepissime testantur ³⁾,

1) Eustath. 1457, 24 ex Eudaemone Pelusiota de masculinis in α exeuantibus: καὶ Συρακούσιοι τὸ Μύριλλα, οὐ μνησθῆναι λέγει τὸν Σόφωνα, ἱστορῶν ὅτι τοῦ Συρακουσίου τούτου κύριον Δημόκοπος ἦν ἀρχιτέκτων· ἐπεὶ δὲ τελειουργήσας τὸ θέατρον μύρον τοῖς ἑαυτοῦ πολιταῖς δένειμε, Μύριλλα ἐπεκλήθη, cf. de homine Mülleri Archaeol. p. 81.

2) Ann. Ox. IV, 333, 7 ex Herodiano: περὶ τῶν τελικῶν τῶν ἀρσενικῶν: οὐ μὴν οὐδὲ τὸ ᾱ παραδειξόμεθα διὰ τὰ θηλυκὰ ἐπώνυμα, τὸ τε Κόπεινα καὶ Μύριλλα· ἢ τὰ ποιητικῶς μεταπλασθέντα· νεφέλη γιγῆτα Ζεὺς· ἱππότα Νίστωρ.

3) Et M. 11, 11 — 35, 37 — 154, 5 — 552, 54, Et. G. 359,

neque alia forma in certioribus Doridis fontibus reperitur, nisi forte per errorem describentium. Ita praeter ea, quae Boeckhiius in titulis correxit, male *Εὐηθίδου* legitur in Thaum. 1772, ubi quum Leakii apographum *ou* omittat, haud dubie *Εὐηθίδα* restituendum est. Exeusa-tionem habet *Δρακοντίδου*, peregrini Iasensis nomen in Calymn. 2671. Errore *Πηληιάδαο* Doricum dicitur in Ann. Oxx. I, 346, 26 et Et. Gud. 456, 38; neque magis credimus Boeckhio in antiquo titulo Theraeo nr. 13 *Ἰσοκλείδαο θετὸν* sc. *υἰὸν* ex *Ἰσοκαη* || *ιασθετον* restituenti. — Mira genitivi forma est *Ψύλλας* in Corcyr. 1845, 36. 37. 40. 43. 50 etc., cujus nominativus *Ψύλλας* legitur l. 5, dativus *Ψύλλᾳ* l. 111. 123. Boeckhiius singulari quadam Corcyraeae dialecti ratione *Ψύλλας* pro *Ψύλλα* dictum idque in *Ψύλλας* contractum existimat. At potius l. 5 nominativum *Ψύλλα* restituendum et feminam intelligendam esse, certissime inde apparet, quod ibidem tribus significatio *ἄλλῃς* feminino genere additur, cujus in locum Boeckhiius *ἄλλεύς* rescribere coactus est.

Dativus singularis nunquam iota subscripto caret, nisi in titulis vel recentissimis vel minore fide descriptis, vid. §. 22, 8.

3) Genitivus pluralis et grammaticis 4) et innumeris exemplis docentibus in *ᾶν* circumflexum exit, quod est ex antiqua terminatione *ων* contractum, ut *τιμῶν*, *τεχνιᾶν*. Non adjectivorum feminina excipiuntur, quae in vulgari lingua accentu eundem cum masculinis sonum affectant, ut *ἄκρῶν*, *ἀμφοτερῶν* pro femininis *ἄκρων* et *ἀμφοτέρων*, vid. §. 3, 6. Ipsa terminatio *ων* errore

31, Choerob. Gaisf. I. 30, 25. Ann. Oxx. I, 258, 21, III, 229, 27 ex Herodiano, IV, 201, 30, Eustath. p. 12 extr. — 1396, 25, Scholl. Pind. Ol. III, 56.

4) Choerob. Bekk. 1184, J. Gr. 242, b, Gr. C 226, Leid. 636, Meerm. 656, Vatic. 692; Procl. ad Hesiod. p. 46, b, Drac. p. 110. 10, Ann. Oxx. III, 241, 11 *ἄκρων* (leg. *ἄκρῶν*) pro *ἄκρων*, Ann. Oxx. I, 278, 19 *Ῥηγιὸν μοισᾶν* (leg. *Ῥηγιὸν μοισᾶν*) vid. §. 14, 3, etc.

Dorica dicitur ⁵⁾, nec minus Ionica *εων* ⁶⁾. Vulgaris terminatio describentium vitio in titulis corruptioribus subinde legitur, ut Corcyr. 1845, b. 35 *τεχνιῶν*, quam l. 16. 41 recte sit *τεχνιῶν*, Herm. 1193, 20 *ἐκατέρων πολιῶν*, quod Boeckhius non debebat relinquere, Lacon. 1334 *Γερρονθρατῶν* ab eodem retentum etc.

Dativus pluralis in titulis omnibus vulgari terminatione *αις* utitur. Longior forma *ταῖων* legebatur Lysistr. 1268, ubi nunc *ταῖς* scriptum est. Non dubitamus, quin etiam Epicharmo illa uti licuerit, ut simili terminatione in declinatione secunda.

Accusativus pluralis plerumque vulgarem formam tenet; pars Doriensium ultimam corripiebat, quod idem omnibus poëtis Doricis licuisse videtur, vid. §. 21, 1; pars Cretensium et antiquiores, ut videtur, Argivi, antiquissimam terminationem *ωνς* retinuerant, vid. §. 14, 1.

4) Composita cum *λαός*, quod Dorice in *λας* contrahitur (vid. §. 24, 6), primam declinationem sequuntur, ut Gen. *Ἀρκεσίλα* Argiv. C. I. nr. 2, *Ἀριστόλα* Lacon. 1457, Dat. *Ἰόλα* Pind. III, 36, *Μενέλα* N. VII, 28, Accus. *Ἀρκεσίλαν* Astypal. 2483, Voc. *Πρωτεσίλα* Pind. Isthm. I, 58.

§. 29.

De declinatione II.

1) Vulgaris Doris in hac declinatione ab Attica dialecto nihil differt. Severior Doris genitivum singularem in *ω* terminat, vid. §. 25, 3, et plerumque accusativum pluralem masculinorum et femininorum in *ωνς*, vid. §. 20, 2. d. Idem in nonnullis vel severioris vel mitioris Doridis generibus in *ος* corripitur, vid. §. 21, 1 et

5) Et. M. 40, 52 *Δωρικῶς αἰχμητῶν*, cf. Et. G. 317, 60. — Ann. Oxx. I, 278, 17 Laconicum dicitur *μωσῶν*, corr. *μωσῶν*.

6) Et. M. 40, 59 — 507, 14 — 577, 44, Et. G. 23, 36 — 386, 6, Ann. Oxx. I, 23, 26 — 239, 1 — 382, 11.

de accentu §. 3, 5. Postremo pars Cretensium et antiquiores, ut videtur, Argivi ejusdem vetustissimam terminationem *ος* retinuerant, vid. §. 14, 1. Itaque hoc paradigma, unde neutrorum quoque rationem facile intelliges, Doricam declinationem refert:

Singularis.	Pluralis.
Nom. ἵππος	ἵπποι
Gen. ἵππου, ἵππω	ἵππων
Dat. ἵππῳ	ἵπποις
Acc. ἵππον	ἵππους, ἵππους, ἵππος, ἵππους
Voc. ἵππε	—

2) Pauca praeterea adnotanda sunt. In dativo singulari nunquam iota subscriptum negligitur nisi per errorem, ut Ther. 2448. V, 30, aut in titulis recentissimis. In Cretico titulo nr. 2556, 3. 39 pro dativo legitur antiquus locativus ἐν Πριανσιῶι a Πριανσιῶς ut οἶκοι, Ἰσθμοῖ ab οἶκος et Ἰσθμός, sed hic memorabilem in modum etiam cum praepositione junctus. Confer ἐν Ἰσθμοῖ Simonid. fr. 209 Schn., quod Meinekius in Delect. Anthol. p. 189 non debebat in ἐν Ἰσθμῶ mutare. — Dativi pluralis longior forma saepe apud Epicharmum legitur, ut fr. 24 γαυλοῖσιν, 35 τούτοισι, 71 Ἀχαιοῖσιν, 97 αὐτοῖσιν, 98 λόγοισι, item Lysistr. 1180 τοῖσι — ἀμοῖσι. Itaque antiquiorem Doridem non minus quam Atthidem plenior formam admisisse putamus; neque enim Epicharmus ex epica lingua quidquam assumpsisse videtur.

Attica, quae vocatur, declinatio in substantivis appellativis et in adjectivis a Doride aliena est. Quae voces eam sequi solent, apud Dorienses reliquorum, quae secundae declinationi obtemperant, terminationes exhibent, aut aliis simul rebus diversae, ut λαός, ναός, ἀνάγειον pro λεώς, νεώς, ἀνάγειον (vid. §. 22, 5), aut sola terminatione, ut λαγός in Helotibus (inter Laconica opinor) secundum Athen. IX, 400. C; λαγοί Epich. 36 ab Attico λαγώς, γλυκύκρεον Sophr. 54, ἀξιοχρεῖσι Ther.

2448. V, *ιλίος* accusativus pluralis Cret. 2555 extr., quam hic miramur, quod non *ιλίος* scriptum est, *ἐκπλεος* Heracl. II, 32, unde Timocreonti fr. 1 *ὑπόπλεος* restituumus pro *ὑπόπλεως*. Pro Attico *ἔως* Doricum est *άως*, quod tertiam declinationem sequitur. Quomodo *Κῶς*, Doricae insulae nomen apud ipsos Dorienses flexum sit, non apparet. Neque tamen dubitamus, quin et in hoc et in aliis nominibus propriis, ut Cretico *Τάλως*, Doris cum Atthide non discrepauerit, cf. §. 30, 8.

§. 30.

De declinatione III.

1) In univcrsum casuum terminaciones excepto dativo plurali non differunt a vulgaribus. Nominativus singularis in paucis quibusdam singulari usu *ς* assumit, ut *μάκαρς* pro *μάκαρ* Alec. 64 (66), quocum conferas *Περίηρς*, quod quum pro *Περίηρης* apud Alcmanem legi referat Herodianus in Et. M. 663, 55 (nomen proprium esse intellexit Schneidewinus Conjj. Critt. p. 9), noli syncope inaudita natum putare, sed eandem compositionis rationem agnosce, quae est in plurali *ἐρίηρες*. Deinde nominativo *χέρς* usus est Timocreon fr. 6; vulgo tamen etiam Dorienses *χείρ* dixisse videntur, quod est apud Epicharmum fr. 118. Accedente sigma *ν* excidit in *ἄρσης* pro *ἄρσην*, si id recte legitur in recenti titulo Laconico nr. 1454 et in *μής* vel *μεις* pro *μήν*, vid. §. 31. — De Cretico et Argivo *τιθένης* pro *τιθείς* diximus §. 14, de *χαρίης* et similibus in severiore Doride §. 20, de correpta ultima in *Αἴās*, *χαρίες* pro *χαρίεις*, *Φυκός* pro *Φυκούς* §. 21.

2) Genitivus pluralis ubique, ut vulgo, in *ων* exit. Nec recte Epicharmo hexameter tribuitur; in quo est *Σειρηνάων* pro *Σειρήνων*¹⁾, neque incorrupta esse vi-

1) Scholl. B. V. II. τ, 1. ἑσάων· Βοιώτιος ἢ φωνή· ποιῶσι δὲ καὶ ἀπὸ τῶν εἰς εἰς ἄρσενικῶν· Ἄρτεμι Κρητῶν πότνια τοξοφό-

dentur *τραπεζητῶν κυνῶν* Ibyc. 40, *τῶν αἰγῶν* Theocr. V, 145, *τῶν λευκῶν αἰγῶν* VIII, 49 pro *κυνῶν*, *αἰγῶν*, quae facile a librariis ad vicinarum terminationum similitudinem conformari poterant. Si tamen sunt ab ipsis poëtis profecta, certe nihil est cur Dorica existimemus.

3) Dativus pluralis vulgo in titulis vulgarem terminationem *σι(ν)* non relinquit, quae legitur in Tegeat. Rhod. Ther. Messembr., Corcyr. 1845, 60. 93 *αἰρεθῆσι*, Cret. 2556 *διδῶσι* et *προγεγονόσι*, 2555 *εὐορκῶσι*, 2558 *εἰσάγωσι* et *ἐξάγωσι* (in quibus *ω* pro *ου* est secundum §. 20, 2. b), nec minus *χερσίν* apud Sophronem fr. 65. — Longior terminatio *εσσι(ν)* sola regnat in decreto Amphictyonum nr. 1688, ubi l. 39 *ἱεροναμόνεσσι*, l. 21. 44 *πάντεσσι*, quocum conferas *πάντεσσι* in oraculo Delphico apud Demosthenem Mid. p. 531; deinde in Corcyr. 1845, 39. 63 *Ἀρμάτεσσι*, loci cujusdam appellatio eandem ser-

ρον. — *Λαοὶ τοξοχίτωνες ἀκούετε Σειρηνάων, Ἐπίχαρμος. καὶ ἀπὸ τῶν εἰς ὄς· καλοὶ νησῶων ἀστέρες.* — Schneidewinus versum Sirenum fabulae addendum censuit post Eustath. Prooem. p. 53, quanquam heroicorum versuum ab Epicharmo intermixtorum nullum aliud vestigium extat. Et ipse genitivus *Σειρηνάων* a Dorica Epicharmi dialecto, quae ne in prima quidem declinatione eam terminationem admittit, alienissima est. Convenit Callimacho, qui *νησῶων* ausus est Hymn. Del. 66. 275 et reliquorum fragmentorum supra propositorum auctor habetur a Naekio et Schneidewino, neque de alia medii fragmenti origine quisquam suspicaretur, nisi Epicharmi nomen additum esset. Jam vero simillima ratione in Excerptis ex Herodiano Ann. Oxx. III, 354, 21 Simonidi tribuuntur verba *ἐπίκικοι δρομέσι*, quae a Callimacho Simonidis epiniciis in cursores inscripta fuisse Schneidewinus (*ἐπινικοι* simul restituens) egregie demonstravit Exercitt. Critt. p. 20. Deinde Callimachus libris a se editis haud raro epigrammata praeposuisse videtur, quo pertinent Epigr. 6 in Creophyli *Οἰχαλίας ἄλσων* et fr. 92 Bentl. *ἀκούσαθ' Ἰππώνακτος· οὐ γὰρ ἄλλ' ἦνω.* Itaque hexametrum illum ex epigrammate a Callimacho Epicharmi Sirenibus praeposito sumptum censemus. Ceterum *τοξοχίτωνες*, quod Schneidewinus satis audacter novatum arcubus armatos significare censet, nos quidem a librario antecedentis vocis *τοξοφόρων* recodatione decepto male pro *χαλκoxίτωνες* scriptum arbitramur.

vavit. Epicharmi fragmenta illam solam offerunt, fr. 9 *ρίνεσσι*, 156 *γυναϊκάνδρεσσι*; apud Sophronem fr. 99 est *τροματίζόντεσσι*; apud Archimedem longior forma brevior frequentior est, ut de Hel. p. 217 *κομισθίντεσσι*, p. 220 *διαστημάτεσσι* (unde corrigas *διαστήμασσι* p. 253. 254), Aren. p. 331 *κεκοινωνηκότεσσι* et *μεταλελαβηκότεσσι* etc. Apud Thucydidem V, 79 *πολίεσσι* est in bonis libris, unde corrigas *πολλέσι* V, 77. Pseudo-Pythagorei eandem formam frequentant, ut Archytas in Stob. Floril. I, 74. 79 *πάντεσσι*, III, 76 *μαθημάτεσσι*, *ἀκροαμάτεσσι*, *πραγματέσσι* etc. Haud raro alterum σ omissum est, ut *παρέόντεσι* CXV, 27, *θρεμμάτεσι* XLVI, 61 etc., quae non minus falsa sunt quam *μαθημάτεσι* III, 76, cui nunc e cod. A alterum σ accessit. Recte etiam *πολλέσι* Pind. Pyth. VII, 9 a Boeckhio damnatum est.

In tabulis Heracleensibus terminatio *ασσι(ν)* sola reperitur: *ἔτασσι* I, 56 pro *οὔσι*, *ὑπαρχόντασσι* I, 127, *πρασόντασσι* I, 110, *ποιόντασσι* I, 2 (de *ν* *ἔφελλ.* vide §. 10, 12). — Jam igitur, quum in titulis Alexandri aetatem superantibus sola longior terminatio *ασσι* vel *εσσι* reperiat, neque aliter apud Epicharmum, dubitare licet an brevior terminatio *σι* recentiore demum tempore in Doridem invecta et *χερσιν* apud Sophronem pro corrupto habendum sit. Sed quum utraque terminatio jam antiquissimis temporibus apud Graecos in usu fuerit et quum Aeoles quoque utraque eodem tempore usi sint, vid. L. I §. 23, 3, quidquam affirmare non audemus.

Postremo in titulo Delphico nr. 1693, l. 3. 7 et in simillimo Rossii nr. 67, l. 13. 25 leguntur dativi *ἀγώνοις* et *ἐντυγχανόντοις*, in alio Delphico, quem edidit Curtius Mus. Rhen. Nov. II p. 114 *λαμίοις* pro *λαμιεῦσι*, *λαμίεςσι*, et in Aetolorum ad Milesios epistola, cujus initium servavit Aristophanes grammaticus apud Eustath. p. 279, 40, *γερόντοις*, postremo *παθημάτοις* in versu ab eodem Aristophane allato, quem comici cujusdam poëtae esse hominem Aetolum inducentis Meinekius aspicatus est Comm. IV p. 626. Jam egimus de singulari illa

forma L. I §. 54, 3 eamque septentrionali Graeciae propriam et contractione quadam e longiore ἀγώνεσσι etc. natam indicavimus. Nunc in Tauromenitano titulo Franzii saepe repetitos legimus dativos *ἱερογραμμαμόνοις* et *σιτοφυλάκοις*. Ceterum quum in antiquiore Amphictyonum decreto nr. 1688 terminatio *εσσι* sit, formam in *οις* paullo recentiore tempore in usum venisse conjicimus.

4) Male grammatici tradunt ²⁾, accusativi pluralis terminationem *ας* in Doride vocalem producere, id quod ex accentus ratione Dorica, de qua vide §. 3, 4, collegisse videntur. Productionis neque ullam exemplum reperitur et corripunt ultimam, ne plura afferamus, apud Epicharmum fr. 23 *λεπάδας, μύας, σωλήνας*. Ulterius progressus scholiasta Theocriteus adeo nominativum pluralem declinationis tertiae in *αι* exeuntem somniavit.

Quam accentus rationem Dorienses in hac declinatione propriam habeant, vide supra §. 3.

5) Vocum earum, quarum stirps in *ι* desinit, haec est declinatio:

Singularis genitivus vulgo in *ιος* exit, ut πόλιος Heracl., οικήσιος Amph. 1688, κρίσιος Rhod. 2905, φύσιος Epich. 135, etiam in titulis paullo recentioribus, sed minus corruptis. Atticum διαλύσειος in Ther. 2448. VIII, 4 nobis suspectum est. In Phocico Rossii nr. 81 est ἀναθέσειος, in recenti Gretico nr. 2567 πόλειος. — Dativus in antiquioribus titulis habet terminationem *ι*, quae est ex *ιι* contracta: πόλιι Heracl. I, 108, *Ανγδάμι* et *Σχινούρι* Corcyr. 1840. Eadem rectius scriberetur Acharn. 721 et Thucyd. V, 77. 79, ubi libri πόλει praebent. Vulgaris forma est in titulis Alexandri aetate re-

2) Scholl. Π. ε, 371. οἱ Ἀωρεῖς ἀπεναντίας τῇ κοινῇ διαλέκτῳ τῶν μὲν εἰς εἶς εὐθειῶν πληθυντικῶν ληγουσῶν τὰ δυϊκὰ (leg. τὰς αἰτιατικὰς) διὰ τοῦ ᾠ μακροῦ ἐκφέρουσι, τῶν δὲ εἰς αἶ τὰς αἰτιατικὰς διὰ τοῦ ᾠ βραχίους ἐκφέρουσι. Eadem docent Eustath. 558, 23 et Drac. 10, 17, eundem Homeri locum spectantes. — Scholl. Theocr. I, 109 vid. §. 3 not. 10.

centioribus, ut ἀναγορεύσει Rhod. 2525, b, παρευρέσει et πόλει Corcyr. 1845, παρευρέσει Ther. 2448 etc.

Pluralis Nominativus apud antiquiores Dorienses in *εις* exit: Epich. 5 μάντιες, 30 πρήστιες, Lysistr. 981 πρυτάνιες, Thucyd. V, 77. 79 πόλεις. — Genitivus vulgo in *ων*, ut πολίων Herm. 1193, πρυτανίων Astyp. 2484. 2485, ὑποθεσίων Archim. Aren. p. 319. Quod in Cret. 2556, 52 πόλεων scriptum est, miramur. — Dativus apud antiquiores in *εσσι*, ut πολίεσσι Thucyd. V, 77. 79; in titulis infra Alexandri aetatem est vulgaris forma, ut πόλεσι Herm. 1193, Cret. 2556, πρυτάνεσι Rhod. 2905, ἐπιχύσει Rhod. 2525, b. — Accusativus vulgo in *ιας*, ut κρίσιας Corcyr. 1845, πόλιας Cret. 3053, ἐμμανίας Cret. 2555, ἀποδείξιας Archim. Aren. p. 320.

Itaque hoc est hujus declinationis schema :

	Singularis.	Pluralis.
Nom.	πόλις	πόλεις
Gen.	πόλιος	πολίων
Dat.	πολιῖ, rec. πόλει	πολίεσσι, rec. πόλεσι
Acc.	πόλιν	πολίας.

Vides, ubique *ι* teneri praeterquam in dativi pluralis brevioris forma, ubi πόλεσι cacophoniae causa evitatum est. Quare quanquam ea non reperitur in fontibus Alexandro antiquioribus, non videtur tamen ex Attica dialecto assumpta esse, sed, si quidem antiquior Doris brevior terminatione usa est, eam non *ισι* sonuisse persuasum habeto. De *ει* pro *ι* in dativo singulari a recentiore Doride assumpto vid. §. 22, 3.

Sequuntur hanc declinationem haud pauca nomina propria, quae vulgo *δ* asciscerent: Gen. Πάριος Pind. P. VI, 33, Θέτιος Ol. IX, 32 etc., Σατήριος fem. Delph. 1705, Ἴσοπόλιος Anaph. 1 R. Ἀριστοπόλιος Taurom. apud Torremuz. VIII, 6, Λευκάσπιος (ut corrigimus pro Λευκασπιος) Cyren. 6, Dat. Λυγδάμι et Σχνοῦρι, loci nomen Corcyr. 1840, Σαράπει, Ἴσει, Ἀνούβει Ambr.

1800 et *Σαράπει* Phoc. 81 R. Idem fit in omnibus nominibus propriis virorum, quae more Doribus consueto longiorem terminationem *ιας* in *ις* corripunt. Eo pertinent *Ἄγις*, Laconicum nomen notissimum pro *Ἀγίας*, *Φίνις* Pind. Ol. VI, 22 pro *Φιντίας*, *Λύσις*, Pythagoreus, pro *Λυσίας*, et genitivus *Λύσιος* Cyren. 2, *Δείνις* pro *Δεινίας*, unde Gen. *Δεινίος* in Cyrenaico titulo minore et Pind. Nem. VIII, 16, *Ἀνάξιος* et *Ἀναξίω* Cyren. 5, *Ἀριστις* et *Δέξις* Cyren. 6 (illud etiam Theocr. VII, 99), *Δάμιος* Gen. in Cyrenaico minore, *Κάλλις* Herm. 1211, *Νίκις* Delph. 1705, Herm. 1205 et *Νίκιν* Herm. 1197, *Φάνιος* Cret. 2557, *Σώσιος* in titulo Acrensi et Cyren. 4 etc. Vulgo ejus generis nomina apud scriptores non Doricos δ asciscunt, ut *Ἀγιδος*, *Λύσιδος*, cujus generis *Νικιδος* legitur Herm. 1210. Ceterum, id quod obiter adnotamus, male *Ἄγις* cum acuto scriptum est apud Thucydidem V, 24, ubi recte Goellerus circumflexum restituit (temere Poppone iudice), *Λύσις* apud Diog. Laert. VIII, 42 et sic saepe. — In substantivis appellativis δ retinetur, ut *πενταετηρίδα* Heracl., *τριετηρίδα* Rhod. 2525, b, *ἀσπίδος* Amph. 1688, Epicharmea *κουρίδες*, *σκιαθίδες*, *θυνηίδες*, *σμαρίδες* etc., nec recte grammatici de dialectis ³⁾ ita praecipiant, ut δ ubique ejectum esse videatur. In adjectivis cum *πόλις* compositis vix unquam assumptum est, ut *μεγαλοπόλις* est apud Pindarum; nominum propriorum genitivos *Ἰσοπόλιος* et *Ἀριστοπόλιος* supra attulimus. Ceterum, quantopere nomina propria ad hanc declinationis rationem inclinaverint, maxime docet genitivus *Λευκάσιος* Cyren. 6, quum *ἀσπίς* δ retineat.

6) Nomina in *ος* et *ης* (Gen. *εος*) in antiqua Doride contractionem non patiuntur, praeterquam in dativo singulari; *θέρει* quidem iambum efficit apud Epicharmum fr. 34. Reliquorum casuum exempla sunt: *Δεινομένεος* in gal α Hieronis C. I nr. 16, *σκότεος* Soph τ . 79, *μέλεος*

3) J. Gr. 242, b, Gr. C. 311, Meerm. 656, Vatic. 693, qui Homericum *Πάριος* apponunt.

Timocr. 2, *τριήρεις* Lysistr. 172, *κοριοειδέες* et *ἐριθανοίδες* Epich. 26. 33. 50, *ἑυμάρεα* Epich. 23, *κίρφεα* Sophr. 45. Retinuerunt eum usum maxime Cretenses, in quorum titulis etiam ea servatur: *Μενεαία* 3052, *τέλεα* 2556; adde *Κρητογενία* 2554, 176 et *φούδια* pro *ψευδή* apud Photium, quae i pro e errore scriptam habere videntur, vid. §. 17, 3. De *βιοπλανές* pro *βιοπλανεύς* vid. §. 21, 3. Plerique tituli, etiam tabulae Heraeleenses, reliquos casus contrahunt praeter genitivos, ut *Ἐτεος* et *χαράδεος* (a *χάριδος* pro *χέραδος* vid. §. 16) Heracl. (singulare est *Τιμοκράτιος* I, 118), *Ἀριστομένης* Corc. 1845, *Ἀριστομένη* ibid., *ἔτη* Heracl. Corcyr. *Ἐτέων* Heracl., *ἀφανέων* Aetol. 3046. — Genitivus singularis in *εως* contrahitur maxime in titulis Rhodiis, Astypalaeensibus, Cyrenaeis, ut *ὄρεως* Rhod. 2905, *Μοιραγένεως* Astyp. 2483, *Εὐφάνεως* Cyren. 7. 8, quae genitivi terminatio grammaticis prae ceteris Dorica est⁴). Vulgari ratione genitivus potissimum in Ther. 2448 contractus legitur, ut *γένους*, *Πραξιτέλους*. Iidem tituli, qui genitivum singularem, reliquos quoque casus eosque vulgari ratione contractos exhibent, ut *ἐτώων* Rhod. 2905, *συγγενῶν* Ther., *ἀσφαλείς* acc. Ther. 2448. III, 11. Accuratius de genitivi singularis contractione supra disputavimus §. 26. Itaque hoc paradigma statuendum est:

Singularis.

Nom.	<i>γένος</i>	<i>συγγενής</i> n. <i>συγγενές</i>
Gen.	<i>γένεός</i> , Rhod. etc. <i>γένεως</i> , Ther. <i>γένους</i>	<i>συγγενέος</i> , Rhod. etc. <i>συγγενεύς</i> , Ther. <i>συγγενοῦς</i>
Dat.	<i>γένει</i>	<i>συγγενεῖ</i>
Acc.	<i>γένος</i>	<i>συγγενέα</i> , rec. <i>συγγενῆ</i> n. <i>συγγενές</i>
Voc.	—	<i>συγγενές</i> .

4) Choerob. Bekk. 1236, J. Gr. 242, b, Gr. C. 298, qui Homericum *Λιογένεως* apponunt; de *ἐρίβειος* Et. G. 273, 27 etc.

Pluralis.

Nom. γένεα, rec. γένη	συγγενέες, rec. συγγενεῖς (συγγενές) n. συγγενέα, rec. συγγενῆ
Gen. γενέων, Rhod. Ther. etc. γενῶν	συγγενέων, Rhod. Ther. etc. συγγενῶν
Dat. γενέεσσι, γένεσι	συγγενέεσσι, συγγενεῖσι
Acc. γένεα, rec. γένη	συγγενέας, rec. συγγενεῖς n. συγγενέα, rec. συγγενῆ.

Dativi pluralis exemplum in purioribus fontibus legere non meminimus; itaque secundum analogiam finximus. Longiore forma *γενέεσσι* antiquiores Doros usos putamus. — Non Dorica sunt heteroclita, quae in recentibus titulis leguntur: *Θηραμένου* in Pholegandrio Rossii nr. 29, *Φερεκράτου* Anaph. nr. 7 R. (*Ἐχεκράτου* in Ther. 2448. III, 21, quod contra ipsius tituli consuetudinem peccat, corruptelae suspectum est); deinde *Ἀριστομένην* Anaph. 2478, *Στρατοκλήν* Astyp. 2488, *Διομήδην* in marmore Farnesiano etc., vocativus *Σωκράτη* et similia Argiv. 1148 seqq. Contraria ratione peccant *Βασιλείδεις* in titulo Coe nr. 2513 et Rhodio 2546, *Σαμιάδεις* Rhod. 2534, et ipsa recentia atque ab Ionibus, si quid videmus, accepta. Nam Doricum *Βασιλείδας* haud facile ad tertiam declinationem delabi poterat.

Voces cum κλέος compositae ubique ε ejiciunt: Nom. *Ἡρακλῆς* Sophr. 27. 100 etc. — Gen. *Ἴπποκλέος*, *Διοκλέος* etc. in Tegeat. Megalop. Hermion. Megar. Acarn. Corcyr. Cret. Agrig. Gel. Acr., et contracte *Σωσικλεῦς*, *Χαρικλεῦς* in titulis Rhodiis, Cyrenaeis etc. vid. §. 26, 3; nunquam *Σωσικλοῦς* vel similia leguntur. Pindarus adeo κλέος dixit pro κλέος secundum Scholl. Nem. II, 77, Et. M. 517, 25, Et. G. 326, 3. — Dat. *Φαινοκλεῖ*, *Θαμικλεῖ* Corcyr. 1840 etc., Acc. *Μενεκλέα* Cret. 3052. Vocativi exemplum in purioribus fontibus non reperitur; sed videtur *Ἡρακλες* Doricum esse. — Plenior forma in titulis recentibus vulgaris linguae est, ut Ther. 2557 *Ἴσοκλέους*, 2473 *Σωσικλέους*. E Timocronte *Θεμιστοκλέους*

expellendum erat et *Θεμιστοκλή'*, quae forma non minus a Doride aliena est.

Neutra in *ας* apud Dorienses τ abjicere ut *κέρως*, quae ratio omnino antiquior est, docent J. Gr. 242, b, Gr. C. 311, Meerm. 656, Vatic. 693. Vix recte *δέρος* et *κῶος* Dorica esse traduntur pro *δέρας* et *κῶας* in Et. M. 257, 9.

6) Voces in *υς* (gen. *εος*) contractionem ne in nominativo quidem et accusativo pluralis admittunt, ut *πρέσβεις* in decreto Agrigentinarum, *τραχέες* Epich. 110. Minus Doricum est *πρέσβεις* Lysistr. 1102. Vulgari quoque linguae commune est τὰ ἡμίση Ther. 2448. VI, 17. Ejusdem vocis nova forma τὸ ἡμισον legitur in Rossii titulis Phocicis nr. 73 et 74, b. Neutrum pluralis τὰ θήλεια Ther. 2448. II, 29 Arati usu v. 1068 sustinetur, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 62 not. 3.

7) Nomina in *εως* teste Prisciano 5) Dorienses *εω* in η mutantēs *Τύδης*, Voc. *Τύδη*, Acc. *Ὀρφην* proferebant. Sed Antimachus et Ibycus, quos apponit, non sunt genuinae Doridis auctores, neque in purioribus fontibus ullum exemplum reperitur, quod aliquo jure eo trahi possit, nisi forte Hesychianum *ἀντιβολήρ*, *στρωτήρ μικρός*, quod Laconice pro *ἀντιβολεύς* esse videtur. Certius *ιερός* pro *ιερεύς* est in dialecto Arcadica, vid. L. I §. 53. Vulgo apud Dorienses nominativus in *εως* exit et per reliquos casus in hunc modum flectitur:

Singularis genitivus in *εος*: Argiv. 1120 *Κρηθείος*, Megar. et Calaur. 1188 *βασιλέος*, Delph. 1693 *Λαοδικέος*, Acarn. 1793 *γραμματέος*, Coreyr. 1845 *Μαχανέος*

5) Priscian. I p. 283 de Achilles, Ulixes: „in quo Dores sequimur, qui pro *Φυλείς Φύλης*, pro *Ὀρφεύς Ὀρφης* et *Ὀρφη* dicunt, pro *Τυδεύς Τύδης*. Sic Antimachus in I Thebaïdos: *Τύδης τε Οἰνείδης*. Et vocativum in ē productum: *τὸν καὶ φωνήσας προσέφησεν Οἰνείδη Τύδη* teste Herodiano; qui hoc ponit in primo Catholicorum. Similiter Ibycus *ὀνομάκλυτον Ὀρφη*“ (vid. Schneidewitz ad Ibyc. fr. 22, qui multa bene correxit).

etc. **Contractio**, quae a grammaticis ⁶⁾ Doridis esse dicitur in *Ἰδομενεύς*, *Ὀδυσσεύς* (quae sunt HomERICA), nusquam reperitur. Attica terminatio *εως* praeter titulos dubiae fidei et valde recentes etiam in Rhodiis nr. 2525, b et 2905, ceterum satis puris, sola regnat, ut *ἱερέως*, *βασιλέως*, *Μακαρέως*. — **Dativus** nihil differt a vulgari ratione, ut *ἀμφορεῖ* Epich. 91. — **Accusativus** apud Dorienses in *η* exire refertur ⁷⁾, eaque terminatio vulgo in titulis apparet, ut *βασιλῆ* Rhod. 2905, *Ἀλεξανδρῆ* Rhod. 2525, b, *Λαοδικῆ* Chal. 1607, *Πατρῆ* Acarn. 1793, nec dubitamus, quin pro *βασιλῆα* Delph. 1693, quae forma a Doride abhorret, *βασιλῆ* restituendum sit; ibidem est *Λαοδικέα*.

Pluralis nominativus aliquoties non contractus reperitur, ut *Πριανσιέες* Cret. 2556, 46, *ὑπογραφέες* Acr. 3, *τομέες* Archim. de Hel. p. 244. Saepius in titulis vulgaris forma legitur, ut in Rhod. *Πριανεῖς*, *Hermion. Chal. Delph.* Post contractionem extrema syllaba correpta est in *Πριανσιέες* Cret. 2556, 30 et *ιαρές* Cyren. 7, vid. §. 21, 3. — **Genitivus** ubique fere in *ων*; in Chal. 1567. et *Χαλειώνων* et *Χαλειῶν* legitur. — **Dativus** *Πριανσιεῦσι* Cret. 2556, (*πρυτα*)*νεῦσι* a rariore *πρυτανεύς* Boeckhio supplente Rhod. 2530, *Λαμείοις* Delph. vid. supr. nr. 3. Callimacheum *δρομέσι*, de quo vide Schneidew. Exercitt. Critt. p. 20, Buttmannus Gr. Gr. §. 52 not. 6 non recte Doricum iudicavit, *τομέσι* comparans, quod in Archimedis editione Basileensi p. 99 corrupte legitur, quum in Oxoniensi p. 247 *τομεῦσι* sine lectionis discrepantia editum sit. — **Accusativi soluta forma** casu non reperitur; *Πριανεῖς* est Rhod. 2905 (corrupte

6) Herod. Oxx. III, 233, 29 et 236, 28. — Choerob. Bekk. 1204. 1240, cf. 1236. — Id. in H. Ad. 268, a, Et. M. 189, 29, Et. G. 273, 27, Eustath. 1965, 25, Gr. C. 178.

7) Scholl. II. o, 339 et Et. M. 670, 9 ad HomERICA *Μημιστῆ*, *Τυδῆ*. — Herodian. Oxx. III, 238, 6. *Πόθεν τὸ Τυδῆ καὶ βασιλῆ παρ' Ὀμήρω; φαμέν ὅτι παρὰ Λαμειῶσιν ἔστιν ἡ κλίσις καὶ γοῦν ὑπάρχει βασιλῆι, βασιλῆα (suspicor βασιλέος, βασιλεῖ, βασιλία) αἰτιατικῆ καὶ κατὰ συναλοιπὴν βασιλῆ, ὡσπερ Κηφία Κηφῆ.*

3) Singulae voces anomalae vulgarem rationem relinquunt hae:

Ἄρης, unde accusativus *Ἄρσα* est in Cret. 2554, 181 et 2555; vix recte *Ἄρηι* Doricum dicitur, vid. L. I §. 22 not. 6.

Ἄρτεμης et *Θέμις* a Doriensibus per τ flecti traduntur ¹⁾ et leguntur *Ἀρτάμιτος* Amph. 1688, *Ἀρτάμιτι* Coreyr. 1849, *Ἀρτάμιτι* Argiv. 1172, ubi v corruptum putamus, *Ἀρτέμιτι* Zaeynth. 1934 et Anaph. 2481; *Ἀρτέμιτος* ex Alcivane affert Herodianus apud Eustath. 1618, 29; Acc. *Ἀρτεμιν* est Cret. 2554. 2556. Doricum τ apparet etiam in derivatis *Ἀρταμίτιον*, *Ἀρτεμίτιον*, *Ἀρταμίτιος*, *Ἀρτεμίτιος*, vid. §. 6, 4. — *Θέμις* et nomen proprium et appellativum Dorica flexione utitur apud Pindarum, *Θέμιτος* Ol. XIII, 8 et *Θέμιτες* Ol. XI, 25; derivati inde nominis genitivus *Ἀριστοθέμιτος* est in titulo Megalopolitano nr. 1535.

βοῦς in certioribus Doridis fontibus, qui nunc quidem manant, vulgarem rationem non relinquunt. Nam leguntur Nom. *βοῦς* Epich. 97, Gen. *βοός* Amph. 1688, Dat. *βοῖ* Epich. 97, Acc. *βοῦν* Hermion. 1193, Nom. Pl. *βόες* Sophr. 60. De Dorico, quod fertur, *βῶς* supra disputavimus §. 20, 10. Simillima declinatio est vocis

χοῦς, unde in tabulis Heracleensibus leguntur Gen. *χαός* I, 36. 57, Dat. *χῶι* I, 55, Acc. Plur. *χοῦς* I, 55. De nominativo *χοῦς* vel *χῶς* vide §. 20, 10.

γέλως. Acc. *γέλωχα* Epich. 19, ut vulgo, unde intelligitur simul, *ἔρως* flecti *ἔρωτος* etc.

γυνή vel Dorice *γυνά* vocativum *γυνά* habet Epich. 72. Vulgarem consuetudinem sequuntur *γυναῖκες* et *γυ-*

1) Choerob. Bekk. 1188. *Θέμις* *Θέμιδος* *Θέμιτος* *λέγονται* οἱ *Δωριεῖς* — καὶ τὸ *Ἄρτεμης* *Ἀρτέμιδος* *Ἀρτέμιτος* καὶ *χάρης* *χάρμιδος* *χάρμιτος*. — De *Θέμις* Herodian. Oxx. III, 232, b, Et. M. 445, 18, Eustath. 735, 52. Male *χάρμιτος* e Doride fluxisse putabatur, de quo adde Eustath. 1618, 30 etc. — Perperam *Θέμιτος* Doricum habetur ab Eustathio p. 92, 46.

ναϊκῶν Sophr. 33. 54, γυναικας Epich. 5. Quid lateat apud Joannem Grammaticum f. 243, a et Gregorium Corinthium p. 345, qui tradunt Siculos τὴν γυναικα γανῆν (all. γάναν) dicere, obscurum est.

δδρυ genitivum δόρατ(ος) habet Amph. 1688, unde etiam de vocis γόνυ declinatione conjectura fieri potest.

Ζεύς, Gen. Διός Cret. 2554 etc., Dat. Διφι C. I. nr. 29 et fortasse Coreyr. 1869, Δι in galea Hieronis nr. 16; praeterea Ζανός etc., vid. §. 19, 6. Nominativo Δις Rhintho usus fertur a Choerobosco Bekk. 1194, quae forma commemoratur etiam ab Herodiano π. μ. λ. 6, 15, Theognosto Oxx. II, 135, 8 et Arcadio p. 125, 2. Alcanem nominativum Ζάν usurpasse Lobeckius Parall. p. 71 tradit ex Anecdotis Barocciensis in Mus. Philol. Cantabr. II, 413; in Anecd. Oxx. III p. 228 seqq., ubi eadem excerpta repetita sunt, nihil ejus generis legimus. Idem Lobeckius p. 92 Ζεῖς in nummo Syracusano confert cum μέις, μηνός. At Doricum Ζανός non poterat nominativum Ζεῖς habere, quare de hac forma valde dubitamus.

ἥρως. Priscianus ²⁾ tradit Syracusanos ἥρων pro ἥρωος dixisse exemplo e Sophrone allato, ubi παρ' ἥρωνεσσι legendum esse videtur. Conferenda sunt ἄλωος, ταῖος, τυφώος, quae in vulgari lingua per reliquos casus v. asciscunt, vid. Buttm. Gr. Gr. §. 56 not. 9. Itaque plebejam Syracusanorum elocutionem, quae ἥρωνος, ἥρωνεσσι proferebat, nominativum ἥρωος mutasse non credimus. Deinde notatu dignum est, quod in Ther. 2448. II, 5. 14. 27 ἥρώων cum iota scriptum traditur, semel

2) Priscian. I p. 265 Kr. ubi de Minonis pro Minois apud Sallustium in V historiarum: „Syracusani enim heron pro heros dicunt. Sic Sophron Parenon pro Parenos dixit.“ Ultima corruptissima in melioribus libris sic leguntur: Et]. 2 παρηρωνιστων ηρωσι, Dresd. 2 ΠαΡεΡοΠεCιNoHePoCι etc., unde Krehlius in Ad-dendis p. 518 conjicit: „παρ' ἥρωνσι (aut ἥρώνεσι) non ἥρωσι.“ At ἥρωνσι nimis barbarum esset; longior dativi forma geminatum sigma postulat.

sine iota II, 12 et ἤρωσι IV, 7. Boeckhius iota delevit; nos paullulum dubitamus, an e summa antiquitate retentam sit. Quum enim antiquissima lingua hiatus in mediis vocabulis impatiens esset, saepe inter vocales iota consonans interjecit, quo in vocalem mutato nata sunt ἵπποιο pro antiquo ἵππος, ἐμεῖο pro ἐμέο, στείω pro στήω, τεθνηειώς pro τεθνηώς etc., vide quae disputavimus in libello de conjugatione in *μ* p. 19. Nonne probabile est, illud iota in ἠρώων ad eandem originem referendum esse? Nec Syracusani alia de causa *ν* interseruisse videntur. Ceterum vulgaris forma ἤρωος est in Amph. 1688.

κλείς. Nominativus κλάξ legitur apud Theocritum XV, 32 (codd. A. K. κλάξ) et Doricus dicitur a scholiasta ad hunc locum et ad VI, 32, mira forma et dubitationi valde obnoxia. Si integra est, quomodo orta existimari possit, supra diximus §. 19, 6. Certius Dorica habenda sunt κλαῖς et κλαις vel κλάς et inde κλαῖδας Pind. Pyth. VIII, 4, κλαῖδα, κλαῖδας, vid. §. 19, 6.

μήν. Grammatici testantur, Dorienses μής dicere ³⁾, idque legitur Heracl. B. 1. Sed crediderim eam formam severiori Doridi propriam esse pro Ionico et Attico μείς, quo mitiorem quoque Doridem usam arbitramur. Reliqui casus μηνός etc. non discrepant cum vulgari ratione.

ναῦς apud Pindarum et Theocritum hac flexione utitur: ναῦς, ναός, ναῖ, ναῦν (ναῖα apud Callicratidam Pythagoreum Stob. Flor. LXXXV, 16 e codd. A. B. pro ναῦν restituendum videtur), ναῖες, ναῶν, ναυσί (hoc etiam in Rhod. 2525) vel νάεσσι, νᾶας, neque dubitamus, quin ea declinationis ratio et vere Dorica et antiquissima sit.

3) Et. G. 384, 45 (cf. Excerpta ex Etym. Reg. Par. post Ori-nem p. 192, 12). μείς — οἱ Δωριεῖς διὰ τῆς ἥ γράφουσιν αὐτό. Hinc corrigas p. 383, 41 μείς (leg. μής) Δωρικῶς, μής (leg. μείς) Ἀττικῶς καὶ μὴν κοινῶς Male Et. M. 583, 3, ubi μείς e μὴν natum dicitur: καὶ ἐγράφη τὸ ἥ Δωρικῶς εἰς τὴν εἰ διφθογγον. Commemoratur μής ut mutatione ortum a Theognosto Oxx. II, 134, 30 et Arcadio p. 126, 9.

Grammatici tamen testantur ⁴⁾, Dorienses navem *vān* dixisse sine *v*. Quibus si fides habenda est, reconditioris cujusdam dialecti aut plebejæ elocutionis eam formam esse putamus, cf. §. 20, 10.

ὄρνις. Dorienses *ὄρνιξ*, *ὄρνιχος* dixisse traduntur ⁵⁾, et leguntur in eam rationem apud Alcmanem, Pindarum et Theocritum, *ὄρνιχος*, *ὄρνιχα* Ol. II, 97, *ὄρνιχες*, *ὄρνιχων*, *ὄρνιξιν* et *ὄρνιχέσσι* et compositum *ὄρνιχολόχος*. At nominativus *ὄρνις* reperitur Alcman. 9 (12) et Pind. P. IV, 19, accusativus *ὄρνιν* Pind. P. IV, 216, nominativus pluralis *ὄρνεις* Alcman. 12 (21), nusquam *ὄρνιξ*. Quare Buttmannus Gr. Gr. I p. 231 recte judicare videtur, hanc nominativi formam a grammaticis propter reliquos casus fictam esse.

Ποσειδῶν. Doricae formae a grammaticis commemorantur ⁶⁾ et nunc in Doricis fontibus leguntur *Ποτιδάν*,

4) Steph. Byz. s. v. *Κατόνη*: *ναῦς*, ἢ *Λωριεὺς* χωρὶς τοῦ *ν* *vān* φασιν. — Et. M. 605, 24. *ναῦς* παρὰ *Λωριεῦσι*, unde corrigas Ann. Oxx. I, 298, 7. — J. Gr. 243, a et Gr. C. 315 *τὴν ναῦν vān λέγουσιν*. — Commemoratur *ναῦς* a Joann. Al. 7, 34.

5) Athen. IX, 374. d. οἱ *Λωριεὺς* λέγοντες *ὄρνιξ* τὴν γενικὴν διὰ τοῦ *χ* λέγουσι. *Ἀλκμάν* δὲ διὰ τοῦ *σ* τὴν εὐθείαν ἐκφέρει· ἀλιπόρφυρος ἴαρος *ὄρνις*. — Phot. s. v. *ὄρνις*: *Λωριεὺς* *ὄρνιξ*: παρ' *Ἀλκμάν* δὲ ἀπαξ *ὄρνις*, addito fr. 12. — Eustath. 1419, 16 — 1439, 38 et Prooem. Pind. p. 11 de Doricis *ὄρνιξ*, *ὄρνιχος*. — J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 218 (qui addit Pindaricum exemplum) τὸν *ὄρνιδα*, *ὄρνιχα*.

6) Choerob. Bekk. 1413. *Λωριεὺς Ποτιδάν* λέγουσιν δξυτόνωσ. Eustath. 708, 28. *Ποτιδάν* παρὰ *Λωριεῦσιν* λέγεται κατὰ τὸ *Ἀλκμάν*. — Et. G. 476, 57. *Ποσειδῶν* παρ' ἡμῖν καὶ *Ἀθηναίους* διὰ τῆς *εἰ* διφθόγγου γράφεται, παρὰ τοῖς *Ἰωσι* δὲ διὰ τοῦ *ι* μακροῦ καὶ παρὰ τοῖς *Αἰολεῦσι* καὶ *Λωριεῦσι* ἔστι διὰ τοῦ *ι* γραφόμενον. — Choerob. Oxx. II, 253, 23 de *Ποσειδῶν*: οἱ δὲ *Αἰολεῖς* καὶ οἱ *Λωριεὺς* διὰ τοῦ *ι*. — Herodian π. μ. λ. 10, 13. οὐδὲν περισπώμενον ὑπὲρ δύο συλλαβὰς τρέπει τὸ *εῶ* (leg. *ω*) εἰς *αῖ* παρ' *Αἰολεῦσιν* ἢ *Λωριεῦσιν*: τὸ δὲ γε *Ποσειδῶν* ἐγράφη· *Ποσειδάν* γὰρ λέγεται. Deinde l. 27 παρὰ δὲ *Λωριεῦσι* τρεπομένου τοῦ *σ* εἰς *ι* *Ποτειδάν* (cod. *ποσειδάν*) κατ' ὄξειαν τάσιν (additur Epich. 16, ubi codex item *Ποσειδάνος*): εἴρηται δὲ καὶ *Ποτειδᾶς* (cod. *ποτειδᾶς*) ὡς *Κερκιδᾶς* (cod. *κερκιδᾶς*), adduntur Epich.

Ποτειδάν, Ποσειδάν, quae sunt ex antiquo *Ποτιδάων* natae, et *Ποτιδᾶς*. Prima forma legitur in his: Nom. *Ποτιδάν* Epich. 24; Gen. *Ποτιδᾶνος* Pind. Ol. XIII, 5. 39 in optimis libris, a Boeckhio non recte pejorum librorum lectioni *Ποτειδᾶνος* posthabitu, quod metrum brevem penultimam non admittat, vid. seqq.; nomen duxit ab hac forma oppidum Aetolicum *Ποτιδανία*, quod commemorant Thucydides III, 96 et Stephanus Byzantinus. — Ad secundam formam pertinent: Gen. *Ποτειδᾶνος* Epich. 16 et in pejoribus Pindari libris Ol. XIII, 5. 39, deinde mira accusativi forma *Ποτειδᾶ* Acharn. 764 secundum plerosque libros (Ald. *Ποτειδαν*, Rav. *Ποσειδῶ*) et vocativus ὦ *Πότειδαν* (sic) in dicto Rhodii apud Aristidem Oratt. I p. 542, 11. — Tertia forma apparet apud Pindarum: *Ποσειδᾶν* Ol. I, 26. VIII, 31. IX, 33. Isthm. VII, 27, *Ποσειδᾶνος* Pyth. IV, 138, *Ποσειδᾶνα* Ol. VI, 58, Voc. *Ποσειδᾶν* Pyth. VI, 51. In eandem formam lacerum (*Ποσ*)*ειδᾶνος* Lacon. 1335 a Boeckhio restitutum est. Indidem descendit adjectivum *Ποσειδᾶνιος* Pind. Ol. V, 21. XI, 27. N. VI, 42 et urbis Italicae nomen *Ποσειδανία*, vid. §. 24, 5. — Postremo quartae formae genitivus *Ποτιδᾶ* est in Helotum fragmento apud Herodianum, accusativus *Ποτιδᾶν* Epich. 62, vocativus *Ποτιδᾶ* Sophr. 21, et inde nominata est Corinthiorum colonia *Ποτίδαια*. — Vides primam et quartam formam *Ποτιδάν* et *Ποτιδᾶς* certissimis et testimoniis et exemplis confirmari. Hanc producere Meinekius ad Eupol. Helot. 6 intellexit ex Epicharmeo versu fr. 62 et nominis *Ποτίδαια* analogia. Inde ne *Ποτιδάν* quidem mediam syllabam corripere colligi potest, et accedit Ionici *Ποσιδέων* analogia, quod in Etymologici Gudiani loco allato διὰ τοῦ ε μακροῦ scribi

62 et Sophr. 21, deinde: ὁ δὲ τοὺς Ἐλλώτας τὴν γενικὴν φησὶ τέμνειν *Ποτιδᾶ ποτιῶ* (cod. *τεμνο* — *ποντίω*). — Herodian. Oxx. III, 241, 10. *Δωριεὺς Ποσειδᾶν εἶπον ὀξετόνως*, deinde l. 17. *Δωριεὺς Ποσειδᾶν βαρύτερονως ἢ καὶ Ποτίδας Ἀιολεὺς Ποτιδᾶν ὀξετόνως*, quae corruptiora esse apparet.

dicitur. Itaque antiquam et genuinam Doridem Ποιδάν pronuntiasset, ut *Ἔκαστι* pro Ionico, Attico et Lesbiaco εἰκοσι, cf. §. 22, 3, certum habemus nec dubitamus Pindaro optimorum librorum lectionem Ποιδᾶνος restituere. Neque omnino secunda forma Ποσειδάν satis luculenta auctoritate confirmatur. Facile enim existimaveris, Herodianum π. μ. λ., qui σ in τ mutari docens nihil de diphthongo mutata tradit, minus accurate locutum et codicis lectiones Ποσειδάν atque in fragmento Epicharmeo Ποσειδᾶνος e Ποιδάν et Ποιδᾶνος, non e Ποσειδάν et Ποιδᾶνος corrupta esse. Jam restat mira accusativi forma Ποσειδᾶ Acharn. 764, quam e Ποσειδᾶνα natam putant ut Ποσειδῶ e Ποσειδῶνα. At ut haec apocope vel potius contractio, qua accusativus in ω exiens gignitur, multis analogiis utitur, ita illa singularis est atque solitaria. Itaque eo inclinamus, ut Aldinae lectionem ποιδάν proxime ad verum accedere et ν propter Attici Ποσειδῶ analogiam in plerisque libris abjectum esse, denique ut quartam formam, cujus accusativus in ν exit, Ποιδᾶν restituendam esse putemus. Πόιδαν in Rhodio dicto parum auctoritatis habet. Ne Ποσειδάν quidem sine dubitatione genuinae Doridi assignari potest. Nam Pindarus eam formam e Lesbiaca dialecto asciscere poterat, et Posidonia, quam Solinus c. 2 a Doriensibus conditam dicit, secundum Scymnum Chium v. 245 et Strabonem V p. 384 potius Sybaritarum Achaeorum colonia erat, de quorum dialecto parum constat. Neque Herodiani testimonia dubitationem non admittunt; nam in libro περι μόν. λεξ., ubi Ποσειδάν Doridi et Aeolidi tribui videtur, Doricum Ποιδάν excidisse videtur aut ab ipso omissum; in Ann. Oxx. ultima ita transponendo sananda sunt, ut Ποιδᾶν ὀξύτωνος Doricum dicatur, Ποσειδαν βαρυτώνος Aeolicum, quare etiam antecedens Ποσειδάν in suspicionem cadit. Restat ut de accentu dicamus. Ποιδάν (nec minus Ποσειδάν et Ποσειδάν, si ea vere Dorica sunt) secundum grammaticorum praecepta et reliquorum nominum in αν, quod ex αων contractum est, analogiam (vid. §.

3, 1) acutum in fine habet nec *Ποσειδᾶν*, quod apud Pindarum scribitur, probari posse videtur; num vocativus *Πότειδαν* in Rhodii dicto recte accentum retrahat, sicut fit in Attico *Πόσειδον*, nescitur. *Ποτιδᾶς* ab Herodiano cum *Κερκιδᾶς* comparatur, unde constat de ultima syllaba circumflexa 7). — Ceterum patet, male a Gregorio p. 209 Doricum vocari vocativum *Ποσειδαον*, qui legitur Pind. Ol. I, 75 ab Homericā forma *Ποσειδάων* Pindaro familiari, nec melius ab eodem p. 309 accusativum *Ποσειδᾶ*. οὐς. Dorienses ὡς dixisse referuntur 8), quod legitur Theocr. XI, 32. Ea tamen mutatio ad severiorem Doridem pertinere videtur; nam οὐατα est apud Epicharum fr. 9, contra ὤαθ' ἑταίρων Alcmani fr. 24 (61) probabili Bergkii emendatione pro ὠτα θ' ἑταίρων restitutum est et eadem forma apparet in *ἐξωβάδια*, *ἐνώτια*. *Λάκωνες* Hesych., in *ῶατωθήσω*, quod Doricum dicitur pro ἀκούσομαι 9), in *ἀμφῶες* Theocr. I, 28. Dialecto non nominata ab Herodiano 10) ὄας (quod e casibus obliquis fictum

7) Arcad. p. 21, 16. Τὰ εἰς δας βαρύνεται, εἰ μὴ διὰ τοῦ δος κλίνοιο ἢ συναληλειμμένα εἴη ἢ ὑποκοριστικά, Ἴδας, Βρασιδας. τὸ μέντοι Θευδᾶς περιπαῖται, Μητρᾶς, Ζηνᾶς, Πυθᾶς· τὸ δὲ Κερκιδᾶς ἀπὸ συναλοιφῆς. — Choerob. Oxx. II, 270, 29. τὰ εἰς αῖς εἶτε δξύτονα εἶτε περισπώμενα ἀρσενικά, οὐ θέλουσι τῇ εἰ διφθόγγῳ παραλήγεσθαι· οἷον Ζηνᾶς, Μητρᾶς, Γλισᾶς, Κερκιδᾶς, Ἴστᾶς καὶ Φιλιτάς. — Ann. Bekk. 1159. τὰ εἰς αῖς κύρια ἰσοσυλλάβως κλινόμενα καὶ ἐπὶ εἰλους ἔχοντα τὸν τόνον περιπαῖται, ὁ Γρᾶς τοῦ Γρᾶ, ὁ Λᾶς τοῦ Λᾶ — Μηνᾶς Μηνᾶ, Ζηνᾶς Ζηνᾶ, Κερκιδᾶς Κερκιδᾶ. Meinekii dissertationem de Cercida in Actis Acad. Boruss. 1831 p. 93 inspicere nobis non licuit.

8) Et. Or. 94, 10, Et. M. 554, 21 — 639, 2, Et. G. 94, 10. Dialecto non nominata commemoratur ab Arcadio p. 127, 3.

9) Phot. ῶατωθήσω, ἀκούσομαι· Λωριεῖς (Pors. ῶατωθήσομαι). Suid. ῶατωθήσομαι, ἀκούσομαι· Λωριεῖς. Suid. ῶατωθήσω (olim ῶατωθήσομαι), ἀκούσομαι· Λωριεῖς. — Hesych. ῶατωθήσω, ἀκούσομαι. Genuinum esse ῶατωθήσω infra apparebit §. 35, 3.

10) Herodian. π. μ. λ. 14, 30 e correctione Meinekii ad Theocr. I, 28: οὐας καὶ ἡ γενική οὐατος· καὶ δας ἐνθεν ῶατος· καὶ ὄας, ἐνθεν ῶατος· καὶ (ὡς, ἐνθεν) ὠτός· καὶ ὄος (leg. δος) οὐκ ἐιρημένον μὲν συν-

§. 32. De pronomibus person. et possess. 247

videtur) et ἄατος, ab Hesychio ἄασιν et ἄατα afferuntur. Itaque in mitiore Doride οὐς, οὐατος fuisse videtur, in severiore ᾶς, ᾶατος. Suspecta est Hesychii glossa ἄα, ᾶα· Ταρανῖνοι, nec facile probari potest, quod huc trahitur ejusdem glossa αὐς, αὐτός· Κρηῆτες καὶ Λάκωνες. Nam et desideraretur explicatio οὐς, ᾶτός, et contra Hesychii morem genitivus additus esset nominativo. Cognatae quidem linguae in hac voce diphthongo au utuntur: Lat. auris, Goth. auso, Litth. ausið.

De pronomibus.

§. 32.

De pronomibus personalibus et possessivis.

1) Eundem ordinem sequendum ducimus, quem Apollonius in libro de pronomine optimaе frugis pleno instituit.

Nominativus singularis primae personae secundum grammaticos ¹⁾ Dorice ἐγών sonat, quod legitur Sophr. 39. 65. 74, Epich. 64. 114. 124, Lysistr. 983, Acharn. 714. 726 (Rav. ἐγώ), et saepe quidem ante sequentes consonas. Vulgaris tamen forma ἐγώ legitur in titulo Corcyraeo antiquae scripturae nr. 20, Cret. 2555, Sophr. 6, Epich. 94, 17 et 98, Acharn. 776, Lysistr. 117. 1174. 1243, neque facile a genuina Doride abjudicari potest. Adeo ante vocales ἐγώ est in titulis: nr. 20 ἐγὼ ἔστακα, nr. 2555 ἐγὼ εὐνοησῶ. Ceterum Sanscritum aham docet ἐγών antiquius esse quam ἐγά. — Auctae

ισχηματισμένον δὲ παρὰ Θεοκρίτῳ ἀμφῶτες. Minus recte Meinekius pro ᾶος, unde et hic et in Etym. M. 639, 5 Theocriteum ἀμφῶτες deducitur, ᾶος scripsit; poterat enim utrumque fingi.

1) Apollon. de pron. 63. B, qui addit Sophr. 39, Et. M. 314, 37 — 315, 17, Et G. 159, 50, Ann. Oxx. I, 150, 11 — 162, 5, Gr. C. 248.

formae apud Dorienses sunt *ἐγώνγα*²⁾, quae legitur Alcman. 34 (65), Lysistr. 986. 990, Acharn. 702. 731, et *ἐγώνη*³⁾, quae ex accuratioribus grammaticorum testimoniis Laconum potissimum erat et Tarentinorum, nunc nusquam legitur.

Secundae personae nominativus apud Dorienses est *τύ*⁴⁾, qui legitur Lysistr. 1192, Epich. 18. 20. 94. 95. 154 etc. Augetur in *τύγα*⁵⁾, quo utitur Laeo apud Plutarch. Pyrrh. c. 26, *τύγ'* Epich. 125. 130, *τύγα* Theocr. V, 89. 71 et Timocr. 1, ubi libri *τύγε*; deinde in *τύνη*⁶⁾, quo Chilo utitur *Λακωνισας* apud Plutarch. Conv. Sept. Sap. p. 150, A, quodque recentiorum Laconum more apud Hesychium legitur *τούνη*, *σύ Λάκωνες*.

2) Genitivus singularis formarum varietate insignis est, quae inde originem habet, quod modo *ς* in fine additur, modo omittitur, deinde quod vocales *εο* aut non contrahuntur aut variis rationibus coalescunt.

a) Ad primam personam hae formae apud Dorienses pertinent:

ἐμέος Doricum apud Epicharmum teste Apollonio p. 95. A.

2) Apollon. 64. B, Eustath. 695, 26 et Et. M. 315, 17, ubi accurate de accentu et de *ν* non mutato exponitur.

3) Hesych. *ἐγώνη*, *ἐγώ Λάκωνες*. Apollon. de conj. 524, 4. *ἀπὸ τοῦ ἐγὼν τὸ ἐγώνη παρὰ Ταρρατίους*. Doricum dicunt Apollon. de pron. 64. B, Et. M. 314, 44, Ann. Oxx. I, 150, 11 — 162, 5, Eustath. 641, 55, Tzetz. ad Hesiod. Opp. 10 etc.

4) Apollon. 68. B, qui verum affert, quem Alcmani vindicavimus in Mus. Rhen. VI p. 234, Et. M. 314, 49, Ann. Oxx. I, 412, 9, Priscian. I p. 30, J. Gr. 243, b, Gr. C. 231 etc.

5) Apollon. 68. B, Greg. C. 268. Male in Et. M. 732, 30 scribitur *σίγα*, vid. L. I §. 23 not. 2.

6) Doricum dicitur in Scholl. A. II. ζ, 262 (*ἄραως Δώριον*) et τ, 10, Eustath. 573, 20, Tzetz. ad Hesiod. Opp. 10, Et. M. 314, 20, Drac. 106, 21, ab Hesychio et Suida, cf. Apollon. de pron. 69. B, ubi dialectus tacetur. — Meerm. 659 *σύ*, *τοῖν* leg. *τύνη* cum Koenio.

§. 32. De pronomibus person. et possess. 249

ἐμοῦς ⁷⁾) Syracusanorum secundum Apollon. 94. C.

μου encliticum Ther. 2448. II, 32 et saepius.

ἐμεῦς Doricum apud Epicharmum secundum Apollon. 95. A.

ἐμεῦ ⁸⁾) e Sophrone fr. 64 ut Doricum affertur ab Apollonio p. 82. C. Idem legitur Theocr. XIV, 27 etc.

μεν encliticum Ther. 2448. III, 9, in quo titulo praeterea μου traditur, et saepe apud Theocritum.

ἐμίο e Rhinthone ab Apollonio afferri videtur ⁹⁾).

ἐμίω ⁹⁾) indidem ibidem.

ἐμίως ⁹⁾) item.

ἐμῶς item.

μεθ' ἐν encliticum apud Syracusanos, quod e Sophrone fr. 46 Apollonius affert p. 83. C et p. 98. A.

b) Secundae personae haec sunt:

τέος encliticum e Sophrone fr. 75 ab Apollonio p. 95. C affertur. Convenit apud Hesychium τέορ, σοῦ· Κρητες, vid. §. 9.

τέο Doricum ex Alemane fr. 67 W. apud Apollonium p. 96. B.

τεοῦς e Sophrone fr. 27 ab Apollonio p. 95. C commemoratur et Theocrito XI, 25 e codicibus K. e. et

7) Priscian. I p. 561 Kr.: „apud illos enim (Graecos) ἐμοῦ et ἐμοῦς Dorice, σοῦ et σοῦς (potius τεοῦς), οῦ et οῦς dici solet.“

8) Praeterea Doricum dicitur Apoll. de adv 597, 32, Et. M. 189, 36, Ann. Oxx. I, 156, 32 etc.

9) Apollon. de pron. 95. B. ἡ μέντοι ἐμεῖο καὶ ἐτι ἐμείω καὶ ἐτι σὺν τῷ ὀ ἐμείως καὶ ἐμως δυσυλλάβως παρὰ Πίνθων. Ex his ἐμίο, notissima ex Homero forma, non poterat ab Apollonio inter Doricas enumerari, neque diphthongus in ἐμίο, ἐμείω, ἐμείως ulla Doricae dialecti analogia sustinetur. Deinde apud eundem Apollonium p. 96. C haec leguntur: καὶ ἐτι ἡ τίος (quae verba fortasse post ἐμέως transponenda sunt). ἡ μέντοι τίω καὶ τίως συζυγοῦσαι τῇ ἐμέω καὶ ἐμέως πάλιν παρὰ τῷ αὐτῷ Πίνθωνι εἴρηται, unde patet utroque loco ἐμίο et ἐμείως restituenda esse. Neque jam dubitabis, quin ἐμίο ex ἐμίο corruptum sit, cf. infra.

XVIII, 41 e Juntina et Sauctamandi Vatic. 4 restitutum est. Male apud Priscianum ⁷⁾ σοῦς scriptum est.

τεοῦ Apollon. 96. B. e Sophr. 74 et Epich. 157. Idem Epicharmo fr. 68 e τε οὔ restituimus. Usurpavit etiam Callimachus in Cer. 99.

τεῦς Apollon. 96. A ex Epicharm. 64 et Theocr. V, 39, ubi idem in Juntina legitur. Praeterea τεῦς receptum est Theocr. II, 126 e K. et Junt., X, 36 e Junt., XI, 52. 55 e K. Junt.

τεῦ Doricum dicitur ab Apollonio p. 96. B et legitur Theocr. VII, 25, ubi nunc pro enclitica habetur, in dicto Laconico Stob. Flor. CVHI, 83 et Plutarch. Instit. Lac. p. 241. A κακὰ φάμα τεῦ κακκέχεται, in alio apud Plutarch. Pyrrh. c. 26 ἔσσειται καὶ τεῦ κάρῳν ἄλλος.

τίος inter Dorica est apud Apollonium p. 96 et Tarentinorum esse videtur, vid. infr.

τίως Apollonius p. 96. C e Rhinthone.

τίω item.

c) Tertiae personae hae genitivi formae Doricae tribui videntur:

έοῦς ab Apollonio ¹⁰⁾, qui eam Dorico τεοῦς respondere dicit, neque tamen ipsam Doricam esse diserte affirmat, sed exemplum e Corinna apponit.

έοῦ, ab eodem eum τεοῦ (Dorico) compositum, ut itidem dubitare liceat, an Apollonius non in Doricis fontibus legerit.

οῦς a Prisciano ⁷⁾.

Fido apud Hesychium (vid. §. 5, 8) Tarentium videtur.

Itaque praeter Syracusanum μεθέν et formas solutas έμέος, τέος, τέο quinque vocalium εο conjungendarum genera spectantur: a) in ου: έμοῦς, μου, τεοῦς, τεοῦ, έοῦς, έοῦ, οῦς; b) in ευ: έμεῦς, έμεῦ, τεῦς, τεῦ; c) in

10) Apollon. p. 98. B. έοῦς· αἴτη ἀκόλουθος Δωρικῆ τῆ τεοῦς, ἢ συνεχῶς καὶ Κόριννα ἐχρήσατο (additur Corinn. fr. 4, in quo έοῦς). — έοῦ· τῆ τεοῦ ἀκόλουθος.

§. 32. De pronomibus person. et possess. 251

ω: ἐμίο et τίος (quibus simillimum est Hesychianum *Ἰίο*); d) in ω: ἐμῶς, ἐμῶ, τίως, τίω; e) in ω: ἐμῶς. Tria ultima genera ex uno Rhinthone, cui etiam τίος vindicare non dubito, cognita sunt; sed quae supra disputavimus §. 26, produnt ea non aliis solum Italiotis, sed etiam Laconibus et Cretensibus communia fuisse. Reliquae formae e Sicularum potissimum dialecto traditae sunt, quanquam contractio in εῦ praeterea illis non placebat. De ε, quod in *τεοῦς, τεοῦ, έοῦς, έοῦ* insertum esse videtur, infra dicemus.

3) Dativi singularis hae formae Doricae sunt:

a) in prima persona:

ἐμίν¹¹⁾, quod nunc legitur Epich. 94, 9, Acharn. 699 et saepe apud Theocritum.

ἐμίνγα¹²⁾, nunc Sophr. 53 et, si recte suspicamur, in decreto Amphictyónico nr. 1688, 7.

ἐμίνη Tarentinum e Rhinthone ab Apollonio p. 104. B. affertur, Doricum dicitur Et. M. 314, 42. Chiloni Laconi Diog. L. I, 73 ἐπιστέλλεις ἐμίνη στρατεῖαν restituendum esse videtur, quum in libris sit ἐμίν ἀστρατεῖαν et vulgo e conjectura ἐμίν ἐκστρατεῖαν scribatur.

μοι encliticum est in Ther. 2448, Acharn. 704. 738, Epich. 3. 19 etc.

b) in secunda persona:

τίν¹³⁾ Alcman. 15 (29), saepe apud Pindarum et Theocritum. Male in loco Alcmanico καί τιν editur, quasi enclitica esset; recte enim Theocr. XXI, 28 ποιεῖ τιν, quod olim ex emendatione legebatur, nunc explosum est.

τίνη Tarentinorum esse dicitur ab Apollonio p. 104. C et restituendum videtur in Archytae Tarentini epistola

11) Apoll. 104. B, Eustath. 839, 34, Scholl. Arist. Av. 931, Ann. Oxx. I, 285, 5.

12) Apollon. 104. B. Tarentinis assignatur in Ann. Oxx. I, 285, 5, ubi cum ἐμίνη confusum videtur.

13) Apoll. 105. B, Id. de synt. 159, 20, Ann. Oxx. I, 409, 32, Scholl. Pind. Ol. XII, 4.

apud Diog. Laert. VII, 70 e librorum lectione καὶ τινὰ ἀπεστάλκαμες, ubi critici correxerunt τίν. Eadem medela etiam certius adhibenda est dicto Laconico, in quo apud Plutarch. Lycurg. c. 20 editum est ὁ τὴν ἀνομοιότητα, in Apophth. Reg. p. 190 ὁ τὴν ἀνομοιότητα, leg. τίνη. Ceterum Doricum dicitur Et. M. 314, 37.

τεῖν saepius Doricum dicitur ¹⁴⁾, sed nunquam legitur in purioribus Doridis fontibus, ne apud Pindarum quidem vel Theocritum, quare grammatici Homericum τεῖν Doricae terminationis causae Doricum existimasse videntur.

τοὶ ὀρθοτονοῦμενον ut Doricum ex Alcmane 67 (68) ab Apollonio affertur ¹⁵⁾. Neque tamen dubitare licet, quin etiam in Doride saepe enclisin passum sit, ut semper apud Homerum, Pindarum, Lesbios. In eam rationem nunc editum est apud Epicharmum fr. 65. 94, 9. 95, saepissime apud Theocritum.

e) in persona tertia:

ἴν num ab Apollonio Doricum habitum sit, non satis apparet ¹⁶⁾. Nunc e conjectura restitutum est Pind. Pyth. IV, 36, ubi Boeckhiius minus recte lenem appinxit, Adde *Fiv* §. 5, 8.

οὐ in Doride sicut in vulgari lingua esse dicitur ab Apollonio p. 106. A exemplum Sophroneum fr. 77 afferente.

Dubitatio aliqua est de ultimarum syllabarum in ἐμίν et τίν quantitate. Illud apud Theocritum (nam Pindarus eo non utitur, neque in reliquis quantitas apparet) vulgo producitur, ut II, 144. 156. III, 49. XI, 65 etc., quare Meinekius et VI, 36 καλὰ δέ μοι ἅ μία κώρα pro δ' ἐμίν

14) Apollon. 105. B, Scholl. II. 1, 201, Scholl. Pal. Od. δ, 619, Scholl. Arist. Av. 931, Hesych. s. v.

15) Apollon. 105. A. ὀρθοτονεῖται δὲ καὶ παρὰ Ἀλκμᾶν συήθως Δωριεῦσι, addito Alcman. 67 (68).

16) Apollon. 107. A. τῆ τίν σύλλογος ἢ ἴν (cod. ην) τοῦ ἑ ἀρθήτος. Ἡσιόδου ἴν δ' αὐτῶ θανάτου ταμίης.

§. 32. De pronomibus person. et possess. 253

et V, 18 αἴτε μοι ἴλαοι pro αἴτ' ἐμίν ex optimis libris restituit. Item τίν apud Theocritum producitur II, 20. III, 33. V, 52 etc., nunquam corripitur, ut fit apud Alcmanem fr. 15 (29), et a Pindaro Pyth. I, 29. VIII, 71. Nem. X, 30 (item ἴν P. IV, 36); ne usquam apud hunc longam syllabam efficeret, Isthm. V, 3 τίν γ' ἄωτον scriptum est particula contra librorum auctoritatem inserta, quod vereor ne non sit recte factum. Apparet enim, terminationem *ιν* apud Dorienses non minus in singulari dativo ancipitis mensurae esse quam in plurali, neque e tribus locis, ubi τίν corripitur, certam regulam de peculiari Pindari usu constituere licet.

4) Accusativus singularis

a) primae personae

ἐμέ Apollon. 106. B e Sophr. 78 et με encliticum Ther. 2448, Cret. 2555 etc.

ἐμεί Apollonius 17) ex Epicharmo, vid. infr. ad τει.

b) secundae personae

τέ Apollonius 18) ex Alcman. 35 (69) et Theocr. I, 5.

Idem nunc recte e Ravennate legitur Acharn. 745 πάλιν τ' ἀποίσω̄ pro vulgari lectione πάλιν τύγ' ἀποισῶ̄, quam invenit etiam Gregorius p. 211; nam τύ encliticum particulam γε respuit. Minus recte Apollonius, mixta Alcmanis dialecto deceptus, etiam vulgare σέ Doridi tribuit 19). Notabilem formam Creticam τρεί, quae e τρεΐ

17) Apollon. 106. B. ἡ ἐμέ πρὸς πασῶν διαλέκτων λέγεται. παρὰ Δωριεῦσι μετὰ τοῦ ἰ, ἐμεί, ἢ συνεχῶς Ἐπίχαρμος χρεῖται. — ἡ ἀπολειμμένη οὐκ ἐπεκτείνεται.

18) Apollon. 106. C. Δωριεῖς διὰ τοῦ τ̄· εἰς τὲ καταρξέει· Θόοκρτος· πρὸς δὲ τὲ τῶν φίλων· Ἀλκμάν.

19) Apollon. ibid. καὶ ἐπὶ μετὰ τοῦ τ̄· τεῖ γὰρ Ἀλεξάνδρου δαμασσεῖ (Bekk. suspicatur Ἀλέξανδρος δεδάμασαι; rectius forsitan scripseris δάμασε sc. Aphrodite). καὶ ἐπὶ κοινῶς· σὲ γὰρ ἄζομαι. — Id. p. 107. C. οὐκ ἔστι παρὰ Δωριεῦσιν ἐν τρίτῳ ἢ διὰ τοῦ ἰ ἐπέκτασις ὁμοίως τῆι τεῖ καὶ ἐμεί. — Id. p. 120. C. ἡ ἐμεί καὶ τεῖ παρὰ τοῖς Δωριεῦσι προσλαβοῦσαι τὸ ἰ, οὐκ ἔστι κατὰ τὸ τρίτον προσελαβόν.

nata est, supra attulimus §. 5, 7. De *τένη*, quod apud Archimedem legitur, vide infra.

τεί Apollonius 19) Doricum dicit versu addito, quem Alcmani vindicavimus in Mus. Rhen. VI p. 234. Apud Apollonium a Bekkero *έμει* et *τεί* editum est, in Excerptis Vossianis *έμει* et *τεί*. Diaeresis tamen nulla re postulatur; nam de iota Attice demonstrativis adjecto cogitari nequit. Potius versus ille, qui dactylicus esse videtur, diphthongum agnoscere jubet. Praeterea Boeoticus accusativus *τιν*, de quo vide L. I §. 45, 2 e Dorico *τεί* per Boeoticam diphthongi mutationem et *ν* addito, sicut ab iisdem Boeoticis in nominativo *τόνν* addebatur, natus esse videtur 20). Nec scio, an plenior forma *τείν* (conferantur *tvām* et *tvā* in lingua Sanscrita) in rustica lingua haeserit. Nam quum in Theocriti idyllio undecimo ter v. 39. 55. 68 accusativus *τιν* legatur, poëta, quanquam in eo carmine rariora et quasi immania vocabula, quae Polyphemo digna essent, sectatus, vix tamen quidquam e Boeotico dialecto arripere potuisse videtur; sed usurpavit fortasse obsoletam formam *τείν*, a librariis facile in notioris dativi similitudinem corruptam. Ipsum Doricum *τεί*, de quo paullo certius constat, Theocrito restituendum esse videtur XIV, 1, ubi nunc *ἀλλά τυ αὐτόν* legitur e conjectura Reiskii ipso sensu parum commendata. Quis enim salutanti respondeat at te ipsum ac. salvere jubeo? De-

20) Apollon. 105. C de accusativo *τιν* apud Corinnum: *τινά μέντοι ἤξιωσαν τείνειν τὸ ἰ, ἵνα ἐν τῆς τῆ (leg. τεί) παρὰ Δωριεῦσι διὰ τοῦ ε (leg. εἰ) γραφομένης ἢ ἐσχηματισμένη, μεταθίσει τοῦ ε (leg. εἰ) εἰς τὸ ἰ, ὅπερ σύνηθες, προσειληφυσία τε τὸ ἦ ὁμοίως τῷ ἐκνευσίον, οὐτοσίον. Ita haec corrigenda esse primum inde apparet, quod grammatici illi *τιν* producendum putarunt (cur enim producerent, si e *τέ* natum existimarent?); deinde quod voculae scriptura accuratius indicatur, quod vix opus erat in *τέ*; tum quod mutatio vocalis usitata dicitur, quum *ε* ante consonas Boeotice non mutetur in *ι*. Itaque erant ante Apollonium, qui idem sentirent, quod nos illorum consensu nondum cognito olim proposuimus. Ceterum in his novum testimonium de monosyllabo *τεί* accessit.*

§. 32. De pronomibus person. et possess. 255

sideratur καὶ σέ, vel quod similem sententiam habeat, cf. Arist. Lysistr. 6 χαῖρ' ὦ Καλονίκη. Κ. καὶ σίγ' ὦ Λυσιστράτη et familiarem Latinis responsionem et tu salveto. Jam quum vulgo ἀλλά τοι αὐτῷ legatur, optimi libri praebent τοὶ αὐτά, alii τοιαῦτα, τὸ αὐτά, τὸ αὐτός, τὸ αὐτό, τὸ αὐτό, codices teste Wartono αὐτά. Itaque legendum esse videtur:

A. χαίρην πολλὰ τὸν ἄνδρα Θυάμιχον. Θ. ἀλλὰ τί αὐτῶ, Αἰσχίνα.

ut αὐτῶ sit pro αὐτως (vid. §. 44, 7): ego vero te item sc. salvare jubeo. Ceterum non valde repugno, si quis malit ἀλλά τοι αὐτῶ et ab accusativo in dativum, qui in salutatione etiam usitatus est, transiri non aegre ferat. Deinde in Cleobuli epistola Diog. Laert. I, 6, 93 libri praebent πάρ τοι βασσοῦνται, ubi correxerunt πάρ τυ, quanquam encliticam cum praepositione jungere vix licet. Nec magis ferri potest πάρ τὸ, quod Huebnerus in Ad-dendis proposuit, quum de τὸ non enclitico nihil constet, sed etiam hic τί latere videtur. Idem judicamus de ἐγὼ τοι ἀμνοῦμαι in epistola Periandri Diog. Laert. I, 6, 100, ubi item τυ vel τὸ scripserunt. Postremo in arophthegmate Charilli Plutarch. p. 189, ubi editur κατέκτανον τεῦ, aut τί aut τυ restituendum est.

τυ semper encliticum est teste Apollonio p. 68. B et 106. C; legitur in versu καὶ τυ φίλιππον ἔθηκε apud Apollonium, quem Alcmani vindicavimus in Mus. Rhen. VI p. 234, Sophr. 24. 74, Epich. 20 (libri τοι), Acharn. 696 et saepe apud Theocritum.

c) tertiae personae

ἔ, quod teste Apollonio p. 107. A dialectis commune est. Hoc non producebatur in εἴ¹⁹).

νίν encliticum Dorice est pro epico μιν secundum Apollon. 108. A. Illud cum Sanscrito enam conferendum est, hoc cum inam a nominativo aja in (i. e. ἴν, ἰ). Legitur νιν Sophr. 63, Epich. 9, pro feminino Acharn. 741, ut omittamus fontes minus puros. Pluralis usus

certa exempla Dorica non extant; Apollonius Pindarum et Bacchylidem in eam rem advocat.

5) Nominibus et dativus singularis primae et secundae personae apud omnes Dorienses addita particula *γα* vim augent, *ἐγώνγα*, *τύγα*, *ἐμίνγα*. Nec minus reliquis casibus et numeris *γα* addi poterat ut vulgo *γε*, cf. Lysistr. 1162 *ἀμέες γα*, sed cum illis solis in unam vocem coaluisse videtur. Eisdem enim nominativos et dativos Lacones et Tarentini propria quadam ratione augebant, *ἐγώνη*, *τύνη*, *ἐμίνη*, *τίνη*. Apud Archimedes in praefatione ad librum de Quadr. Parab. etiam accusativus *τένη* legitur. Sed quum hoc additamentum praeterea aequae a Syracusanorum dialecto atque ab accusativo abhorreat et ubique productam penultimam postulare videatur, quumque in illa praefatione alia sint; quae offendant, eam non ab ipso Archimede sed a recentiore homine Doricum affectante profectam esse suspicamur. Si tamen etiam Syracusanis idque in accusativo eo augmento uti licuit, *τείνη* dictum esse a *τελ* vel *τείν* crediderim.

Jam inter antiquos grammaticos dubitatum est ²¹⁾, utrum *η* in his formis ad vim augendam additum sit an *νη*. Rectius egisse videntur, qui illam opinionem amplexi sunt. Quanquam enim nominativum *τύν* non esse Doricum, recte opponitur, tamen Boeoticum *τούν* et Sanscritum *tvān* docent, antiquissimam eam nominativi formam fuisse; neque *ν* geminati, quod ex altera ratione in

21) Et. M. 314, 37. *ἐγών*, Δωριέων διάλεκτός ἐστι. προσλαμβάνει τὸ *ν*, καὶ τὴν σὲ ἀντωνυμίαν λέγουσι μετὰ τοῦ *ν* *τύν*, ὅπερ προσθίαι τοῦ *η* γίνεται *τύνη* (item Aehn. Oxx. I, 150; II et, ubi *σύν* et *σύνη*, Et. G. 159, 50). Sequitur de *τύνη* et *ἐγών* apud Homerum et Hesiodum, deinde: *παρὰ γὰρ τὴν ἐγών ἐγώνη καὶ παρὰ τὴν ἐμίν ἐμίνη τὴν τίνη· οὕτω καὶ σύνη (leg. τύνη) κατ' ἐπέκτασιν τῆς *ν*η συλλαβῆς. οὐ γὰρ μόνον τὸ *ν* (leg. *η*) ἐπλεόνασεν, ἀλλ' ἡ *σ*η συλλαβή· οὐ γὰρ λέγουσιν οἱ Δωριεῖς *τύν*, ἵνα πλεονάσῃ μόνον τὰ *ν* (leg. *η*), ἀλλὰ τὴν λέγουσι καὶ τίνα (leg. *πύνη*)· ὅλη ἄρα ἡ *ν*η προσῆλθε συλλαβή. ἐπικτείνεται δὲ τὸ *ν*, ἵνα μὴ ἡ ἐπέκτασις μείζων τῆς ὅλης λέξεως γίνηται.*

§. 32. De pronominiibus person. et possess. 257

reliquis necessarium esset, ullum vestigium reperitur. Jam intelligis, a *τείν* fortasse *τείνη* deduci potuisse, non *τένη* a *τέ*.

6) Secundae personae variae formae cum Attica et Ionica dialecto comparatae non solum (ut de terminationum discrimine nunc taceamus) *σ* in *τ* mutatum exhibent, sed etiam in *τεούς*, *τεού*, (*τείν*) et possessivo *τέος ε* pleonastice intersertum ²²⁾. Scilicet stirps, unde omnes eae formae procreverunt, est *τFε* (Sanscr. *tv a*), ut *έμε* in persona prima. Ea terminatione nulla addita extat in Cretico accusativo *τρέ*, qui digamma in *ρ* mutavit, deinde in nominativo et accusativo *τύ* et *τυ*, ubi *Fε* in *υ* abiit. Deinde digamma ejecto stirps *τε* nata est, quae apparet in *τέος*, *τέο* et quae inde contrahendo nata sunt, dativo *τίν*, ubi *ε* elisum est, accusativo *τέ* et *τεί*, cf. *έμός*, *έμέο*, *έμίν*, *έμέ*, *έμει*. Postremo e *τFε* euphoniae gratia *τεFε* factum erat, quod digamma ejecto in *τεε* abiit. Hinc descendunt *τεούς*, *τεού*, *τείν* cf. *έμοūs*, *έμοϋ*, *έμίν* et possessivum *τέος* cf. *έμός*. Simile quid in pronomine tertiae personae factum. Nam antiqua stirps *σFε* modo in *Fε* et *έ* transiit modo in *έε* (pro *σεFε*), unde *έούς*, *έίν*, *έός* et alia descendunt; quanquam haec aut incertiore aut nulla auctoritate Doridi vindicantur.

7) De Dualis formis Doricis parum constat. Nominativi et accusativi *νῶϊ* et *σφῶϊ* ab Apollonio κοινῶι dicuntur i. e. dialectis variis communes atque eadem ejus opinio de genitivis et dativis *νῶϊν* et *σφῶϊν* fuisse videtur ²³⁾. De raro dualis apud Dorienses usu supra dictum est.

8) Nominativus pluralis:

22) Apollon. 105. B. *ιδίως γὰρ ἡ μετάθεσις ἢ εἰς τὸ τ τοῦ ε δευτικῆ ἔστι· σοῦ — τοῦ — τεοῦ, σός — τέος.*

23) Apollon. 109. C. *εὐθείας μὲν καὶ αἰτιατικῆς κοινῶς νῶϊ, σφῶϊ — γενικῆς δὲ καὶ δοτικῆς νῶϊν καὶ σφῶϊν.* — Ineptissime Scholl. II. θ, 352. *νῶϊ: ἡμῖν κοινῆ διαλέκτω· Λωρμῆς γὰρ φασιν ἄμμις, Διολεῖς δ' ἄμμε, Ἄττικοι δὲ νῶ, Ἴωνες ἡμέας· ἔστι δὲ ἀντανιμία δυϊκῆ ὀρθῆς καὶ αἰτιατικῆς πτώσεως, ἡμῶν καὶ ἡμῖν.*

pers. 1. *ἀμές*²⁴⁾, quod legitur Heracl. I, 3, Cret. 2557, Epich. 23, Alcm. 72 W., Lysistr. 168. 1162.

pers. 2. *ὕμεις* Apollon. 119. B (ubi cod. *υμεις*), qui affert Sophr. 41; praeterea legitur Acharn. 726. 727.

pers. 3. *σφεῖς* Doricum dicitur apud Apollonium²⁵⁾, levioere quodam testimonio²⁶⁾ *σφές*, quod analogia postulare videtur.

9) Genitivus pluralis:

pers. 1. *ἀμέων*²⁷⁾ Alcm. 16 (73), Ign. nr. 2670, Cret. 3047, nisi praestat hic e Sherardi schedis *ἀμίλων* recipere, formam contractionis genere severiori Doridi proprio natam, vid. §. 26, 1. Vulgari ratione contractum est *ἀμῶν*²⁷⁾ Ther. 2448, Cret. 3052, Tegeat. H. L., Epich. 147, Lysistr. 168.

pers. 2. *ὕμέων* et *ὕμῶν*²⁸⁾, quorum illud legitur Sophr. 1. 79, hoc Syracus. apud Torrrem. XVIII, 3 et apud Rhinthonem Herodian. π. μ. λ. 19, 26.

24) Apollon. 118. C. *ἄμες* (potius *ἀμός*) *Δωριον.*, *Ἀλκυών.* ὡς *ἀμός* τὸ καλὸν *μελισκον.* Ὁὐκ ἐπιληπτος δὲ ἡ τάσις, καθὸ τὰ πτωτικὰ ἀπίστραπται τὴν εἰς τὸ *εἰς* ὀξείαν. — πρῶτον αἱ πρωτότυποι ἀνωθυμίας οὐκ ἀκόλουθοι εἰδείθησαν τοῖς ἄλλοις πτωτικοῖς. Ἐπειτα οἱ *Δωρικῆς* ἐπὶ τὸ τέλος φιλοῦσι τὴν ὀξείαν προσάγειν, παρ' οἷς πάλιν ἡ ἀφαιρέσις τοῦ *τ* ὀξείας γίνεται ἐμπονητικῆ, ἐπὶ ποιεῖς — ποιεῖς εἰς. Male *ἄμες* Doricum dicitur Choerob. 217, 14 et Et. G. 243, 18.

25) Apollon. 120. C. ἡ *σφεῖς* οὐτε παρ' *Αἰολέων* οὐτε παρὰ *Δωριέων* ἀκόλουθιον ἔσχε πρὸς τὰ τούτων πρῶτα καὶ δευτέρτα, οὐκ ἀπειροπότως. καὶ γὰρ ἡ ἐμὲ καὶ τεῖ (leg. ἐμεὶ καὶ τεῖ) παρὰ τοῖς *Δωριέων* προσλαβοῦσαι τὸ *τ*, οὐκέτι κατὰ τὸ τρίτον προσέλαβον

26) Phavor. Ecl. 412, 2. *σφεῖς*, *σφεῖς* καὶ *σφές* *Δωρικῶς* — ἡμεῖς, ἡμεῖς κοινῶς, *Δωρικῶς* δὲ καὶ *Αἰολικῶς* ἄμεις, οὐ κατ' ἀναλογίαν εἰς ὀνομαστικὴ δούκῃ ἄμμεε — ἄμείων *Αἰολικῶς* — *Δωρικῶς* ἄμμων καὶ *Αἰολικῶς* ἄμμων — *Αἰολικῶς* ἄμει. Vides insulsum recentissimae aetatis grammaticulum.

27) Apollon. 121. B. ἡ *ἀμῶν* παρὰ *Δωριέων* καὶ συναρθρον γενικὴν σημαίνει ἀκόλουθον τῆ *ἀμός*. τῆ μέντοι διαφέρει, ἡ πρωτότυπος διαλλάσσει τῆς πτωτικῆς, additur Alcm. 16 (73), ubi *ἀμέων*.

28) Apollon. 122. A. *ὕμῶν*. αὐτῆ κοινῆ καὶ *Δωριέων*, σημαίνουσι τε πάλιν καὶ πτωτικὴν τὴν ἀπὸ τῆς ὕμός εὐθείας, πάλιν δὲ ἐν διαφέρει ἡ πρωτότυπος cum Sophr. 79.

§. 32. De pronomibus person. et possess. 259

pers. 3. σφείων teste Apollonio ²⁹⁾, quod in σφείων mutaverim. Idem significat Syracusanos ψείων et Ξων dixisse, postremo e Sophrone fr. 80 ὦν affert ³⁰⁾, quod quum pro αὐτῶν esse dicat, haud dubie ex Ξων contrahendo natum est.

10) Dativus pluralis:

pers. 1. ἀμίν, ubi est orthotonumenon, et ἄμιν in enclisi, utrumque cum ultima correpta teste Apollonio ³¹⁾, qui illius exemplum apponit Alc. 61 (75), hujus Alc. 74 W. De ἀμίν cum acuto in ultima correpta ἐν ὀρθῇ τάσει praeterea alia testimonia adsunt ³²⁾, quae simul docuerunt, Theocrito VII, 2. 135 contra libros, qui in ἄμιν consentiunt, ἀμίν reddendum esse; neque aliter scriptum est Lysistr. 1081, Acharn. 798, ubi ultimae correptio apparet. Eadem tamen producitur Acharn. 787 et saepe apud Theocritum V, 106. VII, 145. VIII, 13 etc. Tum vero circumflexus exarari solet nec minus,

29) Apollon. 122. B. σφῶν καὶ σφείων ἀκολουθῶς τῇ ἡμείων — καὶ σφείων ὡς ἡμείων. Τῇ σφείων (fort. σφείων) καὶ Αἰολεῖς χρῶνται καὶ Λωρεῖς, Λωρεῖων δὲ Συρακούσιοι διὰ τοῦ ψ πάσας τὰς διὰ τοῦ ὄφ μοσοσυλλαβούσας μὲν ἀναμφιλίτως, ἐπὶ δὲ τῶν ὑπὲρ μίαν συλλαβὴν ἀμφίβολα τὰ τῶν γραφῶν· ἕνα γὰρ δίχα τοῦ ψ.

30) Apollon. 122. C. ἐπ' ἴσῳ τῷ αὐτῶν παρὰ Συρακούσιοις τίθεται τὸ ὦν cum Sophr. 80.

31) Apollon. 123. B. ἡ ἀμίν (?) Λωρικὴ ἐγκλινομένη συστέλλει τὸ ἰ, ἐν οἷς προπερισπάται· αἱ γὰρ ἄμιν τούτων μέλοι· ὀξύνομέν τε (Valck. ὀξύνομένη τε)· ἀμίν δ' ὑπαυλήσει μέλος· Ἀλκμάν. οἰκίος ὁ χρόνος πληθυντικῇ διὰ τοῦ ἰ ἐμφερομένη.

32) Eustath. 1112, 36. Λωρεῖς δὲ ἀμίν συστέλλοντες τὸ ἰ καὶ ὀξύνοντες. Θεόκριτος· πολλαὶ δ' ἀμίν ὑπερθε κατὰ κρατὸς δονίοντο. — Apollon. de pron. 52. C. διὸ καὶ τοῖς ἀξιοῖσιν ὀρθοτονεῖν τό· σὺν καὶ τρίτος ἀμίν Ἀμύντας· παρὰ Θεοκρίτῳ (VII, 2) συγκαταθετίον. — Id. de synt. 127, 9. καὶ ἕνεκα τοῦτου τὸ παρὰ Θεοκρίτῳ· σὺν καὶ τρίτος ἀμίν Ἀμύντας· δεόντως ἠξίωσάν τινες ὀρθοτονεῖν. — Ann. Oxx. I, 5, 9 — 188, 22, Et. M. 84, 21, Et. G. 59, 26. οἱ δὲ Λωρεῖς συστέλλουσι τὸ ἰ καὶ ὀξύνουσι (male in Oxx. I, 5 et Et. M. additur ἡμίν pro ἀμίν). — Et. M. 432, 29 ἡμίν, ἀναωνυμία· ἔστι δὲ διαλέκτου ἴδιον Λωρεικῆς, συστέλλει γὰρ αὐτὴν καὶ ὀξύνει. — Male Choerob. Oxx. II, 216, 14. ἀμίν (leg. ἀμίν) λέγουσιν οἱ Λωρεῖς.

si quando de syllabae quantitate parum constat, ut Cret. 2555, Sophr. 50. 51, et apud Theocritum. Dindorfius Lysistr. 1163. 1298 *ἄμιν* edidit, ultimae mensura ancipite. Quid in hac re judicandum sit, in proximis patefaciemus.

pers. 2. *ὑμῖν ἐν ὀρθῇ τάσει* et *ὑμειν* in enclisi, ntrumque cum ultima brevi secundum Apollonium³³), qui illius exemplum Sophr. 82 apponit, hujus Sophr. 81. Nam eam grammatici mentem esse formam *ὀρθοτονουμένην* e Sophrone afferentis, nec recte *ὑμῖν* editam esse, praeter pronominis *ἄμιν* analogiam id ipsum patefacit, quod Dorici scriptoris exemplum apponere dignatus est, id quod vix facturus erat in vulgari forma *ὑμῖν*. In Cretico titulo nr. 2557, 25 *υμεν* traditur, quod Boeckhiius vix recte in *ὑμεῖν* mutavit, quum haec recentissima scripturae corruptela ab ejus tituli aetate aliena sit; potius *ὑμῖν* corrigendum videtur. — Jam restat ut de ultimae syllabae in orthotonumenis *ἄμιν* et *ὑμῖν* quantitate et accentu certiora constituamus. Hoc apparet, fieri potuisse, ut et corripetur et acueretur; minus constat de ultimae productione, quum et Aristophanes et Theocritus eam rationem facile e vulgari lingua asciscere potuerint. Sed genuinae quoque Doridi eam licuisse, e genitivorum singularium *ἔμιν* et *τίν* analogia colligimus, quorum productionem Theocritus e vulgari lingua transferre non poterat. Ut est, vulgo syllabam correptam esse et Apollonii reliquorumque altum de productione silentium evincit et quod correptionis in *ἄμιν* et *ὑμῖν* ab Apolloniō ea exempla proponuntur, in quibus quantitas non versu appareat, Alcmanicum fr. 61 (75) *ἄμιν δ' ὑπαυλήσει* et Sophroneum fr. 82 scriptoris pedestri oratione usi. Itaque *ἄμιν* et *ὑμῖν* in Doricis edendum est, ubicunque de ultima producta non constat. At ne productam quidem circumflecti

33) Apollon. 124. B. *πάλιν παρ' Ἰωσι προπερισπάται ἐγκλινομένη, καθὼ συστέλλει τὸ ἰ· καὶ ἐκ παρὰ Λωριεύων· ὄσαις ὑμῖν αἰνίσω· Σώφρων. καὶ ἐν ὀρθῇ τάσει· οὐ μάν τοι δίφρον ἐπημμένον ὑμῖν (leg. ὑμῖν).*

vel necesse est vel probabile. Nam grammatici circumflexum omnino ignorant; acutus ut praeferatur, suadet eadem dativorum singularium ἐμίν et τίν analogia, quorum ultimam productam circumflectere nemodum instituit. Persuasum enim habeto, non casu quodam dativis et accusativis singularis et pluralis numeri in Doride easdem terminationes esse: ἐμίν, τίν, ἴν et ἀμίν, ὑμίν, σφίν; ἐμέ, τέ, ἔ et ἀμέ, ὑμέ, σφέ.

pers. 3. σφίν vulgaris Doridis fuisse videtur ³⁴⁾ et legitur Amphict. 1688, 25; Syracusanorum ψίν erat, quod traditur Sophr. 83, Laconum φίν ³⁵⁾, cf. §. 15, 3. Hac forma etiam Callimachus usus est H. Dian. 125. 213 et fr. 183. B.

11) Accusativus pluralis:

pers. 1. ἀμέ Apollon. 127. A, 128. A, 131. A, quod legitur Cret. 2557. 2563. 3050, Ign. 2670, Syracus., Sophr. 66, Epich. 97 ex emendatione nostra, Lysistr. 95. 1250. 1254, Acharn. 725 etc. In Lysistr. 1244 Aristophanem Atticum ἡμᾶς tolerasse non credo, sed suspicor hanc genuini αὐτῶς interpretationem esse: ἐς τῶς Ἀσσαναίως τε κῆς αὐτῶς ἄμα.

pers. 2. ὑμέ Apollon. ibid. et legitur Ign. 2670, Sophr. 25, Lysistr. 87, Acharn. 703. 705.

pers. 3. σφέ haud dubie a Doride non alienum erat; ψέ est Syracusanorum ³⁶⁾ et legitur Sophr. 84, Theocr. IV, 3.

34) Apollon. 126. C. καὶ τὸ σφίν ἀπὸ ἐνικοῦ τοῦ ἰν Δωρικῶς.

35) Apollon. 126. B. Συρακούσιοι ψίν· ἀμάνι ψιν γενομένα· Σώφρον. ἡ διὰ τοῦ ψ γραφὴ ἐπὶ πλήθους τασσομένη οἰκιστήρα τῆς διὰ τοῦ σφ. — Et. M. 702, 42. Συρακούσιοι δὲ ψίν λέγουσι, Λάκωνες δὲ φίν (ut e MS. Leid. apud Koen. ad Gr. C. 254 pro σφίν legendum), cf. Hesych. ψίν, αὐτοῖς, αὐτόν (leg. αὐταῖς) et ψίν, αὐτοῖς ἢ αὐταῖς.

36) Apollon. 128. A. σφέ εἴρηται ὡς μόνως ἑλληνικῆ ἔστιν· συζυγεῖ μέντοι Δωρικῇ τῇ ἀμέ καὶ ὑμέ. Id. 131. A. παρὰ γὰρ Δώριον τὴν ἀμέ καὶ ὑμέ καὶ ἔτι σφέ τὸ ἀμότερος καὶ ὑμότερος καὶ σφέτερος. — Id. 128. A. ψε Συρακούσιοι cum Sophr. 84; idem Doricum dicitur a

12) Possessiva Dorica haec vel commemorantur vel leguntur :

a) Singularis numeri :

ἑμός, ut vulgo.

τέός³⁷⁾, quod legitur Lysistr. 1249, saepe apud Theocritum et in reliquis fontibus minus puris.

ός ab Apollonio Doricum dici videtur³⁸⁾ et cum digamma apud Alcmanem erat in τὰ *Fῶ κάδεα* (vid. L. I §. 5 not. 4), quod neque Apollonius jure ex Aeolica dialecto repetit, neque alii recte *Fεά* scripserunt. Supra enim vidimus, ex antiquo *σFός* modo sigma abjecto *Fός* factum esse, modo ε euphoniae causa interjecto (ut e *τFός* sit *τεFός*, *τέός*) primum *σεFός*, deinde *έFός*, *έός*, quare hoc neque digamma in fronte instructum erat, neque apud Homerum certa ejus indicia tenet. — Alcman etiam *σφός* et *σφεός*³⁹⁾ de singulari numero usurpabat fr. 80. 81 W.

b) Pluralis numeri

ἄμέτερος et ἄμός³⁹⁾. Hoc legitur Cret. 2557.

Scholl. Theocr. IV, 3 et Greg. C. 253. Hesych. *μέ, αὐτούς, αὐτάς, αὐτόν, αὐτά, αὐτήν, αὐτό.*

37) Apollon. 134. C, cf. 95. C et 136. B, Id. de synt. 159, 15, Et. M. 752, 11; Ann. Oxx. I, 412, 9. Male *τός* Doricum dicitur in Et. M. 625, 28.

38) Apollon. 143. B. *πάλιν δὴ ὁ Ἄλκμαν τὸ σφείας* (leg. *σφείας*, quum fragmentum p. 142. B. commemoratum *σφείας* *ἔειξε* *χώρας* spectari videatur) *ἀντι ἐνικοῦ ἔταξε καὶ τὸ σφείας ἀδελφιδέοις κάραν* (correxerunt *κᾶρα*) *καὶ φόνον.*

39) Apollon. 142. A. *διχῶς λέγουσι Δωρικῶς ἄμέτερος γὰρ καὶ ἄμός, ὑμέτερος καὶ ὑμός, σφέτερος καὶ σφός.* Deinde *ἄμός* et *ὑμός* apud Homerum Dorica dicit et contra eos disputat, qui *ἄμός* scribentes id ab *ἑμός* deducant. — Et. M. 84, 49: *ἄμός ὡς περ ἀπὸ τοῦ σφέτερος γίνεται Δωρικῆ διαλέκτῳ σφός, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑμέτερος ὑμός, οὕτω καὶ ἀπὸ τοῦ ἄμέτερος ἄμός Δωρικῶς ἢ θίμα ἐστὶ τῆς Δωρικῆς διαλέκτου.* — Scholl. A. II. ζ, 414. *Δημήτριός φησιν ἀντὶ τοῦ ἑμόν· διὸ καὶ ἀντιμῶς ψιλῶ. πιθανώτερον δὲ ἐστὶ Δωρικώτερον εἶναι ἀντὶ τοῦ ἡμέτερον ἄμόν* (leg. *ἄμόν*). *οὕτως Ἀπολλώνιος.* Scholl. B. V. L. *ibid. τὸ δὲ ἄμόν ἐν μὲν τῇ Ἰλιακῇ προσηρδία φησὶν ὁ Ἡρωδιανὸς Δω-*

3050. 3053, Agrig., Lacon. 1336, ubi Boeckhius minus recte ἀμόν edidit, Alcman. 67 (68), Lysistr. 1181 etc.

ὑμέτερος et ὑμός teste Apollonio ³⁹). Neutrum nunc in purioribus fontibus legitur. Alcman eodem sensu σφέτερος et σφεός usurpavit fr. 36. 37 (78. 79), si ea fragmenta recte antiquo poetae Laconico tribuuntur ⁴⁰).

σφέτερος et σφός ³⁹), quae nunc in purioribus fontibus non extant plurali potestate tertiae personae instructa.

13) Pauca de pronominum personalium et possessivorum primae et secundae personae pluralis scriptura quaerenda restant. Primum de spiritu dubitatum est. At utrasque formas asperum postulare vel ex Apollonii silentio colligi potest, qui ne verbo quidem significat, Dores cum Lesbiis lenem probasse, et e Scholl. II. ζ, 414 ³⁹) apparet, Apollonium Homericō ἀμός, quod Dorice pro ἡμέτερος esse putabat, asperum dedisse, quum alii ex ἐμός ortum arbitrati lenem praesferrent, nec minus de Dorico ἀμῶν aspirato testatur Lexic. de spir. p. 214 ⁴¹). Deinde asper additus est in ἀμές Heracl. I, 3 et tenui in aspiratam mutata proditur in ποθ' ἀμέ Cret. 2557 bis, ποθ' ὑμέ Ign. 2670, ποχ' ἀμίν Sophr. 50, Lysistr. 95 ποθ' ἀμέ, 1076 ποθ' ὕμμε, ut e libris editum est. Itaque

ρικότιρον ἴναί ἀπό τοῦ ἀμίτερον· ἐν δὲ ἐπιμειμαῶν φησὶν ὅτι ἀπὸ τοῦ ἐμόν ἐκτίταται τὸ εἰς ᾧ μακρόν. — Scholl. D. II. θ, 178. μένος ἀμόν· τὴν ἐμὴν δίνταμιν Λωρικῶς, male. — Hesych. ἀμάς, ἡμετέρας· Λωρικῶς. — De σφός cf. Apoll. 125. C.

40) Apollon. 139. C. πλεῖστα γοῖν ἔστω παρ' ἑτεροῖς εἰρεῖν, σφέτερον πατέρα ἀντὶ τοῦ ὑμέτερον, ἀντὶ τοῦ τεὰ τοι κήδεα λείξον ἐὰ παρὰ Καλλιμάχῳ, καὶ πάλιν παρ' αὐτῷ ἀντὶ τοῦ σφωϊτέρον. Ἀλκμάν· ἡμέ τε καὶ σφετέρας ἕππος·

σφία δὲ προτὶ γούνατα πίπτω.

Pro Alcmanicis expectas Callimachea. Itaque aut suspicari licet quaedam excidisse aut e Callimacheo carmine ad Dioscuros desumpta esse verba: Ἀλκμάν ἡμέ τε καὶ σφετέρας ἕππος (suppl. ἐκλέζουσι vel simile quid). Tum sequentia non minus Callimachi essent.

41) Corruptela latet ibid. p. 211. ἀμοκγίπη. τοῦτο δὲ παρὰ ἑτέροις φιλοῦνται, οἱ ἀπὸ τοῦ ἀμός, ὃ σημαίνει τὸν ἡμέτερον, ἐτυμολογοῦσιν ἴναί.

hand dubium est, quin et in reliquis, quae Dorica sunt et in Lysistratae partibus Laconicis asper his pronomibus etiam contra libros restituendus sit, nec recte relicta esse *ἀμέ* 1099. 1250. 1254. 1265, *ἀμές* 1162 (male enim Reisigius iudicat Synt. Crit. p. 14), vel *ἀμός* a Boeckhio in Lacon. 1336 scribi. Ne tennem quidem non mutatam certum lenis spiritum indicium praebere supra vidimus §. 4, 4, quae ratio observatur in *ποτ' ἀμέ* Ign. 2670, *ἐπ' ἀμέ* Cret. 2563, *πορτ' ἀμέ* Cret. 3050, quae Boeckhii minus recte leni ornavit, et fortasse in *ἔστ' ἀμῶν* Epich. 147.

Postremo hand raro in libris Lesbiaco more μ geminatum est, ut Sophr. 7 *ἄμμε*, Sophr. 6 *ῥμμε*, Lysistr. 1076 *ῥμμε*, Plut. Lyc. c. 20. 21 *ἄμμες* etc. (nam de fontibus mixtae dialecti nunc tacemus), eaque scriptura levi quodam testimonio confirmari videtur ⁴²). Sed tituli et Apollonii accurata testimonia nullam dubitationem relinquunt, quin liquidae geminatio, quae cum psilosi Lesbii propria est, a Doride alienissima sit.

§. 33.

De reliquis pronomibus.

1) Simplicissimum pronomen demonstrativum sive articulus praepositivus hac flexione utitur:

Singularis.

Nom. <i>ὁ</i>	<i>ᾶ</i>	<i>τό</i>
Gen. <i>τοῦ mit., τῶ sev.</i>	<i>τᾶς</i>	<i>τοῦ mit., τῶ sev.</i>
Dat. <i>τῷ</i>	<i>τῷ</i>	<i>τῷ</i>
Acc. <i>τόν</i>	<i>τόν</i>	<i>τό.</i>

42) Et. M. 84, 17. *ἄμμε ἐν τοῦ ἡμᾶς Δωριῶς ἢ Αἰολικῶς.* — Et. G. 243, 36. *ἄμμιν λέγουσιν οἱ Δωριεῖς κατὰ τροπήν τοῦ ᾶ εἰς ἦ* (leg. *ἦ εἰς ᾶ*) *ὡς ἄλιος ἦλιος καὶ κᾶπος κῆπος.* Hic vero apparet grammaticum voluisse *ἀμιν*.

Pluralis.

Nom. τοί (οί)	ταί (αί)	τά
Gen. τῶν	τᾶν	τῶν
Dat. τοῖς	ταῖς	τοῖς
Acc. τοὺς mit., τῶς sev.	τάς	τά
Cret. Cyr. Ther. etc. τός	τάς	
Cret. Arg. τόνς	τάνς.	

Reliqua, quibus a vulgari ratione disceditur, ad declinationem primam et secundam illustrata sunt. Restat ut de nominativo plurali dicatur, quem antiqui grammatici in Dorica dialecto $\bar{\tau}$ assumere tradunt¹⁾. Ea ratio sola regnat in his titulis: Amph. 1688, ubi saepe τοί *ἱερομνάμονες* et I. 26 τοί *ἱερομνάμονες τοί Ἀμφικτιόνων*, Astyp. 2483. 2484 τοί *πρωτάνιες τοί πρωτανεύοντες*, Byzant. 2060 τοί *στραταγοί*. Eadem plerumque est in tabulis Heracleensibus: B. 2. I, 48 τοί *ὄρισται*, B. 8. II, 6 τοί *ὄρισται τοί αἰρεθέντες*, I, 9 τοί *ἔμπροσθα ὄροι*, I, 47 τοί *πολιανόμοι*, I, 69. 130 τοί *πολιανόμοι τοί αἰεὶ ἐπὶ τῶν Φετέων ἔτες*, I, 101 τοί *καρπιζόμενοι* etc. Vulgaris forma ter reperitur eaque cum participio juncta: I, 59 οἱ *παρλαβόντες* et οἱ *πριάμενοι*, I, 102 οἱ *μισθωσάμενοι*. Eadem usus ambiguitas observatur in Rhod. 2525, b: I. 86 τοί *ἄρχοντες*, 20 τοί *ἄρχοντες οἱ τε ἐνεστακότες καὶ οἱ μετὰ ταῦτα αἰεὶ αἰρούμενοι*, 29 τοί *ἄρχοντες αἰεὶ τοί ἐν ἀρχῇ ἔοντες*, 71 τοί *ἄρχοντες οἱ μετὰ ταῦτα αἰεὶ αἰρούμενοι*. Contra vulgares formae οἱ et αἱ in plerisque titulis post Alexandrum scriptis solae extant: Lacon. 1331, Messen. 46 L., Delph.

1) Apollon. de adv. 592, 8. τὸ οἱ τοί φασὶ Λωρεῖς καὶ τὸ αἱ ταί, ταῦται ταὶ θύραι μᾶτερ. λέγω δὲ ὅτι κατὰ προτακτικὴν θέσιν ἴσται τὸ ἄρθρον· ἐπεὶ ὅτι γε καθ' ὑπόταξιν ἴσται, τὸ εἶ οὐ πάντως προστίθησιν, ἐπεὶ φυσικὴ ἴσται ἢ ἀπόστασις τοῦ $\bar{\tau}$, οὐκ ἐν πάθει γενόμενη. ὅθεν οὐδ' ἐπιμιμπτον ταὶ γυναῖκες αἱ τὰν θεῶν φαντεῖ ἐξελᾶν· ἐτέτακτο γὰρ οὐ κατὰ πρόταξιν, ἀλλὰ καθ' ὑπόταξιν. — Id. de synt. 50, 21 et de pron. II. C, Choerob. Bekk. 1293, Scholl. Dion. Thr. 901, 11, Et. M. 749, 21, Gud. 531, 52, Ann. Oxx. I, 404, 8.

1702, Phoc. 81. R., Corcyr. 1845. 1847. 1848. 1849, Ther. 2448, Rhod. 2905, Cret. 2554—2557 etc., Cyren. 1, Agrig., Alaes.

Apud Sophronem *τοί* est fr. 12. 29. 44, *ταί* 6. 33. 54. 88, quare corrigenda duximus fr. 51 *αί γὰρ μὲν κόρηαι* et 75 *αἱ δυσθυλίαι*. Neque minus Epicharmus illis utitur, *τοί* fr. 23. 44. 94, *ταί* 23, 31. 34, et quae adversabantur *αἱ* 23, 9, *οἱ* 120 etiam aliis rebus corruptelae arguuntur. In Lysistratae Laconicis partibus ubique *τοί* et *ταί* leguntur, neque aliter apud Thucydidem V, 77. 79. Archimedes semper vulgaribus formis utitur. Apparet igitur antiquiorem Doridem ubique *τοί* et *ταί* pronuntiasse, postea *οἱ* et *αἱ* primum cum participiis jungi coepta esse, ut in Heracl. et Rhod. 2525, b, deinde apud plerosque Doriensium invaluisse. Ceterum Dores et Boeotos (vid. L. I §. 45, 7) nominativos *τοί* et *ταί* e summa antiquitate traditos accepisse, docet et lingua Sanscrita, quae in pronomine *sa*, *sā*, *tad* per reliquos casus omnes t praefigit, etiam in nom. pl. *tē*, *tās*, *tani*, et Gothica, quae a *sa*, *sō*, *thata* pluralem *thái*, *thōs*, *thō* fingit. Nam spiritus asper apud Graecos e s natus est. Itaque *οἱ* et *αἱ* recentiore tempore ad nominativi singularis analogiam facta sunt.

Consentaneum est, pronomem *ὄδε* articuli declinationem sequi, et reperitur *ταλδε* Sophr. 54.

2) Pronomen *οὗτος*, quod est ex articulo derivatum, necessario in nominativo pluralis eandem τ praeposendi consuetudinem sequebatur, nec solum grammatici 2) de Doricis *τοῦτοι* et *ταῦται* testantur, sed legitur *τοῦτοι* Sophr. 55, *ταῦται* Sophr. 88. In titulis recentioribus vulgares formas esse, ut *οὔτοι* Phoc. 81 R., non mirum est. — Deinde satis apparet, genitivam pluralem feminini, qui a *τῶν* derivatur et ex antiquo *ταυτάων* contractus est, *ταυτῶν* esse oportere pro vulgari *τούτων*, idque ipsum

2) Apollon. de adv. 592, 7, de pron. 72. B, de synt. 111, 22; male etiam *τοῦτος* Doridi adscribitur Ann. Oxx. I, 414, 10.

legitur in Ther. 2448. III. Reliqui casus a vulgari ratione nulla re differunt, nisi quam facile e Dorica declinatione prima et secunda intelligere possis. Nam quod Joannes Grammaticus et qui eum exscripserunt ³⁾ tradunt, Dorienses τούτας pro ταύτας dixisse, id corruptela aliqua laborare persuasissimum habemus. Fortasse Doricum τούτεϊ i. e. ταύτη restituendum est, vid. §. 44, 7.

3) Pro ἐκείνος Dorienses et κῆνος vel κείνος et τῆνος dixisse referuntur ⁴⁾. Gravissimo tamen testimonio ⁵⁾ intelligitur fuisse, qui κῆνος usurpari dicerent ἐπὶ τῆς πόρω δειξεως, contra τῆνος ἐπὶ τῆς πλησίον δειξεως, Apollonium autem affirmasse τῆνος etiam ἐπὶ τῆς πόρω δειξεως reperiri. Jam ut videamus, quid de pronominis τῆνος significatione judicandum sit, optimorum fontium usum perlustremus, quibus hic etiam Theocritum adnumerare licet.

a) Nec propinqua nec longinqua demonstratio, sed ambigua quaedam potestas, quae in utramque partem

3) J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 364. τὸ ταύτας τούτας.

4) Apollon. de pron. 73. B. Ἴωνες κείνος, Αἰολεῖς κῆνος, Δωρικεῖς τῆνος. Ibid. 75. A. Δωρικεῖς τῆνος· καθηρημένος θηνη καὶ τῆνος ὑπὸ τῷ χρόνῳ· Σώφρον. σπανίως διὰ τοῦ κ̄ καὶ κείνος ἐν σάλευσιν πολλοῖς ἡμενος· Ἀλκμάν. — Choerob. Oxx. II, 206, 9. ἐκείνος· εἰ δίφθογος· καὶ γὰρ οἱ Δωρικεῖς κῆνος καὶ τῆνος διὰ τοῦ ἦ ποιοῦσι τὴν γραφήν, unde manaverunt, quae in Et. M. 321, 35, Et G. 176, 27 et Ann. Oxx. II, 366, 29 de Dorico ἐκῆνος διὰ τοῦ ἦ et rectius in Et. M. 508, 54 et Et. G. 310, 30 de Dorico κῆνος traduntur. J. Gr. 243, b, Meerm. 659 τὸ κείνος κῆνος. — Ann. Oxx. I, 223, 30. κείνος· γράφεται διὰ τῆς εἰ δίφθογγου· οἱ γὰρ Αἰολεῖς κῆνος λέγουσιν, οἱ Δωρικεῖς δὲ τῆνος. ibid. I, 249, 6. κείνος γράφεται διὰ τῆς εἰ δίφθογγου· τῆνος γὰρ καὶ κῆνος Συρβηνοῦσι. De Dorico τῆνος pro ἐκείνος praeterea Scholl. Theocr. I, 1 et III, 10.

5) Et. M. 321, 31. ἐκείνος — τὴν πόρω δεῖξιν σημαίνει· καὶ οἱ Δωρικεῖς κῆνος αὐτὴν φασὶ καὶ τῆνος, ἀντιδιαστέλλοντες αὐτὴν ἐπὶ τῆς πλησίον δειξεως. εὐρίσκουσθαι μέντοι φησὶν Ἀπολλώνιος τὴν τῆνος καὶ ἐπὶ τῆς πόρω δειξεως. Eadem corruptiora leguntur in Et. G. 175, 10, ubi κείνος scribitur.

trahi possit, in geminato τήνος conspicitur Epich. 124 τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρ τήνοις ἐγὼν. Eodem sensu τήνος et simplex demonstrativum conjunguntur Theocr. I, 36 ἀκὰ μὲν τήνον — ἄλλοκα δ' αὖ ποτὶ τόν. Attici eodem sensu articulum geminant, ut Xenoph. de rep. Ath. 2, 8 τοῦτο μὲν ἐκ τῆς, τοῦτο δὲ ἐκ τῆς et ibid. 2, 12 τὸ μὲν τῆ, τὸ δὲ τῆ sc. πόλει. Nos in eandem sententiam dicimus *der* — *der*, vel *dieser* — *jener*, ut Latini hic — ille.

b) Deinde τήνος ea significat, quae in conspectu sunt et quasi digito demonstrantur, sicut vulgo ὄδε: Theocr. I, 1. 8. 23, V, 15. 117, VIII, 86. Secundae personae pronomen est, ut Latinum iste, Theocr. V, 65 τὰς ἐρείκας τήνας τὰς παρὰ τίν, XXVII, 39 οὔνομα σὸν λέγε τήνο, Theocr. V, 45 οὐχ ἐρρωῶ τνηεῖ (i. e. ad te)· τουτεῖ δρύες, ὧδε κύπειρος (hic prope me). Ibid. v. 33 τνηεῖ, quod ad primam personam spectat, honis libris ducibus in τουτεῖ mutandum est. Eodem pertinet XIV, 38 τῆν' ᾧ τεὰ δάκρυα καλλαδρέοντι, quomodo locum emendandum esse alio tempore demonstrabimus. Attici de secunda persona οὔτος usurpant. Ceterum ad primam personam τήνος pertinet VII, 98.

c) Non minus τήνος cum Latino iste contemptus notionem communem habet Theocr. V, 1 τήνον τὸν ποιμένα, istum pastorem, qui simul digito demonstratur, XV, 8 ὁ πάραρος τήνος et v. 15 ἀπαῦς τήνος de absente, quo sensu Attici οὔτος, ut Aeschyl. Prom. 437 θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις.

d) E contrario etiam ea significat, quae sunt clara et omnibus cognita, ut Latinum ille. Ita in epigrammate Ithacensi bonae aetatis' C. I. nr. 1927 ⁶), Theocr.

6) Apponimus epigramma bellum, quia duobus in locis cum Boeckhii iudicio dissentendum est.

Τῆνω ται τόδε σᾶμα τὸ λάϊνον, ᾧ ξέν', Εὐθυσάμω
ὡς ποκ' ἐν ἀμφιάλω πράτος ἐνεῖτ' Ἰθάκῃ
καὶ βουλᾷ καὶ χερσίν ἐς Ἄργεα, Τιμέα δὲ παιδί
ἔλλπε καὶ κτῆσιν καὶ κλέος ἀθάνατον.

XIV, 26 τὸν κλύμενον τήνων, I, 120. 126, VII, 151. Ea sententia apud Atticos saepius οὗτος quam ἐκεῖνος ponitur.

e) Saepissime τήνος ad ea spectat, quae paullo ante commemorata sunt, ut Latinum is: Heracl. I, 87 κόψει δὲ τῶν δενδρέων οὐδὲ πριώσει οὐδὲ ἤς οὐδὲ ἐν οὐδὲ ἄλλος τήνω, ubi τήνω refertur ad οὐδὲ ἤς i. e. οὐδεὶς; Epich. 19 καίκα τις ἀντίον τι λῆ τήνω λέγειν, τήνω κυθάζομαι τε κάπ' ὄν ἠχθόμαν, ubi utrumque τήνω ad τὸν ἰστιῶντα, qui antea commemoratur, pertinere videtur; Epich. 95, 7, Theocr. I, 4. 5. 11. 71. 72. V, 43. 63. VII, 63. 104. XI, 29. XIV, 7. XVI, 42. XVII, 16. 46. XXI, 16. Epigr. 6. Eiusdem generis est, quod Id. II in versu intercalari v. 17 etc. et praeterea v. 31. 60 absens amasius, de quo antea dictum erat, per τήνος significatur. Graecitas vulgaris hanc in sententiam αὐτός adhibet, ubi nulla pronominis vis est, οὗτος et rarius ἐκεῖνος, ubi pronomini aliquid ponderis tribuitur. Eadem ratio est adverbii τηνεῖ in his locis: Epich. 19, Theocr. II, 98. IV, 35. V, 97. XI, 45. Epigr. 4, 13, ubi interpreteris i bi. Postremo τηνώθεν Acharn. 720 est inde. Vulgo Graeci adverbis ἐνθα et ἐνθεν in eam rationem utuntur.

f) Ad sequens relativum spectat, ut Latinum is: Theocr. Ep. 18 ἀντὶ τήνων, ὦν, Id. III, 10 τηνώθε — ὦ, ibid. 25 τηνώ — ὦπερ, ut e bonis libris restituendum est. Vulgo Graeci οὗτος et ἐνθεν ea vi instruunt, raro ἐκεῖνος et adverbia ejus stirpis.

Omittimus nonnulla, ubi pronominis vis minus apparet, ut Sophr. 10, Epich. 105 et Theocritea quaedam. Et satis, opinor, intellexeris, τήνος significatione multum ab ἐκεῖνος abhorrere. Nam ne ullus quidem locus reperitur, ubi illud pro hoc positum existimari oporteat, multi, ubi vulgari Graecitati οὗτος familiaris esset quam

Boeckhii ΩHEN in ὄνει mutavit, nos facilius in ὦ ἐν', deinde e Buttmanni conjectura scripsit ἔγενε' Ἰθάκη, quum mutatione non opus esse videatur. Conjungas enim ἐκεῖτο ἐς Ἄρεια et compares Homericum νισσόμενος πόλεμόνδε Il. γ, 186. ο, 577.

ἐκεῖνος, haud pauci, ubi ἐκεῖνος nulla arte excusari posset. Neque tamen τῆνος nihil differre ab οὔτος et ea docent quae primo loco proposuimus et quod Theocr. V, 45 τῆνῆι et τουτέϊ sibi opponuntur, hoc ad primam personam pertinens, illud ad secundam. Bene igitur Apollonius pronomini Dorico propinquam significationem ita tribuit, ut longinquam non excludat; ita enim inter οὔτος et ἐκεῖνος medium est, ut propius ad illius potestatem accedat, sicut Latinum iste inter hic et ille, quamquam cum iste non potest ubique comparari, sed proprium usum habet, ubi propinqua et longinqua demonstratio non discernuntur neque opponuntur.

Jam vero quomodo fieri potuit, ut Dorienses, adeo Syracusani (vid. not. 4 extr.) pro ἐκεῖνος duplicem formam κῆνος vel κείνος et τῆνος haberent, et hanc quidem significatione longe diversam? Scilicet τῆνος nequaquam, id quod antiquis grammaticis creditum est, Dorica forma pronominis ἐκεῖνος habenda est (neque κ apud Dorienses in τ mutati alterum exemplum extat), sed non minus diversae originis est quam significationis. Doricum enim pronomen τῆνος a simplicissimo demonstrativo eadem ratione derivatum est, qua Doricum τοσσῆνος, quod nunc non legitur nisi apud Theocritum I, 54 et III, 51, a τόσσοις formatione quadam Syracusanis potissimum, ut videtur ⁷⁾, usitata. Neque hoc jure opponeretur, τοσσῆνος nihil differre a τοσοὔτος, haud levi discrimine τῆνος et οὔτος distare. Nam neque satis constat de τοσσῆνος et, si forte minus discrepant, simili ratione τοιόςδε et τοιούτος multo minus distant quam ὅδε et οὔτος.

Redeundum est ad κείνος vel κῆνος. Hanc for-

7) Arcad. 65, 1. τὸ εἰς ἦρος (leg. ἦρος e cod. Havn. apud Dind. Gramm. Gr. I p. 56) ὑπερδιύλλαβα ἀπλᾶ ἢ παρὰσύνθετα δέονται, εἰ μὴ παρὸνυμα εἶη κατὰ τροπὴν γένους θηλυκοῦ εἰς τὴν εἰς ὄς κατάληξιν γεγόμενα, ἢ παρὰ γενικῆς ἀναπεφθόντα (leg. ἀναπεφθόντα ex Havn.) ἢ παρὰ Συρακουσίου παράγωγο καθ' ὁμοιωματικὴν σημασίαν. Intellego τοσσῆνος, τοῖῆνος et similia, in quibus comparativa notio apparet.

nam, quam grammatici Doribus in universum tribuunt, severioris certe Doridis fuisse certum est. Nam Alcmani fr. 64 (66), quanquam et Apollonii codex et Hephaestionis p. 3 libri κείνος exhibent, jure κῆνος redditum esse videtur, quia Apollonius (vid. not. 4) post τῆνος commemoratum pergit: σπανίως διὰ τοῦ κ̄, et idem in Cretica dialecto fuisse apparet e glossis Hesychianis κηρούεις (leg. κηρούει) ἐκεῖ· Κορήτες — κηρούει, ἐκεῖ — κηνώ, ἐκεῖ. Accedit Lesbiacae dialecti analogia. Valde contra dubium est, rectene idem κῆνος mitiori Doridi tribuatur, quam in Ann. Oxx. I, 249, 6 (vid. not. 6) Syracusani κῆνος et τῆνος dixisse referuntur (ubi non licet κείνος scribere, quia e Doricis formis demonstratur, vulgo ἐκεῖνος scribendum esse, non ἐκίμος). Nam et reliquorum analogia, de quibus exposuimus supra §. 20, mitiori Doridi κείνος concedi jubet, idque ipsum traditum est Epich. 94 et ubique apud Pindarum (vid. Boeckh. Nott. Critt. p. 366), cujus auctoritas hac in re non spernenda est. Quum enim neque epicam dialectum sequutus sit, quae ἐκείνος et κείνος promiscue profert, neque Lesbiacam, quae κῆνος, mitioris Doridis consuetudinem expressisse videtur. Itaque in grammatici testimonio illo corruptelam aliquam latere arbitramur et restituendum esse aut τῆνος γὰρ τὸ κείνος Συρακούσιοι aut, id quod altero ejusdem libri loco p. 223, 30 (vid. not. 4) commendatur: τῆνος γὰρ Συρακούσιοι καὶ κῆνος Αἰολεῖς. Apud Epicharmum fr. 48, ubi boni libri κηνον, in loco corruptissimo fortasse nec κῆνον nec κείνον verum est. Ceteram κείνο Epich. 94, 12 in τῆνο mutari ne sensus quidem permittit, quum vere longinquam demonstrationem habeat: illud, quod antea fuit. E Theocriti carminibus magis Doricis κείνος nunc propulsum est, de qua re alio tempore dicemus. Hoc libenter concedimus, frequenti pronominis τῆνος apud Siculos potissimum usu factum esse, ut κείνος, cujus in locum haud raro illud substitui poterat, quodammodo obsolesceret. Ex Attica dialecto sumptum videtur τοῦτ' ἐκεῖνο Acharn. 786.

4) Dorienses nunquam more Atticis familiarissimo demonstrativis iota addidisse videntur. Neque enim quidquam ejus generis legitur praeter *ταδι* Acharn. 710, quod si ab Aristophane scriptum esset, ex Attica consuetudine immixtum videri posset, et ad eum ipsum locum scholiasta haec adnotavit: ἄμεινον δὲ ἀντὶ τοῦ γράφειν ταδι, τὰ δὴ. Δωριζεῖ γὰρ et Aldina praebet *ταδὴ τὰ φύγγια*. Itaque Dorienses et iota demonstrativum ignorabant et *δὴ* dicere poterant pro *ὄδε*, id quod eo credibilis est, quia *δε* illud demonstrativis additum haud dubie e particula *δὴ* ortum est. Eandem plenior formam agnoscimus Epich. 94, 16, ubi quum et pronomen *αὐτός* parum conveniat et in duobus libris pro *καὶ τὸ δὴ* extet *κατὸ δὴ*, in uno *καὶ τοδί*, restituendum videbatur *ἄτερον εἶη κα τοδί*.

5) Pronominis *αὐτός* apud omnes Dorienses eadem vulgaris forma fuisse videtur. Dubitationi enim valde obnoxia est Hesychii glossa *ἀντετοῦς, τοῦ αὐτοῦ ἔτους· Λάκωνες*, quacam conferas alias: *ἀντακάς, σήμερον — ἀντακές, σημεῖον (corrigitur σήμερον) — ἀνταλλές, ταύτης τῆς ἡμέρας — ἀνθήμερον, σήμερον ἡμέρα· Σοφοκλῆς Δανάη — ἄνθα, αὐτῆ· Κύπριοι*. Crederemus rudiores quaedam dialectos *ἀντός* vel *ἀντός* pronuntiasse, nisi parum probabile esset, Sophoclem tam reconditam formam arripuisse et inde ad reliquas quoque glossas corruptionis suspicio permaneret. Non plus fidei est alii ejusdem Hesychii glossae *αὐς, αὐτός· Κρήτες καὶ Λάκωνες*, in qua nonnulli *αὐς* et *αὐτός* pro *οὐς* et *ὠτός* esse temere existimarunt, vid. §. 31. Ceterum *αὐτός* et in reliquis Doridis fontibus reperitur et in antiquo titulo Laconico Leakii nr. 71.

Doridi peculiaris est ejus pronominis geminatio, cujus exemplum *ταῖς αὐταύταις χερσίν* Apollonius ⁸⁾ e Sophrone apponit. Idem pronomen optime Epicharme 94, 7

8) Apollon. de pron. 79. B. *μόνη διπλασιάζεται παρὰ Δωριέων ἢ αὐτός ἐν τῷ αὐταυτός, αἱ δὲ μὴ ἐγὼν μαθόν ταῖς αὐταύταις χερσίν.*

a Porsono restitutum est πεπαιδευται γὰρ αὐτάυτας ὑπο pro αὐ ταύτας. Saepissime autem in Pseudo-Pythagoreorum fragmentis, quae Stobaei Florilegium servavit, a Gaisfordio e librorum corruptelis elicatum est: I, 74 μὴ μόνον αὐταυτον (libri αὐ ταυτόν et ἀντ' αὐτῶν) οὕτως διατιθεῖς ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐμπιστεύσαντας αὐτῷ; I, 75 ἃ μὲν αὐτὰ ἐντι δι' αὐταυτα αἰρετὰ, οὐ μὰν δι' ἕτερον· ἃ δὲ δι' ἕτερον, οὐ μὰν δι' αὐταυτα (vulg. διὰ ταῦτα), deinde ὃ καὶ δι' αὐταυτον αἰρετόν (ll. διὰ ταυτόν et δι' αὐτὰ ταυτόν), δι' αὐταυτο, αὐτὰν δι' αὐταύταν et saepe δι' αὐταυτα libris eadem corruptelas offerentibus; XLVIII, 62 πρέπει τὸν ἐτέρων ἄρχην χρῆζοντα τῶν αὐταύτω παθέων πρῶτον δύνασθαι ἄρχην (libri αὐτοῦ vel αὐτ' αὐτῷ vel ἐν ἑαυτῷ); LXV, 16 καὶ μέμριος ποτὶ κολάσει δικαίως ἐστὲ ἄξιοι τυγχάνεν διὰ τὰς αὐταύτων ἀκολασίας (vulgo αὐτῶν, Trinc. ἀντ' αὐτῶν); LXXXV, 18 πρωτονύμφευτοι — εὐφραῖς ἔχοντι ποτὶ τὸ ἀγαπάξει τὸν αὐτάυτας ἄνδρα (ll. αὐ ταύτας); XCVIII, 71 φύσιος — κύκλον αὐταύτας ἀναποδιζόισας (vulg. αὐ ταύτας); CXV, 27 ἵνα — αὐτὸς αὐταυτον διορθοῦν δύνηται (ll. αὐ ταυτόν et αὐτ' αὐτόν); CIII, 27 ὁ θεὸς — ἐξ αὐταύτω τελήϊος ἐντι (vulg. ἐξ ἑαυτοῦ, Trinc. ἐξ αὐ ταυτῷ) et ἀρχάν ἐν αὐταύτω τοιαύτην (vulg. ἑαυτῷ, Trinc. αὐ ταυτῷ). Eodem modo alia in Stobaei Eclogis sananda sunt, quae hic apponere piget. Postremo in titulo Cretico nr. 2566 εὐξαμένα ὑπὲρ αὐσαύτας εὐχάν, ubi Boeckhius correxit ἑαυτῶς, potius αὐταύτας scribendum videtur (et Dorvillius ad Charit. p. 302 Lips. ἑαυτῶν corrigens αὐτ' αὐτας edi tradit), nisi forte quis ipsum αὐσαύτας ita defendere audeat, ut glossam Hesychii supra allatam in hunc modum corrigendam esse dicat: αὐσαυτος, αὐτός (pro αὐς, αὐτός). Κρητες καὶ Λάκωνες.

Significationem hujus pronominis Valckenarius ad Adon. p. 206. C, qui unicum exemplum Sophroneum cognitum habebat, non recte ita descripsit, ut αὐτὸ τοῦτο et αὐτὰ ταῦτα e vulgari Graecitate conferret. In reliquis locis omnibus reflexiva potestas facile apparet; et ple-

rumque quidem pro αὐταυτον, αὐταύτων, αὐταυτο etc. reflexivum tertiae personae εαυτόν, εαυτήν, εαυτό substitui posset; semel tamen Stob. LXV, 16 αὐταύτων est pro ὑμῶν αὐτῶν. Verissime igitur Porsonus in Sophronis loco correxit ταῖς αὐταύτας χερσίν i. e. ἐμαυτῆς. Neque jam latet, unde Doricum hoc pronomen originem traxerit. Quis enim non meminit eum Atticorum usum, de quo dixit Matthiae Gramm. Gr. p. 868 haec exempla afferens: Aesch. Ag. 845 ταῖς αὐτὸς αὐτοῦ πήμασιν βαρύνεται, Prom. 929 τοῖον παλαιστὴν νῦν παρασκευάζεται ἐπ' αὐτὸν αὐτῷ, Soph. Trach. 451 εἰ δ' αὐτὸς αὐτὸν ὠδε παιδεύεις, Oed. C. 930 αἰσχύνεις πόλιν τὴν αὐτὸς αὐτοῦ etc.? Quae si Dorice scripta essent, αὐταύτου, αὐταύτω optime locum tuerentur; contra in Sophroneo loco substituere licet ταῖς αὐτὰ αὐτῆς χερσίν, in Epicharmeo πεπαιδευται ὑπ' αὐτῆ αὐτῆς neque minus in reliquis. Itaque αὐταύτου compositum est ex αὐτὸς vel alio quopiam casu et αὐτοῦ. At, dixerit aliquis, Attica illa exempla altero loco reflexivum cum spiritu aspero habent, quare αὐθαύτου necessarium foret. Verissime tamen Bernhardy Synt. p. 287 iudicavit, videri rectius scribendum esse αὐτοὶ κατ' αὐτῶν, αὐτὸς πρὸς αὐτοῦ, quae scriptura haud raro a libris suppletur, vid. Elmsl. ad Heracl. 144. Ipsi Epicharmo fr. 111 e libris reddidimus αὐτὸς δ' ἐπ' αὐτοῦ χαίρω, quum e conjectura ἐφ' αὐτοῦ scriptum esset, nec minus lenem tenuimus fr. 97 in αὐτοῖσιν αὐτοῦς et 132 in αὐτὸς αὐτὸν cf. Chilo Diog. Laert. I, 73 ἐξ αὐτὸς αὐτῷ et αὐτὸς αὐτὸν (potius αὐτόν) Delph. 67 Ross., qui loci simul docent geminatum αὐτὸς non semper apud Dorienses coluisse, quanquam poterat in his ipsis substitui ἐπ' αὐταύτου, αὐταύτοισιν, αὐταυτον. Valde memorabilis usus spectatur in Heracl. I, 76: τὼς δὲ πολιανόμως τὼς ἐπὶ τῷ Γέτες ποθελομένως μετ' αὐτὸς αὐτῶν ἀπὸ τῷ δάμω μὴ μεῖον ἢ δέκα ἄνδρας ἀμφίστασθαι etc. Ubi quum Mazochius novam et miram vocem μέτατος pro μετά esse finxerit, potius μετ' αὐτὸς αὐτῶν ita pro μετ' αὐτῶς αὐτῶν vel αὐτῶς μετ' αὐτῶν i. e. μεθ' ἑαυτῶν esse apparet, ut

αὐτός indeclinabile habitam sit, qui usus medius est inter *μετ' αὐτῶς* (*αὐτοῦς*) *αὐτῶν* et *μετ' αὐταυτῶν*.

Jam vero geminatum *αὐτός*, sive voces secernuntur (nec tam collocationis ratio discrimen efficit) sive Dorice in unam coalescunt, reflexiva potestate utitur eo aucta, quod et subjecti et objecti notio pronomine *αὐτός* distinguitur. Itaque *ταῖς αὐτάτας χερσίν* est ipsa meis ipsius manibus, *πεπαιδευται ὑπ' αὐταύτας* a se ipsa sola instituta est. Recentiore tamen tempore *αὐταύτου* emphasi abjecta ita pro simplici reflexivo haberi coeptum est, ut etiam tertium *αὐτός* addi posset, cujus usus exempla supra apposuimus Stob. I, 75 *αὐτὰ δὲ αὐταυτα* et *αὐτὰν δὲ αὐταύταν*, CXV, 27 *αὐτὸς αὐταυτον*. — Si vero pronominis potestas reflexiva est, non rectius Apollonius nominativum *αὐταυτος* finxit, quam si quis *ἐμαυτός*, *ἐαυτός*, *ἄλληλοι* fingere velit. Neque intelligitur, quo jure accentus retrahatur. Non dubitamus, quin ex *αὐτὸς αὐτοῦ* factum sit *αὐταυτοῦ*, non *αὐταύτου*.

Itaque jam praecipui oportet, Doriensibus peculiare fuisse pronomem reflexivum, quod ad omnes tres personas aequae referri posset, olim emphaticum, postea vix a vulgaribus reflexivis potestate diversum, idque hac flexione usum:

Gen. sing. *αὐταυτοῦ(ῶ)*, *αὐταυτᾶς*, *αὐταυτοῦ(ῶ)*
 Acc. — *αὐταυτόν*, *αὐταυτάν*, *αὐταυτιό* vel *αὐταυτόν*
 Gen. plur. *αὐταυτῶν*, *αὐταυτᾶν*, *αὐταυτῶν*.

Reliquorum casuum ratio facile apparet. Accusativum neutrius generis *αὐταυτό* supra attulimus ex Stob. I, 75 et iidem *αὐταυτόν*. Illa forma verior est et antiquior.

6) Relativum simplex apud Dorienses teste Apollonio (vid. not. 1) in nominativo plurali modo τ praefigit modo spiritum asperum servat, quam formae ambiguitatem excepto nominativo singulari masculini et feminini reliquis casibus communem fuisse, vel, ut rectius dicamus, genuinae Doridi licuisse articulo pro relativo uti, e titulis et scriptoribus satis apparet. Nam in tabulis

Heracleensibus quum relativa plerumque spiritum asperum servant, tamen relativa potestate utuntur τόν B. 12, τά I, 120, τῶν I, 40, item in titulo Bruttio τῶς pro τούς. In Amph. 1688 vulgaris forma regnat praeter τάν l. 6. 16 et κατά l. 10 i. e. κατὰ τά (non κατ' ἄ, ut Boeckhius voluit), item in Creticis praeter τῶν et τῶς pro οὔς in iurejurando nr. 2555, 23 seqq. Postremo τούς legitur in Phoc. 81 R., reliquis titulis nunquam praefigentibus. Apud Epicharmum vulgares formae sunt ὄν 66, ἄν 51, ὄ 98, οἷ 26. 32, ὄν 24, αἶτε 5, ἄπερ 23; alterius generis sunt τόν 18, τοί 110, τὰς 23, 10, τὰ 23, 4. 6 et 114. Apud Sophronem αἷ est fr. 33; in Lysistrata ἄπερ 1164, contra τοί 1302, τᾶ 1306; in foederibus apud Thucydidem V, 77. 79 τᾶπερ et τοῖςπερ. In Acharnensibus ἄ n. pl. est 766, τῶν 727, adeo τῶς pro ὡς 728; nam adverbialia ab articulo derivata item pro relativis esse possunt, ut in aliis dialectis τῆ, τόθι, τόθεν. Rhinthonis aetati οἷ concedimus, quod legitur in versu apud Cicer. ad Att. I, 20.

Dorienses maturius quam reliquos Graecos ὅς μὲν — ὅς δέ pro ὁ μὲν — ὁ δέ usurpasse, e Pseudo-Pythagoreorum usu parum recte collectum est (vid. Matth. p. 289) quorum Archytas Stob. Flor. I, 75. 76 ἄ μὲν — ἄ δέ n. pl., Tim. de an. mund. p. 95. D καθ' ὃ μὲν — καθ' ἄν δέ etc. Nec multo gravior est auctoritas versus, qui Epicharmeus dicitur fr. 136 ὁ τρόπος ἀνθρώποισι δαιμον ἀγαθός, οἷς δέ καὶ κακός. Nam ut apud Stobaeum alia complura fragmenta male Epicharmo assignantur, ita hoc quoque Menandreum potius quam Epicharmeum χαρακτηῖρα habere videtur. Rhinthonem in versu apud Cicer. ad Att. I, 20 servato οἷ μὲν παρ' οὐδέν εἰσω, οἷς δ' οὐδέν μέλει, recentiorem consuetudinem sequutum esse facilius credideris. Dialectus tamen Dorica ἐντι postulat, quod appositivum et impatiens est. Itaque quum Orellius secundum Lambinum εἰσι τοῖς ediderit, verius videtur ἐντι, τοῖς. Certior est is relativorum usus in adverbis ἄ μὲν — ἄ δέ, ut in Heracl. I, 33 ἀπέχοντας ἀπ' ἀλλήλων

ἧ μὲν τριάκοντα πόδας ἧ δὲ *Ἔικατι* i. e. qua — qua vel in alteram partem — in alteram, deinde in epigrammate Corcyraeo mixtae dialecti nr. 1907 pro *καί* — *καί*. Conferas *ὅτε μὲν* — *ὅτε δέ*, ubi *ὅτε* haud dubie ab origine relativum est, cf. Reiz. de accent. incl. p. 30 seqq.

7) Interrogativi et indefiniti *τίς* declinatio a vulgari ratione non differre solet. Breviores genitivi et dativi formae non reperiuntur; nam quod *τεῦο* (leg. *τεῦ*) in Et. G. 526, 3 Doricum dicitur pro *τίνος*, *τέο*, *τοῦ*, propter contractionis modum factum est. In Acharn. 789 minus recte nunc Megarensi continuari videtur *φαντάζομαι ὑπό του*. Melius placet antiquarum editionum distinctio: *φαντάζομαι*. *ΔΙΚ.* ὑπὸ τοῦ; *τίς ὁ φαίνοιν σ' ἐστίν*; — Memorabile est *σὰ μάν* in Megarensis ore Acharn. 723. 751, quod Scholia et Greg. C. p. 236 pro *τί μὴν* esse dicunt, recte quidem, si sensum spectas, minus recte, si formam. Quum enim *σά* non possit pro *τί* esse, verius Herodianus ⁹⁾ docere videtur, *σά* Megarice esse pro *τινά*, nisi quod hic potius pro *τίνα* positum est. Nam ex antiqua forma *τια* (vid. L. I §. 23, 11) facile *σα* fieri poterat, ut *ἄσσα* pro *ἄτινα* ex *ἄτια* factum est. Pluralis in ea interrogatione vulgo non usitatus est neque tamen per se habet, cur reprehendatur. Parum recte Dorienses *τά* pro *τί* vel *τινά* dixisse traduntur ¹⁰⁾.

Quo jure indefinitum pronomen *ἄμός* ad Doridem referatur in Scholl. E. Od. α, 10 et Et. M. 95, 22, obscurum est. — Syracusanum ab Apollonio de pron. p. 75. C Sophroneo exemplo allato fr. 24 dicitur *ὁ δειν* vel

9) Scholl. LV. II. α, 551 de *ἄσσα*: *ἔστι δὲ κατὰ τὸν Ἡροδιανὸν ἢ ὁ μίση λόγου, τὸ ἄ ἄφθρον καὶ τὸ σὰ Μεγαρικὸν δηλοῦν τὸ τινά, cf. Eustath. 148, 38. σά, ὃ δηλοῖ τὸ τινά Μεγαρικῶς καὶ Δωρικῶς, Et. M. 157, 48. σά, ὃ ἐστὶ Μεγαρικὸν δηλοῦν τὸ τινά.*

10) Greg. C. 212 e Pind. Ol. I, 82, ubi unus codex *τά*, reliqui ecte *τί*. Et. M. 167, 37. *ἄτια, γίγνει δὲ ἀπὸ τοῦ τὰ Δωρικῶς, τοῦ ἡμαινοντος τὸ τινά.*

potius *ὀδεῖν* pro *ὀδεῖνα*; commemoratur idem in Et. G. 418, 48.

Pronomen *ὄστις* antiquo et Aeolico more (vid. L. I §. 23, 11) indeclinabile *ὄ* pro relativo pronomine praefixum habet in Amphict. 1688, ubi *ὄτινος* et *ὄτινι*. In reliquis fontibus vulgaris ratio conspicitur, ut *ὄστις* Heracl. I, 60, Herm. 1193, Astyp. 2483, Epich. 95, *ἄστις* Lysistr. 1249, *ἄρινα* Thuc. V, 79 etc.

§. 34.

De numeralibus.

1) Cardinalia:

εἷς, *μία*, *ἕν* ubique Doriensium sunt, nisi quod severior Doris *ἦς* proferebat pro *εἷς*; vid. §. 20, 2, Cretensium pars et Argivi haud dubie *ἔς*, vid. §. 14. De compositis *οὐδέις* et *μηδέις* supra diximus §. 10, 7.

δύο, G. *δυῶν*, D. *δυσί(ν)*, A. *δύο*. Ea flexione antiqua et genuina Doris usa esse videtur; nam et in tabulis Heracleensibus genitivus ubique *δυῶν* sonat, ut I, 91. II, 21 etc. et aliquoties apud Archimedes ut Aren. p. 324, cf. Hesych. *δύων*, *δύο*· *Δωριεῖς*, et dativus *δυσί(ν)* legitur in Rhod. 2525, b et apud Archimedes de Helic. p. 228. Vulgo tamen et in titulis et apud Archimedes *δύο* indeclinabile est, ut *δύο δραχμῶν* Coreyr. 1845. Vix ullo jure Doricum dicitur *δοιῶ* vel *δύω*¹⁾.

τρῖς et *τριῖς*, n. *τρία*, G. *τριῶν*, D. *τρισί*, A. ut nominativus. Antiquior forma *τριῖς*, quod est contrahendo e *τριες* et *τριάς* natum, legitur in titulo Bruttio et tabulis Heracleensibus, nisi quod altera recentiore quoque *τριῖς* ter admisit l. 15. 53. 70. Eadem vulgaris forma praeterea in titulo Delphico nr. 1690 reperitur, ceterum antiquiorum in numeralibus formarum tenaci, et in recentioribus omnibus.

1) Ann. Oxx. I, 108, 15, Et. M. 289, 16, Et. G. 149, 33 de *δοιῶ*, Tzetz. ad Hesiod. Opp. II de *δύω*.

τέτορες, τέτορα est genuina forma Dorica ²⁾, quae nunc legitur in tabulis Heracleensibus et Delph. 1690, deinde Epich. 100 bis, libris Athenaei et Eustathio priore loco τέτταρας exhibentibus, quanquam hunc τέτορας voluisse apparet ²⁾; altero loco meliores libri τέτορας tenent, editio Lugdunensis τέτορας. Apud Theocritum XIV, 16 τετόρων est, non Dorice τέσσαρας XI, 41 (ubi codices pauci pejores τέτορας et τέτταρας), τέτταρες XIV, 29. Male aliquoties apud Timaeum τέτορες scriptum est p. 96. B. C., 99. B, 101. C., rectius nunc Diotogeni Stob. Fl. XLIII, 130 τέτορες e Trin. restitutum. Vulgaris forma τέσσαρες semel legitur in altera tabularum Heracleensium II, 50, semper in titulis recentioribus, ut Delph. 1702. 1704. 1705, Taurom. et apud Archimedem. Ceterum de origine Dorici τέτορες vide L. I §. 12, 3.

πέντε cf. §. 10, 1, ἕξ (in tabb. Heracl. Fέξ, vid. §. 5, 2), ἑπτά, ὀκτώ (tabb. Heracl. ὀκτώ §. 4, 2), ἑννέα (ἑννέα tabb. Heracl.), δέκα praeterquam in tabulis Heracleensibus a vulgari ratione nihil differunt.

Pro ἑνδεκα legitur δέκα εἰς Delph. 1690.

δυώδεκα antiquae Doridis esse docet δυωδεκάπλοος in titulo Bruttio; δώδεκα tamen e δωδέκατος Rhod. 2525, b colligitur; δέκα δύο est in Heracl. II, 53.

Pro εἴκοσι multae Doricae formae erant. Omnium antiquissima est Fίκασι, quae extat in tabb. Heracl., Lacon. 1511 et in antiquo titulo Argivo, ubi Fικα resedit; paullo recentior est Fείκασι, quae in altera tabularum Heracleensium promiscue cum illa usurpatur; Laconicum βείκασι apud Hesychium ad aetatem multo inferiori pertinet, vid. §. 5, 4. E formis digamma carentibus antiquissima est ἴκασι, de qua testantur gram-

2) Eustath. 1398, 23 post priores Epicharmi fr. 100 versus alatos, ubi τέτταρας scriptum est: τὸ τέτορας Λωρικῶς λεχθῆν, οὐ εὐθεῖα κεῖται παρ' Ἡσιόδου, quibus spectat Opp. 696 ἡ δὲ γυνὴ τέτορον ἡβώου.

matici³⁾; *εἴκατι*, quod *ν ἐφέλκ.* pati traditur⁴⁾, legitur in Corcyr. 1840, Callim. in Cer. 70 et apud Theocritum IV, 10. V, 86. XV, 139. XVI, 51. Quod peiores Theocriti codices exhibent, *εἴκοτι*, barbarum est, quanquam in Ann. Oxx. IV, 215, 6 Doricum dicitur. In titulis Alexandro inferioribus vulgaris forma *εἴκοσι* reperitur, ut in Tauromenitano Torremuzzae etc., item apud Archimedem.

τριακόνα nihil peculiare habet.

τετρακόνα, genuina Dorica forma servata est in Heracl. et Delph. 1690, et in epigrammte Corcyraeo mixtae dialecti nr. 1907. Apud Archimedem, unde affertur, non invenimus; sed versus e Dinolochi Siculi Medea a Polluce IV, 174 allatus legendus videtur:

— ο τετρακόναλιτρούς τῷ νεανίσκῳ πέδας
(pro τετταράκοντα vel τετράκοντα). Nulla dialectus *τετράκοντα* pronuntiasset videtur, cf. infra ad *τετρακοστός*. Vulgaris forma *τεσσαράκοντα* reperitur semel in altera tabularum Heraclensium II, 49, deinde in titulis recentioribus, ut in Tauromenitanis. Ceterum *τετρώκοντα* e *τετορήκοντα*, *τετρορήκοντα* factum est, ut *ὀγδώκοντα* ex *ὀγδοήκοντα*.

πεντήκοντα, *έξήκοντα* (Heracl. *Ἑξήκοντα*).

έβδεμήκοντα in tabb. Heracl. et Delph. 1690; vulgare *έβδομήκοντα* est in Corcyr. 1845 et Tauromenitanis.

ὀγδοήκοντα est in Corcyr. 1845 et Tauromenitanis, sed genuinam Doridem ut Iadem *ὀγδώκοντα* protulisse suspicamur.

ένενήκοντα, Heracl. *ένενήκοντα*.

έκατόν ut vulgo, cujus vocis composita apud Dorienses antiqua forma servata in *κατιοι* exeunt: *διακα-*

3) Choerob. Oxx. II, 205, 4. Δωρικῶς διὰ τοῦ ἰ γράφοντες αὐτὸ τρέπουσι τὸ ὀ ἐν τῇ παραληγοσίῃ εἰς τὸ ἄ λέγοντες εἰκασί (leg. *έκατι*). — Hesych. *έκατι* ἢ *έκατι*, *έκοσι*.

4) Ann. Oxx. I, 147, 32. τὰ δὲ εἰς ἑ (leg. *ἑῖ*) Δώρια ὀνόματα προλαμβάνει (leg. *παραλ.*) τὸ *ν*· *έκοσι*, *έκατι*, *έκατω*.

τίοι, τριακατίοι, τετρακατίοι, πεντακατίοι, ἑξακατίοι, ἑπτακατίοι, ὀκτακατίοι (Doricum accentum appropinquimus), omnia in tabulis Heracleensibus. Praeterea *διακαταί* est in Amph. 1688, *ὀκτακατίοι* in Lacon. 1511, cf. infra de *πεντακατιάς* in Iss. 1834. Vulgares formae sunt in titulis post Alexandri aetatem scriptis, *διακόσιοι* jam in Heracl. II, 35, *τετρακόσιοι* B. 40, hoc tamen nescio an Maittairii errore (vid. §. 2, 7), *διακόσιοι*, *τριακόσιοι*, *τεσσαρακόσιοι* in Calymn. 2671, Ther. 2448, Tauromenitanis etc. et apud Archimedem.

χίλιοι, *δισχίλιοι* etc. nunc leguntur in Heracl. B. 36. 37, Ther. 2448, Calymn. 2671 etc., contra in Lacon. 1511 antiqua scriptura l. 12. 19 *χελιοι* (nam *χιλλους* l. 22 duplici ratione corruptum esse videtur, vid. §. 20, 2. b). Jam vero quum Lesbiacum *χέλλιοι* et Boeoticum *χέλιοι* significent, severioris Doridis *χηλίοι*, mitioris *χειλλιοι* fuisse, illud in Laconici tituli antiqua scriptura agnosci oportere et in tabularum Heracleensium fragmento Britannico fortasse Maittairii culpa in vulgarem formam mutatum esse supra suspicati sumus §. 20, 6. In recentioribus titulis vulgaris forma locum tuetur.

2) Ordinalia:

πρῶτος (vid. §. 21, 1), *δεύτερος*, *τρίτος*, *τέταρτος*, *πέμπτος*, *ἕκτος* (Heracl. *Ἑξέτος*) et in tabulis Heracleensibus et in aliis fontibus reperiuntur. De proximis e certioribus fontibus non constat. Suspicamur tamen *ἑβδεμος* dictum esse ut *ἑβδεμήκοντα*, nec credimus recte Siculis *ἔννατος* tribui pro *ἔννατος* vel *ἔνατος*, vid. §. 14. — Saepius *δέκατος* legitur, *δωδέκατος* Rhod. 2525, b.

Non constat, quid Dorienses pro *εἰκοστός* dixerint, suspicari licet de antiquissima forma *ἑκαστός*, deinde *ικαστός*, *εἰκαστός*. Sequentium terminatio vulgarem analogiam sequitur; nam *τριακοστός* est in Coreyr. 1845 et inde *τριακοστιαῖος* in Heracl., deinde Doricum *τετρακοστός* apparet apud Archimedem Aren. p. 325, ubi in Oxoniensi editum est *τετρακοστομόριον*, quum in Basi-

icensi sit *τέτροικον τὸ μόνιον*, in codice Parisiensi C *τέτροικον τομόριον* et D. *τετροκοστομόριον*. Ibidem paullo inferius et p. 327 *τετρακοστομόριον* sine varietate lectionis editum est; at *τετρακοστός* non magis ferri posse videtur quam *τετράκοντα*.

3) Adverbia numeralia:

ἀμάκεις, *ἀπαξ*· *Κρηῆτες* et *ἀματεις*, *ἀπαξ*· *Τυρανῖνος* Hesych., quorum hoc, nisi vehementer fallor, pro eodem *ἀμάκεις* male scriptum est aut potius utrumque pro *ἀμάκεις*, antiquissima hujus adverbii forma, quae a plerisque Graecis in *ἀπαξ* corrupta est, vid. §. 10, 8.

τριάκεις, *τρὶς*· *Λάκωνες* Hesych., quae forma in Ann. Bekk. p. 942 etiam ex Aristophane affertur.

Reliqua ejus generis adverbia *δὶς*, *τετράκεις* etc. terminatione nihil proprii habent.

De *διχᾶ*, *τριχᾶ* pro *δίχα*, *τριχα*, quo pertinet etiam *ἀμᾶ* pro *ἄμα*, unā cf. *ἀμάκεις*, diximus §. 3, 11 et dicemus §. 44, 8.

4) Substantivum numerale singularis formae Boeckhii finxit in titulo Issensi nr. 1834 *ἐν πεντακατα(τ)ίδι* supplendo restituens, quod a Dorico quodam *πεντακαττός* pro *πεντηκοστός* derivat. At substantiva numeralia neque in *εις* exeunt, sed in *ας*, neque ab ordinalibus ducuntur, sed a cardinalibus; postremo *πεντηκοστός* Doricum est, *πεντακαττός* nullius dialecti. Itaque potius *πεντακατιάδι* legendum esse videtur, quod recte a *πεντακαττοί* descenderet. — De adjectivis in *πλοος* vid. §. 23, 2.

De conjugatione.

Largior materiae copia, quam Doricae dialecti fontes praebent, in conjugatione illustranda accuratius, quam in primo libro fieri potuit, eam viam sequi permisit, quam et Graecae linguae proprietati convenire et brevitati atque perspicuitati consulere arbitremur. Quare quum dissertatio nostra de conjugatione in *μι*, ubi primum sen-

tentiam nostram exposuimus, paucorum in cognitionem pervenisse videatur, summam rei succincte jam repetemus.

Omnis Graecae conjugationis ratio maxime in systematis versatur, quae ne ullum quidem verbum omnia amplectitur. Systemata autem haec a nobis vocantur: 1) Praesens cum Imperfecto, 2) Perfectum cum Plusquamperfecto, 3) Futurum, 4) Aoristus I Act. et Med., 5) Aoristus II Act. et Med., 6) Aoristus I Pass., 7) Aoristus II Pass., 8) Iterativum. Jam omnis conjugatio duabus rebus continetur, systematum formatione et flexione. Systematum formationem eam appellamus, qua e stirpe verbali singulorum systematum stirpes efficiuntur, ut a *τιν* derivantur stirps Praesentis *τιντι*, Perfecti *τενφ*, Futuri et Aoristi I *τιψ*, Aoristi I p. *τιφθη*, Aoristi II p. *τιπη*. Systematum flexio fit per terminationes, per augmentum indicativi praeteritorum et aliquatenus per vocalium mutationem. Quatuor in ea spectantur conjugationis varietates: 1) conjugatio in *ω*, quae complectitur pleraque Praesentia et plerosque Aoristos II a. m., omnia Futura et Iterativa; 2) conjugatio in *μ*, quam sequuntur pauca Praesentia et pauci Aoristi II a. m., omnes Aoristi I. II Passivi; 3) conjugatio Aoristi I a. m.; 4) conjugatio Perfecti. Terminationum duplex genus spectatur, alterum in iis, quae vulgo ad activum referuntur et in aoristis passivi, alterum in reliquis medii et passivi formis. Objectivi nomine illa complexi sumus, haec Subjectivi.

§. 35.

De systematum formatione.

1) Pauca sunt, quibus praesentis formatio Dorica a vulgari ratione distinguitur. De *ζ* apud Lacones Megarenses in *δδ* mutato, ut *παιδδω* pro *παιζω*, diximus §. 12, 3. 4; de Tarentinorum *λακτίσω* pro *λακτίζω* etc. §. 12, 5; de eorundem, si recte traditur, *ἀνάζω* pro *ἀνάσσω* etc. §. 13, 3; in iisdem paragraphis de aliis ra-

rioribus vel incertioribus mutationibus, quas praesentis terminationes ζω et σσω patiuntur. — Saepe Dorienses a grammaticis ¹⁾ traduntur ν pleonastice in praesentibus inserere, ut θύνω et δύνω pro θύω et δύω. Verum neque haec Doridi propria sunt (adeo e contrario καταδύη 2 sing. praes. obj. legitur Sophr. 91) neque reliqua, quae a grammaticis ad Doricum illum morem revocantur, neque postremo in Doricis fontibus reperiuntur, unde patet, illos non omnino temere in hoc loco versatos esse, una Hesychii glossa excepta ἀγνεῖν, ἄγειν· Κρηῆτες, cf. ἀγνεῖ, λαμβάνει et ἀγνησόει, ἀγήχε· Λάκωνες, leg. ἀγνήκει aut, quum apud Phavorinum ἀγνήσοει sit, ἄγνηκε. Nec fortasse aliena est corruptissima glossa ἀγνήκαμες, ἡγοήκαμεν· Αἰολεῖς.

Stirpes in νν exeuntes plerumque conjugationem in ω conjugationi in μι praeferunt. Ita ὀμνύω est in Cret. 2555. 2556, ὤμνυε Epich. 71, δείκνυε imperat. Epich. 132 (si quidem fragmentum genuinum est), ἐπίζεγγνύουσα Archimed. de Plan. Aeg. p. 5 et saepe, ἐπίζεγγνύετω ibid. p. 14, ἀποδεικνύειν Aren. p. 320; contra παραδεικνύοντας Rhod. 2905, ἀναδείκνυντι 3 sing. Cret. 3050, ἀποδεικνύμεν Cret. 3047, ἐπίζεγγνύμενος Archim. de Pl. Aeq. p. 15 et saepe, δείκνυται p. 46, δεικνυται de Helic. p. 233, δεικνύσθαι Aren. p. 324. Illa conjugationis ratione etiam duo verba Doriensibus propria utuntur: στανύω pro ἴσσημι, unde στανύεσθων Cret. 2556, et σωννύω, quo Dinolochus Siculus pro σώζω usus est secundum Ann. Bekk. 114, 5.

1) Append. Et. Gud. 661, 84. Λωρεῖς τὰ εἰς ῶ καθαρὸν λήγασα ἔήματα διὰ τοῦ ν προφέρουσι· οἷον δύω δύνω, θύω θύνω; similiter Herodian. in H. Ad. f. 205 et Eustath. 154, 19. Praeterea hic Doridis mos commemoratur ab Herodiano apud Enstath. 562, 42, Heraclide ibid. 670 extr., Ann. Oxx. I, 313; 18, Et. Or. 49, 18, Et. M. 466, 27 — 632, 22, Et. G. 434, 18, Eustath. 172, 20 etc., ubi ex illo more explicantur ελαίνω, ἐρευνῶ, φορίνω, ἀρτύνω, δαμῶ, δάκνω, δέχνημαι etc., quorum nonnulla ω non purum habere vides.

Siculi terminationem *αζω* amasse referuntur ²⁾ pro vulgari *αω*, ut *σιγάζω*, *ἀνιάζω*. Ejus generis nunc superest *ἀκροαζομένα* Epich. 75 ab *ἀκροᾶσθαι*. Neque tamen solum praesens ea mutatione tactum est, sed reliqua quoque systemata cum nominibus verbalibus affecta sunt. Nam *χαλάξαι*, *γελάξαι* apud Pindarum, qui Siculorum morem imitari videtur, et Theocritum ad Dorica *χαλάζω* et *γελάζω* referenda esse videntur, Epicharmeum *σκυφοκώνακτος* ad *κωνάζω*, *ἀάβακτος* ad *ἀάζω* etc., vid. §. 11, 2. 4. Ceterum vides, non omnia haec Siculis propria esse. Simile praeterea est *κλάζω* aut *κλάξω* pro *κλάω*, *κλείω*, vid. §. 11, 2 et §. 19, 6, unde futurum *κλαξῶ*, et Laconicum *πάζω* pro *παύω*, quod cognoscitur e glossis Hesychianis *ἀμπάξαι*, *ἀναπαῦσαι* " *Λάκωνες* et *ἀμπάζονται*, *ἀναπαύονται*.

Commemoramus etiam Doricum *σκευόω* pro *σκευάζω*, unde in Ther. 2448 leguntur *κατεσκευέωκε* IV, 13 et *κατασκευωθῆ* VIII, 25, quibus inducti sumus, ut nuper apud Aeschylum Eumen. 604 *παρεσκευόωσεν* pro *παρεσκήνωσεν* (Med. *παρέσκωσεν*) proposuerimus.

2) In perfecti formatione primum de reduplicatione vel augmento illius vicario videndum est. Stirpes, quae consonam in fronte habent, nihil fere a vulgari ratione discrepant. Augmentum, ut vulgo, est in *ἐρήγηα* Heracl. a *ρήγνυμι*, contra reduplicatio in *βεβλαστάκοντι* in Lysidis epistola p. 53, quum vulgo sit *ἐβλάστηκα*; *ε* pro reduplicatione vulgari modo est in *εἶρηκα* Rhod. 2905 et *εἰλάφει* Phoc. 73 R., quum in subjectivo apud Archimedes utraque forma reperiatur, *εἴλαμμαι* et *λέλαμμαι* vid. §. 42. Ibidem de Dorico *ἐμβραμαι* pro *εἴμαρμαι* dicitur et de Rhodiaco *εἶσχημαι* pro *εἴσχημαι* ab *ἐχω*. — Eae

2) Heracl. ap. Eustath. 1654, 18. *βῶ βάζω* *Σικελικῶς* κατὰ τὸ *σιγῶ σιγάζω*, *ἀνῶ ἀνιάζω*, *ἀτιμάζω*, *πελάζω*. — Herodian. H. Adon. f. 205, b et Append. Et. Gud. 661, 48. *ἐκ τοῦ φῶ κατὰ παραγωγὴν Λωρικῆν φάζω*, unde *φούζω*, *φάύσκω*, *πιφάύσκω* factum dicitur, cf. §. 12 not. 8.

stirpes, quarum initialis litera vocalis est, plerumque secundum vulgarem usum pro reduplicatione augmentum temporale asciscunt, quo α non in η , sed in α longum Dorice transire supra indicavimus §. 19, 2. Talia sunt *μετάλλαχα* Ther. 2448. I, 12, *άλιφθέρωκα* Sophr. 63, *ἄγμαι* saepissime apud Archimedes; apud eundem *ἀφαιρημαι* legitur de Con. p. 259. 301. 302. 305 seqq. et *διαιρήσθωσαν* de Helic. p. 241 ex editione Basileensi et codice Parisino B restitui oportet pro *διηρήσθωσαν* (saepe tamen *ἤρημαι* est sine varia lectione), quare *καθαιρημένος* scripsimus Sophr. 20 pro *καθηρημένος*. Rectiusne *αἶρημαι* scribatur an *ἄρημαι*, infra quaeremus §. 36, 8. Augmentum neglectum est in *οικοδόμημαι* Heracl. I, 64. 89. 91 et item in *οἴκημαι* Archim. Aren. p. 319. — Reduplicatio Attica est in *ἀπόλωλα* Heracl. B. 39, in *ἀγάγοχα* ab *ἄγω* vid. §. 42, nec dubitamus, quin in plerisque reliquis fuerit, quae vulgo eam postulant. Nam *ἄκουκα*, de quo vide §. 42, potius est perfectum I Doribus proprium pro vulgari perfecto secundo *ἀκήκοα* neque inde de reduplicatione saepius neglecta conjecturam facere licet; *ἤνεγμαι*, quod aliquoties legitur apud Archimedes de Helic. p. 220 seqq., mero sphalmate pro *ἐνήνεγμαι* scriptum esse videtur, quod ibidem multo saepius traditur; Doridi non proprium est *ὑπακατώρυνται* Sophr. 33 sine reduplicatione vid. Buttm. I §. 85 not. 1. — Ceterum reduplicatio et augmentum praepositionibus, ut fit vulgo, etiam in iis verbis, quae potius e compositis derivata quam ipsa compositionem passa sunt, plerumque postponuntur, ut *ἐνδεδίωκα* Heracl. I, 72 a novo verbo *ἐνδιώω*, *ἐνδεδάμηκα* Cret. 3053; e contrario *πεπρωγγύενκα* Heracl. I, 117 est a *πρώγγυος* i. e. *προῦγγυος*, *προέγγυος*.

Quum antiquissima Graecorum lingua, id quod ex Homericis carminibus satis patet, non duo diversa perfecta finxerit, sed unum ea lege, ut post vocales terminationi \ast , in parte saltem formarum, praefigeretur, consonae autem stirpem claudentes ne unquam mutarentur, recentioris linguae consuetudinem Dorica dialectus sequuta

perfecta prima ea fingit, quae ab antiquae linguae ingenio alienissima sint, ut *κεκρατήριχα* Sophr. 71, *μετάλλαχα* Ther. 2448, *ἀπέσταλχα* Cret. 3047. 3048. 3052. 3058. Ign. 2670. Deinde quum Homericæ lingua perfecta, activi potissimum, vix ulla habeat praeterquam verborum primitivorum, Doris cum vulgari lingua verborum denominativorum perfecta prima frequentat, ut *πεφύτευκα*, *ἐνδεδίωκα*, *πεπρωγγύευκα* in Heracl., *ἐπιτετέλεκα* Ther. 2448, *ἀδίκηκα* Aetol. 3046, *ἀλιφθέρωκα* Sophr. 63 etc.

Pauca sunt praeterea, quae Doris in perfectorum formatione peculiaria habet, de quibus infra dicemus §. 42, ut *τίθεκα* a *τίθημι*, *ἔωκα* ab *ἴημι*, *ἀγάγοχα* ab *ἄγω*, *ἔθωκα* ab *ἔθω*, *γέγακα* a *γίγνομαι*, *πέποσχα* a *πάσχω*, *εἶκα* pro *ἴωκα*, *ἔρῶχα* a *ῥήγνυμι* etc.

3) Futurum et Aoristum I eorum verborum, quorum praesens in ζω desinit, pro vulgari σ in genuina Doride semper ξ assumere supra docuimus §. 11. Alia verba σ post brevem vocalem geminant, ut *ἔσσοῦμαι* vid. §. 41, *τελέσσω*, quod Siculum dicitur vid. §. 13, 1, *δάσασθαι* Heracl., neque tamen omnia vel ubique, quum *ὀμόσαι* sit in Heracl. I, 70 et Amph. 1688, *καλέσαι* Epich. 19. 20. 65. Sed in *ἔσσοῦμαι* alterum σ ad radicem ες pertinet, alterum ad terminationem; item verbi *τελέω*, quod descendit a *τέλος* (cf. *τελεσφόρος*) vera stirps est *τελες*; in *δάσασθαι* a radice *δατ* prius σ e τ factum est. Itaque duplex sigma in illis ex antiquitate retentum est.

Futura omnia, etiam quae sigma servant, in Doride circumflecti, saepissime grammatici docent³⁾. Accuratus

3) Et. M. 548, 30 (Ann. Oxx. IV, 198, 31). *οἱ Δωριεῖς πάντας τοὺς ὀριστικοὺς μέλλοντας περισπῶσι*. Apollon. de synt. 274, 18. *τοὺς Δωριεῖς καθ' ὅλης τῆς ἐγκλίσεως τὴν περισπωμένην φυλάττειν τῷ μέλλοντι*. Macrob. II p. 299 Bip. „(Dores) in omni futuro in ω desinente ultimam circumflectunt.“ — J. Gr. 243, a, Meerm. 658 de *δωσῶ*, *θεραπευσῶ*, *νοησῶ* — *δωσεῖ*, *θεραπευσεῖ*, *νοησεῖ* — *δωσοῦντι*, *λεξοῦντι*, *ποιησοῦντι*. — Scholl. Theocr. III, 18 et V, 53, Greg. C. 235. 276. — Ann. Oxx. I, 136, 7, Et. M. 381, 30, Eustath. 23, 10 — 129, 23 — 655, 13 de tertia singulari ut *ἔσοῖται*, *πλευσοῖται*,

tamen quaerentibus ita praecipendum est: Doris futuri primi (ut ea appellatione uti liceat) stirpem in *σε* terminans vocalem *ε* ante terminationes secundum regulas in §. 25. 26. 21 explicatas modo immutatum relinquit modo vario modo mutat aut cum terminatione conjungit. Vulgaris futuri primi ratio, quae solum *σ* pro caractere habet, non reperitur unquam in fontibus paullo majoris fidei; nam *οἰσόντι*, *ἐργαζόνται* et similia in tabulis Heracleensibus alio trahenda esse, supra satis demonstratum est §. 26, 2. Lapidicae Tejo debentur in Creticis 3047 *πειρασόμεθα*, 3049 *ποιήσομεν*, 3052 *ἀναγράψομεν*, eorum, qui descripserunt, negligentiae *προάξονται* Herm. 1193 et *ἀποδώσουσι* Ther. 2448, VI. 16, nec verum videri potest *ἐξορκίζοντι*, quod Boeckhius in corruptissimo titulo Cret. 2554, 36. 41 restituit (idem haud raro Dorice circumflectere neglexit). Vulgaris forma, quam propelli metrum vetat, *κοῖξετε* Acharn. 712 (e Ravennate nunc *ἰξεῖτ'* 708 et *ἀγορασσοῦντες* 716 pro *ἴξετ'* et *ἀγοράσωντες* restituta sunt), Attico poëtae condonanda est; pro *πωτάομαι* i. e. *πωτάσομαι* Lysistr. 1013 *πωταῖομαι* suspicari licet. Quod in Chelidonismo genuinus Dorismus bis negligitur, in *ἰάσομες* et *οἴσομες*, recentiorem ejus originem indicaverit. Apud Archimedem frequentes sunt formae vulgares, maxime in futuris passivi.

Doridem in illa futuri formatione antiquissimae linguae vestigia premere Sanscrita lingua docet, cujus futurum secundum in *sjāmi* terminatur, ut *bhōtsjāmi* a *budh*, cf. *πενσοῦμαι* a radice *πυθ*. Apparet enim antiquum *j* apud Dorienses in *ε* transisse, quum Lesbiaca lingua *js* in *σσ* mutaret (vid. L. I §. 9, 1), reliquae dialecti, nec minus Dorica in aoristo primo, *j* plane abjicerent. Futurum secundum, quod vocant, ita ortum esse

κλαυσίται, *πορευσίται*, quae formae pro parte Doribus non sunt propriae; de *ἰσίται* Scholl. A. II. β, 353, Et. G. 212, 16. — Heraclid. ap. Eustath. 1557, 40 de tertiis pluralibus (vid. §. 36 tc.

constat, ut post liquidas ε insereretur, deinde σ ejiceretur, ut e τέν - σω τενέσω, τενέω, τενῶ. Jam in Doride quum duo ε concurrerent, alterum ejectum est; vestigium tamen ejus in Heracleensium dialectoprehenditur, qui primi futuri tertiam pluralem οίσόντι habent, secundi ἀγγέλιοντι, neque fortasse aliter explicandum est, quod Lysistr. 183 ὁμοιάμεθα est pro ὁμούμεθα, non ὁμόμεθα.

Futura passivi h. e. illa futura, quae ab aoristis passivi derivantur, in Doride cum ipsis aoristis terminationes objectivas habuisse videntur. Primum in Ther. 2448. I, 25 traditum est συναχθησοῦντι, quod Boeckhiius in συναχθησοῦνται mutavit; deinde in Astypal. 2483, 25 ἐπιμεληθη. . . εἰ multo facilius in ἐπιμεληθησεῖ mutaveris quam cum Boeckhio in ἐπιμεληθήσεται aut potius in ἐπιμεληθησεῖται; tum Doricum ὠατωθήσω pro ἀκούσομαι, quod Photius, Suidas, Hesychius afferunt, haud dubie est futurum primum passivi a verbo quodam οὔατόω male illud a variis doctis in ὠατωθήσομαι mutatum vid. §. 31, not. 9. Postremo apud Archimedes Aren. p. 331 est φανήσειν, quod Lobeckius ad Buttm. Gramm. II p. 311 e φανήσεσθαι corruptum esse suspicatur, et de Conoid. p. 277 δειχθησοῦντι (cod. Par. B δειχθησοῦνται, C. D. Ven. δειχθήσονται), idem p. 278 (B. δειχθησοῦνται), atque Aren. p. 320 Basileensis lectio δειχθεῖσι et δειχθεισῶν in Par. A pro δειχθήσεσθαι fortasse genuinam lectionem δειχθησεῖν produunt. His exemplis exceptis apud Archimedes ea futura nunquam contracta reperiuntur neque in editionibus neque in codicum varia lectione, sed ubique vulgares formae, ut δειχθήσεται de Plan. Aeq. p. 6, de Quadr. Parab. p. 22. 24 et saepissime, δειχθήσονται de Con. p. 276, διαιρεθήσεται de Plan. Aeq. p. 8, λαφθήσεται et κρεμασθήσεται de Quadr. Parab. p. 24, τμαθήσονται de Plan. Aeq. p. 36 etc. etc. Jam vero quum in reliquis futuris raro vulgares formae pro Doricis legantur, futurorum passivorum peculiarem quandam rationem esse apparet. Aut librarii insolentiores formas Doricas cum terminationibus objectivis in vulgares mutarunt, aut ipse Archimedes futurorum

genus genuinae Doridi raro usitatum e vulgari lingua ascivit, pauca quaedam vere Dorica relinquens. (Ex *ἐκασθήσεται* Acharn. 749, quod Dorice certe contractionem postularet, nihil contra nostram opinionem efficit neque magis ex *ἀναγραφθήσεται* in Aeginetico titulo nr. 2138 et recenti et corruptissimo). — Objectiva forma futuris, quae descendunt ab aoristis passivi, ipsis ad objectivum pertinentibus, non minus convenit quam futuris, quae derivantur a perfecto objectivo, *τεθνήξω* et *ἔσθῃξω*, quae in recentiore lingua subjectivam formam *τεθνήξομαι* et *ἔσθῃξομαι* praetulerunt vid. Butt. Gramm. II p. 199. 207. Doridem etiam in his objectivam formam tenuisse consentaneum est et *δεδοικῆσω* Syracusanorum proprium dicitur a Macrobio p. 304 Bip. Nihil auctoritatis tribuimus Brasidae epistolae Plut. Morall. p. 219. D, ubi *τεθναξοῦμαι* legitur.

4) Aoristus I. a. m. aequae ac futurum in verbis, quorum praesens in ζω desinit, ξ assumit et in aliis ο geminat. In verbis λ, μ, ν, ρ producitur ᾱ in ā pro vulgari η ut *ἔφᾱνα*, ε a severiore Doride in η ut *ἄγγηλα* pro *ἡγγεῖλα* vid. §. 20, 4. De anomalis *ἦνεγμα*, *εῖπα*, *ἔχεα* vid. §. 42. — De Aoristo I pass. verborum in ζω desinentium supra egimus §. 11, 4. Aoristi II praeter pauca quaedam, quae infra commemorabimus §. 42, nihil a vulgari ratione differunt. —

Iterativa e Dorica dialecto a grammaticis afferuntur 4), neque tamen ullum eorum exemplum in purioribus fontibus reperitur; *ἦσκε*, quod ex Alcmane affertur in Ann. Oxx. I, 154, 32, etiamsi Doricum habeatur, non potest documento esse, ab aliis verbis iterativa derivata esse.

4) Heraclid. ap. Eustath. 1642, 9. *Λορῖων τὰ εἰς εἰ διφθογγῶν περαιοῦμενα (περατοῦμενα) ἐν παρατατικῷ χρόνῳ ἐπὶ τρίτου προσώπου κατὰ ἀφαίρεσιν τοῦ τ ἐμφερόντων μετὰ προσθέσεως τριῶν στοιχείων, οἷον ἐφίλε ἐφίλεσεν, ἐνόη ἐνόησεν. Similiter Et. M. 381, 41. Ineptissima praecipuntur Et. M. 793, 40, Et. G. 551, 37.*

§. 36. De conjugationis ratione communi. 291

§. 36.

De conjugationis ratione communi.

1) Prima persona pluralis objectivi in *μες* exire traditur ¹⁾ et regnat ea terminatio sola in tabulis Heracleensibus, ut *εὐρίσκομες, κατετάμομες, ἐστάσαμες* etc. in Ther. 2448. VIII, 26, ubi *ἐμβαλοῦμες*, Ign. 2670, ubi *ἀπεστάλακαμες*, in Cret. 2557 *εὐχαριστῶμες*. Contra vulgaris terminatio non solum est in Rhodio nr. 2905 et Tejo - Creticis 3047. 3048. 3049. 3052. 3058, ubi lapicide culpae tribui possit, sed etiam in Creticis majoris fidei nr. 2555, ubi *ἐπιγράψαμεν*, et nr. 2556, ubi *ἔλομεν*. Deinde in Epicarmi fragmentis ubique Dorica terminatio servata est: fr. 51 *καλέομες*, 82 *ἀποπυρίζομες, παροσχίζομες, χναύομες, ἐπίομες*. Apud Sophronem leguntur *ἴωμες* fr. 40, et plusquamperfectum *ἐκεκρατηρήχημες* fr. 71, quare *γνώσκωμεν* fr. 83 corrigendum erat. Apud Archimedem rarius Dorica terminatio inter vulgares formas conspicitur, ut *κομίζομες* de Hel. p. 218, *δειζοῦμες* de Conoid. p. 259. 281. In Lysistratae Laconicis partibus ubique est Doricum *μες*, ut *ἴκομες* 1077, *πεπόνθαμες* 1098, *ὑμνίωμες* 1305 etc., item in Acharnensibus 716 *ἴκομες*, 717 *διαπεινᾶμες*. Postremo in Chelidonismo Rhodio libri praebent *ἀπίωμες* et *φέρωμες*, sed *ἔασομεν, οἴσομεν* et *ἔσμέν*. Omittimus fontes parum limpidos. Jam enim satis intelligitur, olim eam terminationem omnibus Doriensibus solam propriam fuisse et tertio demum saeculo vulgarem terminationem accipi coeptam esse. Ceterum Doridem antiquissimae rationis tenacem fuisse et Sanscrita et Latina linguae docent, in quibus *tudāmas* et *amamus* primae sunt praesentis personae.

2) Tertia persona pluralis temporum primariorum ²⁾ et conjunctivi in objectivo in omni-

1) Choerob. Bekk. 1198 et Ann. Oxx. IV, 421, 8, Eustath. 1892, 46, Greg. C. 179.

2) Heraclid. ap. Eustath. 1557, 36. *πᾶς μίλλων τοιοῦτος ἐπὶ τρι-*

bus titulis, etiam recentioribus, qui aliquatenus Doricam dialectum referunt, nec lapicidarum vel describentium culpa corrupti sunt, summa constantia in *νι* exit, ut Praes. Ind. ἔχοντι, ἄγοντι, μισθῶντι pro μισθοῦσι Heracl. I, 50, ἀκολουθέοντι Alaes. — Ind. Perf. ἀνατεθέκωντι Daul. 81 R. — Futur. Ind. ἀπαξόντι et ἀναγγελιόντι Heracl., κρινεῖντι et διαλυσεῖντι Calymn. 2671, ἐξοῦντι Ther. 2448 — Conj. Praes. ἀπογηράσκωντι, διδῶντι, φᾶντι pro φῶσι Heracl., ποιῶντι Ther. 2448 — Conj. Aor. I ἀπογηράσκωντι Heracl. — Conj. Aor. II ἐκπέτωντι pro ἐκπέσωσι, διαγνῶντι Heracl. — Conj. Aor. Pass. ἐγέληθηθῶντι pro ἐξειληθῶσι Heracl., ἐκθανεισθῶντι Corecyr. 1845. Quibus similia innumera leguntur in Hermion. Delph. Phoc. Aetol. Corecyr. Rhod. Ther. Calymn. Ign. 2670. Alaes. Heracl. Cret. 2554. 2556. 3047. 3048. 3058. Peccant contra Doricam proprietatem paucissima quaedam in titulis pessimae fidei: δικαῶσι nr. 2554, 66, quam vocem non una de causa corruptissimam judicare oportet et nonnulla in Cret. 3049. 3052, quae lapicidae Tejo debentur. In titulo Cretico minus suspecto nr. 2558 ἐζάγωσι et ἐξάγωσι perperam pro conjunctivis habita esse supra demonstravimus §. 20, 2. b.

του πληθυντικοῦ Δωρικῶς εἰς τὸ *τι* (potius *ντι*) λέγει τῆς οὐ διεθόγγου παραληγούσης· οὕτω δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ποιοῦντι ἀντὶ τοῦ ποιοῦσι καὶ ὀρθοῦντι ἀντὶ τοῦ ὀρθοῦσι καὶ τῶν ὁμοίων θεμάτων τῆς πρώτης καὶ τρίτης τῶν περισπωμένων· ἐτι δὲ καὶ τῶν μελλόντων· ποιεῖσοῦντι γὰρ καὶ ὀρθοῦσοῦντι καὶ τὰ ὅμοια. ἐπὶ μὲντοι δευτέρως διὰ τοῦ *α* μητωμένου καὶ τοῦ *ν*· γελασοῦντι γὰρ καὶ γελᾶντι, καὶ βοασσοῦντι βοᾶντι· ἐπὶ δὲ βαρυντόνων ἢ ὅν συλλαβῇ ἐν τούτοις παρατελεῖται· ὡς λέγοντι ἀντὶ τοῦ λέγουσι καὶ τὰ ὅμοια. τῶν δ' αὐτῶν Δωρικῶν καὶ τὸ φρονοῦσι καὶ νοοῦσι φρονεῖντι λέγουσι καὶ νοεῖντι. — τὰ εἰς *ει* περατούμενα τρίτα πληθυντικὰ θέματα τῆ *ει* διεθόγγου παραληγόμενα μετατιθέασι τὸ μὲν ἴσα εἰς *ν* Δωρικῶς, τὸ δὲ σίγμα εἰς *τ*, τιθεῖσι τιθᾶντι, ἰεῖσι ἰέντι. — Ann. Oxx. I, 147, 26, ubi φαντί et λέγουσι arponuntur, et IV, 353, ubi δίδόντι et φαντί, Et. M. 661, 49, Greg. C. 318. 324, Scholl. Theocr. I, 43 etc., J. Gr. 243, b de φέροντι et λέγοντι.

Non minus in scriptoribus pura Doride usis pleraque recte a librariis tradita sunt: Epich. 5 *γνώσκοντι*, 25 *λαμβάνοντι*, 19 *λᾶντι*, 26 *ἴσαντι*, quum corrigenda essent *εὐρήσουσι* 92, *πωλοῦσιν* 120; Sophr. 44 *βαλλίζοντι*, 52. 54 *ἐντί*, 33. 44 *φαντί*, 51 *κεχάναντι*, 75 *ἐκπεφάναντι*, sed corrupta *κυπιάζουσι* 43, *εἰσί* 100; apud Archimedem raro vulgares formae Doricis intermixtae sunt, ut *ἀποδεδείχασιν* de Quadr. p. 18, *ἀντιπεπόνθασιν* de Conoid. p. 260. Denique nulla in re omnes Doridis fontes, qui aliquam fidem merentur, melius concinunt. Quamdiu Dorica dialectus, quae quidem eo nomine aliquo jure appellatur, vigeat, haec terminatio in vulgarem non abiit. Ceterum non minus quam vulgaris elisionis patiens erat, ut *καλέονθ'* et *ἐν'* Epich. 23, neque Theocritus elisionis evitandae legem (vid. Meinek. p. VI) ab ipsis Doricis poëtis accepit. *Ν ἐφελκ.* nunquam assumitur, cf. §. 10, 12, praeterquam in *ἐντί* apud Pseudo-Pythagoreos vid. §. 40.

Mira quaedam ejus terminationis mutatio in Eleuthernaeorum Cretensium decreto conspicitur; nam *ἀπεστάλκαντες* l. 4 pro *ἀπεστάλκασιν* et *δειξάγοντες* l. 24 pro *δειξάγουσι*, quum se invicem tueri videantur, non audeo cum Boeckhio in *ἀπέσταλκαν* et *δειξάγοντι* mutare. Neque in Cretica ejus aetatis dialecto formas singulares et semibarbaras nimis in suspicionem vocare debemus. — Hesychiana glossa *ἔχοντι*, *ἔχουσι*. *Κρητες* vix sana est, neque tamen credibile videtur, notissimam formam *ἔχοντι* e Cretica dialecto enotatam esse, quare nescio an corrigi possit *ἔχουσι*, *ἔχουσι*, ut sit dativus pluralis, cf. §. 14. — De tertia persona plurali perfecti *ἀπέσταλκαν* in titulis Creticis nr. 3048. 3052. 3058 infra dicemus.

3) Conjunctivi objectivi tertia persona singularis mira formae ambiguitate insignis est. In titulis enim terminationes *η*, *η*, *ει* reperiuntur eaeque non constantia quadam electae, sed saepe temere et nulla lege mixtae. In plerisque quidem titulis iota, quanquam in declinatione et reliquis accurate servatur, non adscriptum est: Hermion. 1193, Tegeat. H. L. et Agrig. *ῆ*; Delph

1699. 1701. 1703 — 1706 *θείλη*, 1693 et 67 R. *παρακαλή*; Aegin. 2040, b *συνείκη*, Corcyr. 1838, b *βλάβπη*, 1841. 1843. 1844 *δοκῆ*, 1850 *πάσχη*, Iss. 1834 *λύση*; Rhod. 2525, b l. 39 *μεταλλάξη*, l. 94 *ἀδικῆ*. — In aliis titulis illae terminationes promiscue usurpatae sunt et omnes quidem tres in tabulis Heracleensibus, ubi vulgaris ratio observatur in *θραυῆ*, *κόπη*, *πρωῖ* I, 81, *ἐπιβῆ* et *ἀποδιδῶ* I, 61, deinde iota semel omittitur in *ἀμμισθωθῆ* I, 63, postremo plerumque terminatio *ει* spectatur: I, 59 *ἀρνύσει*, 60 *ποτάγει*, 63 *τελέθει*, 69. 80 *νέμει ἢ φέρει*, 82 *λάβει*, 103 *ἀποθάνει*, 112 *εἶ*, 112. 115. 128 *πράξει* (Mazocchius ea omnia pro indicativis praesentis et futuri, adeo *λαβεῖ* et *ἀποθανεῖ* pro futuris secundis vendidit, quanquam constructio cum *ὅς κα*, *αἶ κα* etc. nullam de conjunctivo modo dubitationem relinquit). Eadem ratio est tituli Theraei nr. 2448, in quo leguntur *ποῆ* II, 20, *ἐπιμηνιεύση* IV, 35, *ἀποδῶ* III, 2 — deinde *πάθη* II, 29, *ἐκτίση* V, 2. 22, *ῆ* VI, 20, *ἀναγραφῆ*, *εἶπη*, *ἀποδειχθῆ*, *κατασκευωθῆ*, *αἶρεθῆ* VIII, 2. 10. 16. 25. 28, *ἀποδῶ* VI, 16 — postremo IV, 36 *ἐξοδιάξει*, *γράφει*, *ποῆσει*, *ἐπιμηνιεύσει*, V, 25 et saepe *δόξει*, VI, 37 *ποιεῖ*, VII, 32 *ἐπιβάλλει*, VIII, 16 *ἐγγράφει*, VIII, 25 *ξυλογραφηθεῖ*. Praeterea in Amphict. 1688, 10 est *εἶ* pro *ῆ*, quanquam hic in reliquis vulgaris terminatio conspicitur ut *ἀπατῆ*, *δοκῆ* etc.; in Astyp. 2483. 2484 est *δόξει* conjunctivus, quanquam *χηρῆ* in priore; in Cret. 2557 *συνδοκεῖ*, quanquam reliqui tituli Cretici vulgari forma utuntur, ut *δόξη* 2555, *ἔχη* 2556; in Aetol. 2350 *ἄγει*; in Corcyr. 1845 quum modo *η* modo *η* traditum sit, utra ratio verior sit, pro ejus tituli conditione dijudicari nēquit.

Boeckhius in primo Corporis Inscriptionum volumine in *ἄγη* et similibus iota subscriptum per negligentiam omissum ratus ubique addidit; in altero volumine dialecti proprietatem quandam subesse intellexit, vid. ad nr. 1841. Contra in utroque terminationem *ει* ex antiquiore orthographia *ε* pro *η* usurpante resedissee ratus in vulgarem rationem transtulit. At ne hoc quidem recte factum vi-

detur, quum in omnibus illis titulis nullum praeterea antiquae illius orthographiae vestigium resederit excepto Amphictyonum decreto nr. 1688, de quo in Appendice disputabimus. Facilius in titulis Attica dialecto scriptis, ubi subinde eadem conjunctivorum ratio spectatur ut ἀρόσει nr. 103, δόξει nr. 2353. 2360, Boeckhianam opinionem probaveris, quia tituli Attici multis aunis post Euclidem archontem exarati haud raro *ει* pro *η* etiam in aliis exhibent, ut *τεῖ βουλευῖ* pro *τῆ βουλῆ*, vid. Franz. Elemm. Epigr. p. 150. Sed etiam haec potius dialecto et pronuntiationi tribuenda esse quam antiquae orthographiae cuidam recordationi persuasum habemus. Primum enim cur *ει* pro *η* scribere pergerent, quum *ε* pro *η* vel *ει* pridem obsolevisset, nisi ipsa pronuntiatione illam scripturam adjuvaret? Deinde Atticos in multis *ει* pro antiquiore *η* non solum scripsisse, sed etiam pronuntiasse certum est, ut *κλείς* et *κλείω* pro *κληῖς* et *κληῖω*, *κλήω* — *λεῖον* pro *λήιον* — *τύπτει*, *βούλει* pro *τύπη*, *βούλη*, vid. Buttm. Gramm. I §. 87 not. 9 — *Ἐρεχθεῖδος*, *Αἰγεῖδος* pro *Ἐρεχθηῖδος*, *Αἰγηῖδος* vel *Ἐρεχθηῖδος*, *Αἰγηῖδος* vid. ibid. II §. 119 not. 30. Itaque nescimus, cur Atticos *τεῖ βουλευῖ* pro *τῆ βουλῆ* et *λέγει* vel *θάνει* pro *λέγη* et *θάνη* pronuntiasse credere noluerint, praesertim quum de Attico *δεῖ* pro *δέη* vel *δῆ* notabile testimonium extet, vid. Buttm. II p. 151. Recentior usus, quem libri manuscripti exhibent, ad eam rationem reflexit, quae illarum formarum origini maxime convenire videbatur.

Quidquid de Atticorum usu accuratior investigatio docuerit, hoc pro certo tenebimus, Doriensium pronuntiationem mature tam ambiguum fuisse in tertia conjunctivi persona, ut triplici illo modo exprimi posset. Et plerisque quidem Doriensium terminatio *η* sine iota subscripto aequae ac Lesbiiis (vid. §. 24, 6) maxime probata esse videtur; neque minore jure ex antiquo *λέγησι* nasci poterat *λέγη*, quam e *φησί* Anacreonteum *φή* fr. 38 Bergk., quod iota caruisse Apollonii testimonia de synt. p. 238 et de adv. p. 543, 7 patefaciunt. — Scriptoribus Dorici vulgarem terminationem relinquere non dubitavimus,

quae a Doride certe non aliena, fortasse antiquiori Doridi etiam aptior est; in antiquissimo quidem titulo, quem hoc in loco consulere licet, Amph. 1688, fere sola regnat. Dignum tamen memoratu est, apud Archimedem conjunctivos saepissime iota carere, quod in dativis raro neglectum est. Ceterum verisimillimum est, secundam personam, cujus exempla in titulis non leguntur, eadem ambiguitate fuisse.

4) Imperativorum objectivi tertia persona pluralis triplici forma utitur in Doricae dialecti fontibus: *νω*, *νων* et *τωσαν*.

a) Prima forma in his titulis reperitur: Lacon. 1331 *δόντω*, Delph. 1699. 1701—1706 et 71 R. *έόντω* et *παρχόντω*, Phoc. 73 R. *θαψάντω* et 74, a *έόντω*, Coreyr. 1845 *έόντω*, *ποιούντω*, *ἀποτεισάντω* etc., Rhod. 2525, b *λαμβανόντω* et *στεφανούντω*, Astyp. 2483. 2484 *δόντω* et *στεφανωσάντω*, Heracl. I, 74 *ἀνγραψάντω*.

b) Secunda terminatio est in Amph. 1688 *έόντων*, *δεδόντων*, *συναγόντων* etc.; in Ther. 2448 *έχόντων*, *ἀφαιρούντων*; in Cret. 2554—2557. 3048. 3049 *έπιόντων*, *θέντων*, *έρπόντων*, *στασάντων*; in foedere apud Thucyd. V, 79 *κοιναδέοντων*. Eadem est apud Archimedem, ut Aren. p. 322 *έπιφανούντων* et *τεμνόντων*; nec minus pro *ποτιπιπέτων* de Helic. p. 232 et *ποτιπιπέτωσαν* p. 233 e Basileensis et codicum lectionibus *ποτιπιπέτων* restitui oportet et *έκπαπόντων* pro *έκπιπέτων* p. 232, *ἀνεστακότων* pro *ἀνεστακέτων* de Conoid. p. 285 etiam sine libris. De *έστων* 3 pl., quod apud eundem modo editum modo pro *έστωσαν* aut *έστω* restituendum est, vid. §. 40.

c) Tertia terminatio non reperitur nisi in titulis satis recentibus: Phoc. 73 R. *παραμεινάτωσαν*, *ποιησάτωσαν*, quanquam ibidem est *θαψάντω*, 74, b *παραμεινάτωσαν*, 81 *έστωσαν*; Lacon. 1464 *αιρέτωσαν*.

In subjectivo ejusdem personae item triplex est terminatio minus tamen distincte inter variorum populorum titulos divisa:

a) Prima in Coreyr. 1845: l. 13 *διδόσθω*, l. 104

§. 36. De conjugationis ratione communi. 297

ἐκλογιζέσθω, I. 125 κρινέσθω, 133. 135 ἐκδανειζέσθω (quam ibidem I. 97 ἀπολογιζάσθωσαν) et in Heracl. I, 79 ἐπέλασθω. Vides hanc formam non differre cum tertia persona singulari.

b) Secunda, quae formas efficit a tertia persona duali non diversas, in Amph. 1688 εἰλέσθων et ἐφακέσθων, Ther. 2448. III, 31 πορευέσθων (sed III, 26 πορευέσθωσαν), Cret. 2554 ἦσθων, 2556 χρήσθων, σταννέσθων, ποιησάσθων. Eadem est in Rhod. 2525, b, ubi πριάσθων, ἀποδόσθων, καταχρείσθων, I. 29. 70 ποιείσθων (contra I. 22 ποιείσθωσαν). Rarius apud Archimedem reperitur, ut de Helic. p. 285 ἄχθων, p. 286 ἀναγεγράφθων; illud de Plan. Aeq. II p. 46 pro ἄχθωσαν e codicibus fere omnibus restituendum esse videtur, de Conoid. p. 303 pro ἄχθω e Par. C (B. D. Ven, ἄχθωσαν), p. 308 pro eodem e conjectura (A. Ven. ἄχθωσαν). Nam Archimedem ἄχθω pro plurali usurpasse non credimus.

c) Tertiam terminationem illis admixtam vidimus: Coreyr. 1845, 97 ἀπολογιζάσθωσαν, Ther. 2448. III, 26 πορευέσθωσαν, Rhod. 2525, b. 22 ποιείσθωσαν. Frequentissima est in Archimedis libris: de Plan. Aeq. p. 8 ἄχθωσαν, p. 10 ἐπεξεύχθωσαν, de Hel. p. 220 λελάφθωσαν, p. 221 συγκείσθωσαν, p. 241 διαιρήσθωσαν, ἐκβεβλήσθωσαν, γεγράφθωσαν etc.

Harum terminationum antiquissimam esse eam, quae in ω exit, et Latinae linguae comparatio evincit et ipsius Graecae linguae analogia. Ubique enim tertiae personae pluralis antiquissima terminatio litera ν inserta a tertia singulari distinguitur, id quod maxime apparet in Doricis τίθητι et τιθέντι, deinde in λέγεται et λέγονται, ἴστατο et ἴσαντο etc. Eadem igitur ratione e δότω, γραψάτω, ἐχέτω recte facta sunt δόντω, γραψάντω, ἐχόντω, et hic quidem ϵ propter sequens ν in o mutatum est, vide dissertationem nostram de conjug. in μ p. 8. De anomalis formis ἐόντω, ἔστων, ἰόντων vid. §. 40 et 42. In subiectivo e διδόσθω et κρινέσθω plurales formae διδόνσθω et κρινόνσθω fieri debebant, sed ν ante sequens σ ejecto,

deinde vocali *o*, quae non ad stirpem pertinet, in *ε* mutata, quod sequente sigma postulatur, nullum discrimen inter singularem et pluralem manet. — Jam a parte Dorienſium *υ* in fine additum est, ut in Homericā et Atticā dialecto, quia *κ* in exitu tertiārum personarum pluralium audire consueverant; ita in objectivo forma genitivo plurali participii, in subjectivo tertiāe duali imperativi aequa nata est. Multo recentior est tertiā forma, quae tertiāe personae singulari terminationem *σαν* addit ea ratione, quam justae analogiae adversari accuratius quaerenti apparet. Videtur ea primum in subjectivo placuisse, quoniam hic prima forma cum tertiā singulari, secunda cum tertiā duali permutari poterat. Simili ratione Rhodii, in objectivo antiquissimae formae tenaces, permoti esse videntur, ut in subjectivo secundam praeferrerent; minus enim molesta erat pluralis cum duali quam cum singulari similitudo.

5) In tertiā duali praeteritorum et optativorum objectivi et subjectivi atque in prima singulari praeteritorum subjectivi *α* est pro *η*, ut *ἔποησάταν* Delph. nr. 25, *κησάσθην* Pind., *συνεθέμην* Cret. 2555, *ἐμπορευόμην* et *ἀνείλομην* Acharn. 720. 776, *ὄλοίμην* Tragg. etc. Dualis tamen verborum in certioribus Doridis fontibus non minus rarus est quam nominum. Praeter *ἔποησάταν* in antiquo illo titulo Delphico nr. 25 nusquam dualem legere memini praeterquam Acharn. 699 *ἀκούετεον*, quod Hermannus metro suadente recte in *ἀκούετε* mutasse videtur; semper enim Megarensis ambas filias alloquens plurali utitur. Nec genuinos existimabis duales *ποτιπιπέτων* et *ἐκπιπέτων* apud Archimedem de Helic. p. 232, quanquam de duabus lineis agitur; nam ne hae quidem duali, cujus frequentissima occasio erat, nunquam usus esse videtur.

6) In prima plurali subjectivi terminatio *μεθα* Dorica dicitur a Greg. Cor. p. 180 Theocritum respiciente. Cui haud multum fidei tribuendum est. Potius vulgaris terminatio *μεθα* sola reperitur in titulis, ut

Heracl. II, 26.28 *ἔδικαζάμεθα, κατεδασσάμεθα, saepe ποτε-
δυσσάμεθα, et Cret. 3058 χαριζόμεθα etc.*, deinde apud
Epicharmum fr. 167 *θωσούμεθα* et secundum Ann. Bekk.
90, 3 *δεούμεθα*, apud Sophronem fr. 34 *ἀκρατιζόμεθα*,
42 *θάμεθα*, Acharn. 722 *ἀπολοίμεθα*, ubique apud Archi-
medem. Item in Lysistrata sunt *ἀμβαλώμεθα* 1096, *παν-
σαιμεθα* 1272; plensiores formae *ποιησώμεσθα* 1006 et *δέο-
μεσθα* 1164 poëtae, non Doridi tribuendae videntur.

7) Tertia pluralis optativi in subjectivo
Dorice, Ionice et Aeolice in *avo* exire traditur in Ann.
Oxx. I, 148, 32, ut *πλώατο* (?), quocum componuntur
πυθίατο, κεχαροίατο, μαχολίατο. Nunc in certioribus fon-
tibus haec forma non legitur, vulgaris *παραγένοιτο* Core.
1845, 7. Neque tamen grammatico, qui in proximis in-
signem doctrinam prodit, omnem fidem denegare aude-
mus, quia vulgaris terminatio, quam Homericam dialectus
abhorret, recentior esse videtur, vid. dissert. nostr. de
conj. in *μ* p. 12. 13.

8) Augmento temporali *α* in *ᾶ* producitur, ut
ἄγον, ἄγγελια, Archim. de Helic. p. 217 *μετάλλαξεν, προ-
άγαγεν*, p. 230 *ἄρξατο*, de Conoid. p. 257 *ἀπόρησα*, quod
ex omnibus fere libris pro *ἠπόρησα* restituendum est etc.,
vid. §. 19, 2; diphthongus *αι* utrum in *α* mutetur ut
ἀνίθη, an retineatur ut *αἰνίθη*, dubitari potest. Illud
primo obtutu convenientius videtur. At si reputaveris,
diphthongos *ει* et *οι* apud Dorienses augmento non affici,
propriam diphthongum *αι* servandam judicabis, id quod
factum est in libris Pindari vid. §. 19, 2 et Archimedis
vid. §. 35, 2. De diphthongo *ει* servata vide Et. M.
419, 44, cujus testimonium attulimus §. 25 not. 3, de
οι supra §. 35, 2 exempla *οἶκημαι* et *οἰκοδόμημαι*. Di-
phthongus *αι* itidem non mutatur, ut *αὔξησε* vid. §. 19, 2
neque *ευ* et *ου* augmenti amantiore fuerint quam in vul-
gari lingua. — Initiale *ε* etiam eorum verborum, quae
vulgo *ει* assumunt, in severiore Doride in *η* abit, ut
ἦχον, mitiore Doride vulgarem rationem servante, vid.
§. 25, 1. c.

Abjicitur augmentum non magis quam in Attide; adeo Lysistr. 1252, quanquam in lyrico carmine poetica licentia excusationem habet, nescio an *πρόκροον* in *πρώκροον* mutari oporteat, quod Laconice pro *προῦκροον* esset.

Pseudo-composita augmentum vulgari ratione post praepositionem accipiunt haec: *ἐπιστάτει* Astyp. 2483. 2484, *ἀμφεσβάτει* Rhod. 2905, nisi hic potius *α* productum est, ut augmentum duplex sit quomodo in Attico *ἡμφεσβάτου*. Contra in *ἀπελευθέρωσαν* Phoc. 74, b R., ubi item *α* produci videtur, praeter consuetudinem, sed rei convenientius augmentum initio accessit; quippe *ἀπελευθερῶ* ab *ἀπελεύθερος* derivatum, non ex *ἀπό* et *ἐλευθερῶ* compositum est; *ἐμπορευόμεν* Acharn. 720 (ab *ἐμπορος*) cum Atticis *ἐγγύησα*, *ἐκκλησιαζον* (Buttm. §. 86 not. 5) componendum est; *ἐπροχειριξάμεθα* Archim. de Quadr. Parab. p. 17 (*α* *πρόχειρος*) genuinam legem sequitur, cf. de perfecti augmento §. 35, 2.

9) Accentus verborum duplici potissimum ratione a vulgari consuetudine recedit. Primum certissimis testimoniis constat, tertias plurales praeteritorum objectivi in omnibus conjugationibus penultimam acuisse, vid. §. 3, 3. Eandem regulam ad optativum transferre oportet, qui cum praeterito arctissima terminationum cognatione eonjunctus est, ut *λεγοίεν*, *λεξάιεν* Dorica habeantur. Praeterea consentaneum est, Doricum *ἐφιλέον* post contractionem ultimam circumflectere *ἐφιλοῦν*, *ἐφιλεῦν*. Deinde Doriensibus *ἔσσειται* et *φορεῖται* paroxytona fuisse traduntur, id quod eo credibilius est, quia etiam in nominativo plurali declinationis secundae terminationem *οι* acutum in antepenultima, circumflexum in penultima prohibere constat, vid. §. 3, 2. Illis comparatis collegimus diphthongos *αι* et *οι* vocem claudentes Doriensibus ubique longarum syllabarum vim exercuisse et in conjugatione quidem pronuntiata esse *λεγόμεαι*, *λεγέαι* (unde per contractionem *λεγῆ* fieri oportet), *λεγέται*, *λεγόνται*, *λεγέσθαι*, *ποιήσαι* Aor. I obj. inf. et subj. imperat., et quae sunt similia. Adversari aliquatenus visum est testimonium ejusdem

scholii Theocritei, quod de φορεῖται praecepit, vid. §. 3 not. 8. Accuratus tamen examinatum nihil habet, quod nos morari possit. Loquitur enim de formis verbalibus in εἶται exeuntibus, quarum penultima et apud Atticos et apud Dorienses gravem teneat. Quae quum corrupta esse appareat (ignorantur enim ejusmodi formae), nihil est, cur de λέγεται et similibus etiam in Doride proparoxytonis praeceptum fuisse putemus. — De accentu formarum Doricam ultimae correptionem passarum diximus §. 3, 5.

§. 37.

De conjugatione in ω.

1) Secundam personam praesentis indicativi objectivi apud Dorienses in ης exire, ut λέγης, tradit Choeroboscus Ann. Bekk. 1282, cui cur non credamus, supra aperuimus §. 20, 10. — A parte Dorisium terminationem in ες correptam esse, ut λέγες, sed male Theraeis etiam λέγε pro λέγει assignari supra exposuimus §. 21, 5.

2) Tertiam personam Rhegini in ησι pro ει exeuntem habuisse referuntur ¹⁾, ut λέγῃσι, φέρῃσι, nec minus

1) Eustath. 1576, 56. ἰστίον, ὡς εἴτερ μὴ ἐγράφετο Κατακλιῶθίς τε βαρεῖαι, ἀλλὰ κατακλιῶθῃσι βαρεῖαι, ἦν ἂν τὸ ῥῆμα Ῥηγίωνων διαλέπτου, οἱ καθ' Ἡρακλείδην τὰ τρίτα τῶν ὀριστικῶν περισπωμένων τῆς πρώτης συζυγίας καὶ τῶν βαρυτόνων δὲ ῥημάτων κατὰ τὸ ἐνικὸν εἰς τὴν οἰ συλλαβὴν περανοῦσι (leg. περατοῦσι) τοῦ ἠ παραλήγοντος· τὸ γὰρ φιλεῖ καὶ νοεῖ καὶ λέγει καὶ φέρεῖ φίλησι, φησί, καὶ νόησι, καὶ λέγῃσι καὶ φέρῃσι. τοιοῦτον δὲ καὶ τὸ λαμπρὸν παμφαίνῃσι παρ' Ὀμήρω (II. ε, 6), ἅπαξ, φησί, χρησαμένου τῆ διυλιέτω ἐπὶ τούτου. καλεῖται δὲ καὶ τὸ σχῆμα Ἰβυκίον ὑπὸ τῶν γραμματικῶν διὰ τὸν μελοποιὸν δηλαδὴ Ἰβυκίον φιληθήσαντα τοιαύτη γλώσση. εἰ δὲ, φησί, καὶ τὸ δ, τούτεσσιν, ὑπάρχω, πρώτης ἐστὶ συζυγίας, κατὰ τὸ φιλῶ, καὶ ἐστὶ τρίτον αὐτοῦ εἰ, Ἀωριζόμενον κατὰ Ῥηγίονους γίνοντ' ἂν ὁμοίω λόγῳ ἐκ τούτου ἦσαν ὁ ἐνοστώς. Ἰστίον δὲ, ὅτι οὐ περὶ τρίτων αὐθυποτάκτων ἐστὶν ὁ λόγος, ὁποῖον τὸ λάβῃ, λάχῃ, ἐξ ὧν λάβῃσι, λάχῃσι. αὐτὰ γὰρ καὶ

in verbis contractis, ut *φιλησι* et *νόησι*. A nonnullis grammaticis ea proprietates, quia maxime apud Ibycum Rheginum conspiciebatur, Ibycei schematis nomine significata est, quippe qui conjunctivum pro indicativo positum esse male opinarentur; schematis enim appellatio ad syntacticam permutationem pertinet. Nunc apud Ibycum ejus generis leguntur *ἔχησι* fr. 8 et *ἐγείρησι* fr. 15. Queritur, utrum Ibycus eum usum e Rheginorum dialecto hauserit, an Rheginis propter Ibycum popularem adscriptus sit. Illam opinionem Schneidewinus ad Ibyc. p. 66 minus recte amplexus est. Primum enim in Dorica Rheginorum dialecto illae formae certe in *τι* pro *σι* exire debebant, sicut *τίθητι* pro *τίθησι*. Deinde alii quoque poëtae eo formarum genere usi sunt, quos neque a Rheginis neque ab aliis Doriensium mutatos esse patet. Nam apud Homerum pleraque quidem, quae olim huc tracta sunt, ad conjunctivum pertinere Buttmannus *Gramm.* §. 106 not. 7. bene demonstravit, miro tamen casu neglexit *Od.* τ, 111, ubi, etiamsi *ἀνέχησι* ad conjunctivum revoces, tamen *φέρησι* et *βρέθησι* pro indicativo esse aegre negaveris. Ceterum eum locum non ab ipso Homero profectum esse persuasum habemus. In Hymnis Homericis XXXI, 16 et XXXII, 5 sunt *πέμπησι* et *στίλβησι*, vid. Franck., apud Bacchylidem fr. 16 (21) *θάλλησι*, ut Alexandrinos hic omittamus. Ad quam igitur dialectum eae formae referendae sunt, si non ad Doricam? Dicam quod sentio. In verbis contractis *νόησι* et

ἴσα τοιαῦτα, οὐ Ῥηγίνων εἰσι ἀλλὰ Ἰώνων. Recte Schneidewinus intellexit ea, quae dicuntur de schemate Ibyceo, male ab Eustathio Heraclideis, quibus repugnant, intermixta esse. — Et. M. 650, 6, postquam de *παμφαίρησι* et *ἔχησι*, qui conjunctivi essent, cum subscr. scribendis praeceptum est: ἢ ἔστι φαίρω, φαίνεις, φαίνεις· διαλέκτω δὲ Ῥηγίνων γράφεται τὸ τρίτον πρόσωπον διὰ τοῦ ἦ μετὰ τοῦ ἰ· τὸ γὰρ νοεῖ καὶ φιλεῖ νόησι καὶ φιλήσι λέγουσιν ἐκείνοις πλεονασμῶ τῆς εἰ συλλαβῆς. οὕτω καὶ τὸ παμφαίρησιν Ἰλιάδος εἶ, quae confusa esse apparet. — De Ibyceo schemate vid. Herod. *περ. σχημ.* p. 80 Dind., Lesbos. p. 179 Valck., Scholl. Ven. Hom. II, ε, 6.

φίλησι aliqua cum veri specie Lesbiacae dialecti tribui possunt, quanquam ne huic quidem, quae vulgo *νόει* et *φίλει* protulerit, certo vid. L. I §. 26, 5; contra *λέγησι* et *φέρησι* a nullo unquam Graecorum populo usurpata, sed a poetis Homeri locos nonnullos male interpretatis per imitationem procusa esse arbitror. Antiquissima enim forma, cujus tamen in ipsa Graeca lingua nullam vestigium remansit, *λέγετι* erat, non *λέγητι*, unde *λέγησι* fieri posset.

3) Infinitivus Objectivi triplicem terminationem habet in variis Doridis generibus: *ην* ut *ἀείδην*, *λαβῆν* certissime apud Lacones vid. §. 20, 5; *εν* ut *φέρεν*, *ἀγαγέν* apud Italiotas, Cretenses, antiquiores Delphos, Theraeos vid. §. 21, 6; vulgo *ειν* apud plerosque, qui mitiore Doride utuntur, vid. §. 20, 12.

Male grammatici infinitivos in *εμεν* exeuntes e Dorica dialecto ducunt ²⁾, cujus erroris causa in iis locis apparet, ubi *λεγέμεν* e Dorico *λέγεν* inserta syllaba *με* derivatur, et quae sunt similia ³⁾. Terminationem *εμεναι* poetice, non Doricam esse consentiunt ⁴⁾; *ἀλεξέμεναι* in decreto Spartanorum Thucyd. V, 77 corruptum putamus.

2) Et. M. 190, 46, Gud. 105, 36 (corrupte Ann. Oxx. I, 90, 9) de *βασκέμεν*: οἱ Δωριεῖς τὰ εἰς *εν* ἀπαφῆματα διὰ τοῦ *εμεν* προφέροσαι. — Et. G. 463, 27 — 568, 31, Ann. Oxx. I, 342, 24 — 353, 23 — II, 368, 15 de *ἐλθέμεν*, *πισσίμεν* etc.

3) Eustath. 54, 35. ἐν δὲ τῷ *χολωσέμεν* ἰστίον ὡς τὰ εἰς *εν* ἀπαφῆματα εἰς *εν* ποιοῦσιν οἱ Δωριεῖς ἀποβολῆ τοῦ *ι*. — ἀντὶ γὰρ τοῦ λέγειν καὶ γράφειν λέγειν φασὶ καὶ γράφειν. ταῦτα δὲ προσλήψει τῆς *με* συλλαβῆς λεγέμεν γίνεταί καὶ γραφέμεν. οὕτω οὖν καὶ τὸ *χολωσέμεν* παραγίνεται *χολώσειν* *χολωσέμεν*. Male ea explicatio in breve contrahitur in Scholl. L. II. α, 78. *χολωσέμεν* Δωριέων. ἰκίνοι γὰρ τὰ εἰς *εν* εἰς *εν* μεταποιοῦσι, τύφειν τυφέμεν. Item Eustath. 69, 41 *ἐλθέμεν* e Dorico *ἐλθῆν* factum dicit.

4) Et. M. 21, 16, Et. G. 10, 50 (unde corrigas Ann. Oxx. I, 25, 26): *ἀειδέμεναι*. παραγωγή ποιητικῆ, οὐ Δωρικῆ διάλεκτος. Phavorinus Ecl. 115, 2 addit: τὸ γὰρ Λακωνικὸν ἐστὶν ἀεΐδειν, οὐ ἀεΐδεν· μὴ δ' ἔμ' ἀεΐδειν ἐπίερυκε· κατὰ δὲ τὸν ἐνεστώτα τὰ εἰς *εν* λήγοντα οὐ ποιοῦσι παραγωγὴν Δωριεῖς, quae corruptissima unde *manaverint*, nescimus. — Ann. Oxx. I, 69, 9, Drac. 11, 19.

4) Levi Phavorini auctoritate (Lexic. s. v.) ἐφύγασαν pro Dorico venditur, quae tertiae pluralis praeteritorum terminatio potius Boeotorum, Chalcidensium et Hellenisticae linguae propria est ⁶⁾. Nam Chalcedonii apud Choeroboscum male pro Chalcidensibus nominantur ⁶⁾. Similis tamen est optativus παρέχοισαν pro παρέχοιεν, qui legitur Delph. 1702. Eam tamen flexionem ne apud Delphos quidem valde vetustam existimo; universa enim Doris genuina terminationem σαν adeo ibi spernere solebat, ubi vulgari linguae probabatur, in imperativis vid. §. 36, 4 et in conjugatione in μι vid. §. 39, 7.

5) Grammatici testantur ⁷⁾, Syracusanis impera-

5) De Boeotis vid. L. I §. 46, 2, de Chalcidensibus §. 54 not. 5 et adde testimoniis ibi collectis: Tzetz. ad Lycophr. 251 ubi Χαλκιδιῆς (Phavor. s. v. πέρριμαν, ubi scholion exscribit, Χαλδαίῆς) ἦτοι Ἀττικῆς διαλέκτου (leg. Ἀσιατικῆς, quae eadem correctio ad Tzetz. Lycophr. v. 21 adhibenda est). — Maxim. Planud. in Ann. Bachm. II p. 40, 11, qui talia Χαλκιδαιῆς διαλέκτου esse dicit. — Ann. Bachm. II, 200 Lycophroneum ἐσχάζοσαν ad Euboicam dialectum refertur.

6) Choerob. Bekk. 1294 (Gaisf. 537, 16) de ἐπληροῦσαν Eurip. Hecub. 574 (ubi nunc οἱ δὲ πληροῦσαν πυράν) et ἐσχάζοσαν: ταῦτα Καλχηδονίων ιδιώματα εἰσιν. In Ann. Oxx. IV, 182, 17, ubi eadem leguntur, Χαρχηδονίων scriptum est. De Chalcidensium, Chalcedoniorum, Carchedoniorum nominibus permutatis vid. Intt ad Steph. Byz. s. v. Χαλκίς.

7) Et. M. 302, 33 e Joanne Charace: εἰπὼν ἀπὸ τοῦ εἰπέ δεῦτερος ἀορίστος ἐστὶ κατὰ τὴν Συρακοσίαν γλῶσσαν· καὶ γὰρ οἱ Συρακοῦσιοι τὰ τρίτα πρόσωπα (leg. τὰ προστακτικά e Phavor. Ecl. 172, 30) τοῦ δευτέρου ἀορίστου μεταποιοῦνται (Phῆν. μεταποιοῦντες) εἰς ὧν τὸν τόνον φυλάττοντες (Phav. φυλάττουσι) τῶν προστακτικῶν ὅσον τὸ λάβε λάβον καὶ τὸ ἀνελε ἀνελον. Vide nunc Choerob. Gaisf. 755, 12. — Minus accurate J. Gr. 243, a, Gr. C. 340, Meerm. 658 talia Dorica dicunt: τὰ προστακτικά ἤματα τὰ ἐπιφόμενα διὰ τοῦ εἰ διὰ τοῦ ὦν ἐπιφροσι, cum exemplis θίγον, λάβον, δράμον. Adeo imperativum aoristi I in ὦν exeuntem a Syracusanis derivabant, ut Theodos. Bekk. 1028, qui eadem quae Charax de Syracusanorum usu tradit, Ann. Oxx. I, 205, 30 et IV, 201, 33, aliis recte adversantibus et τύπον κοινόν dicentibus, de qua re multus est Choeroboscus Ann. Oxx. IV p. 422 (Gaisf. 747 seqq.).

tivum aoristi secundi activi in ω exisse, ut $\thetaίγον$, $λάβον$, $ἄνελον$. Nunc nulla exempla supersunt, quibus eorum praeceptum vel confirmetur vel refutetur. Nam $εἶπον$ pro $εἰπέ$ Theocr. XIV, 11 ne ab Attica quidem consuetudine alienum est. Alexandrinos et recentissimam Graecitatem aoristis secundis saepe primi aoristi terminationes dedisse constat, praecipue in indicativo, vid. Sturz. de dial. Alex. p. 60, Butt. Gramm. I §. 96 not. 9. Eo Buttmannus Gramm. II p. 136 retulit $γενόμενος$, quod subinde pro $γενόμενος$ apud Archimedem legitur ut de Plan. Aeq. p. 17, de Conoid. p. 259. 260, obloquente tamen Lobeckio, qui librariorum errorem agnoscit. Certe eam formam ab antiqua Syracusanorum dialecto alienam putamus. Certius est $ἀφέλαι$ in Cret. 2557, nisi recte Boeckhius $ἀφελέν$ restituit, ut in nr. 2555 est $ἐξελέν$.

6) Secunda singularis praesentis subjectivi nunquam non contracta reperitur, ut Sophr. 23 $οἶη$, 91 $καταδύη$. Conspirant etiam futura duplicem contractionem passa: Epich. 18 $λαψῆ$ (e $λαψέαι$), Sophr. 93 $σκανασῆ$, 102 $δεησῆ$, Aeginet. 2140, b $αἰτιασῆ$. Et hic quidem iota subscriptum deest, quod adjicienti Boeckhio calculum addere non audemus. Vide enim, quantum analogiae sit inter triplicem conjunctivi formam $θάνη$, $θάνη$, $θάνει$ §. 36, 3 et secundae objectivi $τύπη$, $τύπη$ cum Attico $τύπει$. Praeteriti secunda persona non contracta $ᾄχεο$ legitur Epich. 20. Suspecta sunt ejusdem fragmenta 143 et 149, ubi imperativi $πορεύου$ et $διανοοῦ$ leguntur.

7) Jam licet hoc Doricae conjugationis in ω paradigma proponere :

Objectivum.

Subjectivum.

Praesens.

Indicativus.

Sing. 1. $λείπω$

$λείπομαι$

2. $λείπεις$, $λείπεις$

($λείπέαι$), $λείπῃ$

3. $λείπει$

$λείπέται$

II.

20

Objectivum.	Subjectivum.
Plur. 1. λείπομεν	λείπόμεθα
2. λείπετε	λείπεσθε
3. λείποντι	λείπονται.
Praeteritum.	
Sing. 1. ἔλειπον	ἐλειπόμην
2. ἔλειπες	ἐλείπεο
3. ἔλειπε(ν)	ἐλείπετο
Plur. 1. ἐλείπομεν	ἐλειπόμεθα
2. ἐλείπετε	ἐλείπεσθε
3. ἐλείπον	ἐλείποντο.
Conjunctivus.	
Sing. 1. λείπω	λείπώμαι
2. λείπῃς (ῆς, εἰς)	(λείπῆαι), λείπῃ
3. λείπῃ, λείπῃ, λείπει	λείπῆται
Plur. 1. λείπωμεν	λείπώμεθα
2. λείπητε	λείπησθε
3. λείπωντι	λείπώνται.
Optativus.	
Sing. 1. λείποιμι	λείποιμην
2. λείποις	λείποιο
3. λείποι	λείποιτο
Plur. 1. λείποιμεν	λείποίμεθα
2. λείποιτε	λείποισθε
3. λείποιεν	λείποιντο (λείποιατο?)
Imperativus.	
Sing. 2. λείπε	λείπεο
3. λείπέτω	λείπέσθω
Plur. 2. λείπετε	λείπεσθε
3. λείποντω, λείπόντων	λείπέσθω, λείπέσθων (rec. λειπέσθωσαν).
Infinitivus. λείπειν mit., λείπην sen., λείπεν λειπέσθαι.	

§. 38. De praes. contract. et futur. conjugatione. 307

Objectivum.

Subjektivum.

Participium.

Masc. *λείπων* λειπόμενος
 Fem. *λείπουσα* mit., *λείπωσα* sev., *λεί-* λειπομένα.
πωά Lac., *λείπονσα* Cret. Arg.

Aoristus II.

Indicat.	<i>ἔλιπον</i>	<i>ἐλειπόμαν</i>	} reliqua ut in Praesenti.
Conjunct.	<i>λίπω</i>	<i>λειπόμαι</i>	
Optat.	<i>λίπομι</i>	<i>λειποίμαν</i>	
Imperat.	<i>λίπε</i> , <i>λίπον</i> Syrac.?	<i>λίπεο</i>	
Infinit.	<i>λιπεῖν</i> mit., <i>λειπῆν</i> sev., <i>λιπέν</i>	<i>λειπέσθαι</i>	
Particip.	Masc. <i>λειπών</i>	<i>λειπόμενος</i>	
	Fem. <i>λειπούσα</i> mit., <i>λειπῶ-</i>	<i>λειπομένα.</i>	
	<i>σα</i> sev., <i>λειπῶά</i> Lac., <i>λειπόνσα</i> Cret. Arg.		

§. 38.

De praesentium contractorum et futurorum conjugatione.

1) Verba in εω et futura, quorum stirpem in genuina Doride in ε exire docuimus, his contractionis legibus supra §. 25. 26 expositis parent:

Primum εε ubique contrahuntur et a mitiore quidem Doride secundum vulgarem usum in ει, a severiore in η. Contra εει in secunda et tertia singularis numeri apud omnes Dorienses in ει coalescunt ut vulgo. In conjunctivo εη semper in η coalescunt, ut *δοκῆ* Amph. 1688, *φιλῆ* Epich. 102, *δοκῆ* Corcyr. 1841. 1843. 1844, *παρακαλῆ* Delph. 1693 et 67 R., *πωλῆται* Astyp. 2483, *ἐξαιρῆται* Rhod. 2525, b, nisi quod in tertia singulari objectivi etiam ει pro η scriptum reperitur, *ποιῆ* Ther. 2448. VI, 37, *συνδοκεῖ* Cret. 2557, vid. §. 35, 3. Errore describentis in Ther. 2448 *προαιρεῖται* et *διοικεῖται* pro conjunctivis tradi videntur, vid. §. 22, 2. — Maxima va-

rietas conspicitur in vocalium ε - o et ε - ω concursu. Nihil mutatur apud plerosque, qui mitiore Doride utuntur (futuris tamen exceptis), nec fortasse in antiqua Doride severiore, vid. §. 26, 6. Quum contractio admittitur, ex eo in severiore Doride aut $\iota\omega$ fit aut $\iota\omega$ aut ω aut o (vid. §. 26, 1. 2), in mitiore Doride aut ou aut eu , hoc fortasse etiam apud Cyrenaeos, vid. §. 26, 3. 5. Vocales $\varepsilon\omega$ in ω coalescunt, praeterquam apud eos, qui eo in ω aut $\iota\omega$ mutant; hi enim ex $\varepsilon\omega$ faciunt $\iota\omega$. Ceterum futuri contractionem non passi tantum in Amph. 1688 exempla quaedam reperiuntur.

Monosyllabae stirpes secundum Atticae dialecti normam contractionem aut patiuntur aut repudiant. Ita $\acute{\rho}\acute{\epsilon}\text{-}\text{οντα}$, $\acute{\rho}\acute{\epsilon}\omega\sigma\alpha$, $\delta\acute{\epsilon}\omega\text{νται}$ in Heracl., $\nu\acute{\epsilon}\acute{\omicron}\sigma\alpha\varsigma$ Epich. 63. Et e contrario $\delta\acute{\epsilon}\iota$ Heracl., $\nu\acute{\epsilon}\iota\text{ν}$ Epich. 26, $\acute{\epsilon}\pi\iota\chi\acute{\epsilon}\iota\sigma\theta\alpha\iota$ Ther. 2448, Laconicus imperativus $\kappa\acute{\alpha}\kappa\eta$ a $\kappa\alpha\tau\alpha\kappa\acute{\epsilon}\omega$ vid. §. 25, 1. a, item $\sigma\acute{\eta}$, $\tau\acute{\rho}\acute{\epsilon}\chi\epsilon$ (si quidem recte ita scripsimus pro $\tau\acute{\rho}\acute{\epsilon}\chi\epsilon\iota$) vid. §. 7, 2, $\acute{\epsilon}\pi\lambda\eta\text{ν}$ et $\acute{\epsilon}\rho\acute{\rho}\eta\text{ν}$, quae Heraclides Dorica esse tradit pro $\acute{\epsilon}\pi\lambda\epsilon\iota$ et $\acute{\epsilon}\rho\acute{\rho}\epsilon\iota$ (vid. §. 25 not. 1). Adeo conjunctivi contractio in $\delta\acute{\eta}$, quod agnoscimus in $\kappa\alpha\theta\acute{\omega}\varsigma$ κα $\delta\acute{\eta}$ Corcyr. 1845, 138 nec cum Boeckhio $\delta\acute{\eta}$ corrigere volumus, et $\delta\acute{\eta}\theta\epsilon$ Sophr. 1 Atticae consuetudini non adversatur, vid. Dind. ad Arist. Ran. 264; $\delta\acute{\epsilon}\eta$ tamen scriptum est Thucyd. V, 79. Nec magis $\acute{\alpha}\nu\delta\acute{\omicron}\acute{\upsilon}\mu\text{-}\nu\omicron\varsigma$ Sophr. 97 ab Attico usu alienum vid. Buttm. I p. 481. Antiqua solutio ab Atticis aliena conspicitur in $\nu\acute{\epsilon}\acute{\epsilon}\sigma\theta\alpha\iota$ Cret. 2555 et $\acute{\epsilon}\pi\iota\chi\acute{\epsilon}$ apud Blaesum Athen. XI, 487 C.

Mirum est, quod Heraclides (vid. §. 25, 1) de Doricis $\acute{\epsilon}\pi\lambda\eta\text{ν}$ et $\acute{\epsilon}\rho\acute{\rho}\eta\text{ν}$ post contractionem ν $\acute{\epsilon}\phi\epsilon\lambda\kappa$. servantibus tradit, neque tamen incredibile, quum hoc ν e τ natum sit, quod tertiae singulari praeteriti ab origine adhaeret. — De ultimae correptione, qua pars Doriensium secundam singularem atque infinitivum afficiunt, ut $\kappa\omicron\iota\acute{\epsilon}\varsigma$, $\kappa\omicron\iota\acute{\epsilon}\nu$, $\acute{\alpha}\pi\omicron\gamma\omicron\alpha\phi\acute{\epsilon}\nu$, vide §. 21, 5. 7. — Optativus vulgarem rationem sequitur in $\acute{\epsilon}\phi\iota\omicron\rho\kappa\acute{\epsilon}\omicron\iota\mu\epsilon$ Amph. 1688, Atticam, quam dicunt, in $\acute{\alpha}\delta\iota\kappa\omicron\iota\eta$ Cret. 2556 et $\delta\omicron\kappa\omicron\iota\eta$ Thucyd. V, 79. Ceterum futuri optativus non reperitur.

§. 38. De praes. contract. et futur. conjugatione. 309

Conjugationis paradigma apponere in tanta formarum, quae partim ipsae leguntur, partim certa analogia demonstrantur, difficillimum nec satis utile videtur. Singulas formas e regulis propositis facile formaveris et e §. 25. 26. 21 exemplis adstruxeris. Solum praesentis, quocum futurum concinit, indicativum objectivi apponemus, unde ingens formarum varietas appareat.

Sing. 1. φιλέω — φιλω̄ — φιλίω sev.

2. φιλείς — φιλές

3. φιλεῖ

Plur. 1. φιλέομεν — φιλοῦμεν mit. — φιλεῖμεν — φιλίομεν, φιλίωμεν, φιλω̄μεν sev.

2. φιλεῖτε mit. — φιλήτε sev.

3. φιλέοντι — φιλοῦντι mit. — φιλεῦντι — φιλίοντι et φιλόντι sev.

2) Verba in *aw* quam contractionis rationem sequantur, in §. 24 expositum est. Vocales nunquam non coalescunt, ut etiam hac de causa ἀπήλαον Lysistr. 1001 in ἀπήλααν mutandum sit i. e. ἀπήλασαν vid. §. 9, 3. Coalescunt autem *ae* et *ah* ubique in *η*, deinde *ao* et *aw* saepe in *ā*, non semper. Primum enim stirpes monosyllabae, ut *λω̄*, *ζω̄*, *βω̄*, de quibus vide §. 42, ne ullum quidem ejus contractionis Doricae vestigium tenent; deinde non magis plurisyllabarum *cae* formae, quarum ultimae syllabae contractione tanguntur, ut *νικῶ̄*, *ἐνίκων*, *νικῶν* (nam participia *γελῶν*, *ἐλῶν* a grammaticis commemorata e reliquis casibus, ut *γελῶντες*, *ἐλῶντες* ficta videntur); postremo etiam in mediis syllabis genuina Doris *o* non omnino respuisse videtur.

Optativus modo vulgares terminationes assumpsisse videtur, ut *νικῶ̄* Alem. 54 (83), si in tanta exemplorum penuria Alemane nti licet, *λω̄τε*, quod Epich. 58 agnosci posse videtur, modo Atticas, ut *λόγη* Epich. 137.

De nonnullorum verborum ad conjugationem in *ew* transitu mox dicemus. Nunc etiam hic indicativum praesentis objectivi exempli causa proponemus:

Sing. 1.	νικῶ
2.	νικῆς
3.	νικῆ
Plur. 1.	νικᾶμεν (νικᾶμεν?)
2.	νικῆτε
3.	νικᾶντι (νικᾶντι).

3) Verba in *ow* vulgari contractionis ratione utuntur in mitiore Doride, in severiore et *oe* et *oo* in *ω* conjungunt, ut expositum est §. 25, 3. c et 4. c. Neutrum Doridis genus tertiam singularem praesentis indicativi et conjunctivi in objectivo vulgari ratione in *oi* terminasse videtur; nam indicativus στεφανῶ est in Astyp. 2483. 2484 et Gel., conjunctivus προῶ in Heracl. I, 81. Inde conjectura fit de persona secunda. Infinitivus quoque in mitiore Doride contra quam expectes in *ων* desinit, στεφανῶν Astyp. 2483, μαστιγῶν Epich. 19. Postremo στεφανῶτω est in titulo Megalopolitano nr. 1536, 42, quod in στεφανούτω mutari jusserunt et Boeckhiius et Keilius nuper de Philopoemenis illo epitaphio praeclare meritis vid. Anall. Epigr. p. 10 seqq. Paradigmatis partem apponimus, ut supra:

Sing. 1.	μισθῶ
2.	μισθῶς?
3.	μισθῶ
Plur. 1.	μισθοῦμεν mit. — μισθῶμεν sev.
2.	μισθοῦτε mit. — μισθῶτε sev.
3.	μισθοῦντι mit. — μισθῶντι sev.

4) Nonnulla verba in *aw* apud Dorienses ad conjugationem in *ew* transeunt, quae est nota Iadis consuetudo. Ejus generis sunt haec:

ὀρέων Alc. 68 (53), quocum conferas Lesbiam ὄρημι, Theocræteum ποθόρημι VI. 22. 25, ejusdem ὀρεῶσα III, 18. V, 85. VI, 31. XI, 69, quod aut ex Iade aut e Doride petatum est (ὀρεῦντι IX, 35 lectioni ὀρητε post-

ponendum videtur). Eae formae, quae contractionem in *η* postulant, ne apud Theocritum quidem a conjugatione in *ω* deflectunt, ut *ὄρη*, *ὄρητε*, *ὄρη XV*, 2. 12 etc., multo minus in puris Doridis fontibus vid. §. 24, 1. 2.

ὄρμύόμενοι Cret. 3048. 3049. 3058 ad severioris Doridis normam ex *ὄρμέόμενοι* factum est, nec minus *ἀφορμύωντι* in Archytæ epistola ex *ἀφορμέονται* vid. §. 26, 1. Itaque Doricum est *ὄρμέω* pro *ὄρμάω*; nam Archyteum illud, cui simplex abeundi notio inest, vix recte ad vulgarem vocem *ἀφορμέω* i. e. vela dare referri posse videtur. Ceterum in Aetolicis titulis 2350. 3046, quorum tamen minor fides, *ὄρμώόμενοι* legitur.

συλέων Delph. 1699. 1702. 1704, cf. *συλεύμενος* Theocr. XIX, 2.

τιμεῖν in Agrig., *τιμοῦντες* in Rhod. 2525, b. 10, *ἐπιτιμύοντες* Phoc. 81 R. cf. Lesbicum *ἀτίμημι* infra Add. ad L. I p. 85. In formis tamen et vocibus derivatis ubique *α* est, non *η*, ut in ipso titulo Rhodio *ἐτίμασε* et *τιμαθεις*, Epich. 48 et Acharn. 725 *πολυτίματος*.

ἐρευνέοντες in titulo malae fidei Cret. 2554, 8. 59.

χρέω apparet in *ἀποχρέω* Epich. 114 et *καταχρησθων* Rhod. 2525, b. 86, atque eodem referri possunt e severiore Doride *χρησθαι* Heracl. II, 66 et *χρήσθων* Cret. 2556, 65, vid. §. 42. Voces ab hac stirpe derivatae *η* postulant, vid. §. 19, 3.

E contrario quaedam verba in *εω* ad conjugationem in *ω* deflectere e derivatis intelligitur, ut *ὠνάσεῖται* ab *ὠνόμαι* vid. §. 19, 3. Postremo verbum *κοινόω* ad conjugationem in *ω* transit in Pindaricis *παρεκονῶτο* et *κοινάσαντες* Pyth. IV, 115. 133 vid. §. 22, 1.

§. 39.

De conjugatione in *μ*.

1) Tertia singularis praesentis in *τι* exit pro *σι* 1), ut *δίδωσι* Petil. 4, Corcyr. 1845. 1850, Rhod.

1) Anni. Oxx. I, 147, 26 de *φατί*, *τίθητι*, Heraclid. ap. Eustath.

2525, b, *τιθητι* Delph. 67 R. et Ulr. p. 67, *ἀφιητι* Phoc. 73 R., *ἴσσι* et *ἀποδίδωσι* Brutt., *φασι* Acharn. 737, *ἦτι* Alc. in Ann. Oxx. I, 190, 20 (cf. *ἦσι* Sapph. 48). Mira forma est *ἀναδελιωνυτι* Cret. 3050, quacum optime concinit *βιβαντι* tertia singularis in epigrammate quodam Laconico, vid. Append., et *ἐντι*, quod qui Doridem imitantur, pro *ἐσσι* frequentant vid. §. 39. Plebejæ igitur elocutionis vitio tertia singularis et tertia pluralis confusæ esse videntur. Cum illis, quæ *ν* inserunt, comparare possis. *τεῖνδε* pro *τεῖδε* vid. §. 44, 1.

Brevior forma *τιθεῖ* et *δίδοι* (rectius *τιθει* et *δίδοι* vid. diss. nostr. de conj. in *μ* p. 16), quæ in aliis dialectis frequentatur, nusquam legitur; de secunda persona parum constat. Pro *ἴσης* Theocr. XIV, 34 optimi libri *ἴσαις* præbent, quod aut in *ἴσας* mutandum est ut *ἴσαις* (rectius *ἴσαις*), aut ipsum retinendum est. Haec enim scribendi ratio, quæ in Lesbiaca dialecto disertis testimoniis postulatur vid. L. I §. 26, 5, in Ionica quoque et Dorica dialectis reliquorum, *τιθεις* et *δίδοις*, analogia commendatur vid. diss. de conj. in *μ* p. 16. In duobus pejoribus libris est *ἴσας*, quod vulgari *ἴσσης* responderet. Vulgaris lectio *ἴσης* propter *η* non Doricūm intolerabilis est.

2) **Conjunctivus stirpium in *a* exentium ubique contractionem patitur.** Primum *αω* (prima singulari, ni fallor, excepta) in *ā* Dorice coalescunt vid. §. 24, 4, ubi exempla attulimus: *βᾶμες* Theocr. XV, 22, *φᾶσι* Heracl. I, 68, *ἐπιστᾶντι* Cret. 2556, 68, *ἰσᾶντι* Cret. 3053, *θάμεθα* Sophr. 42. Contra dubitatio aliqua est, quo modo *αη* a Doribus conjuncta sint. Olim propter *ἐπιβῆ* Heracl. I, 80 et *ἀναστῆ* Theocr. I, 52 secundum verborum contractorum analogiam *η* ex *αη* fieri existimavimus.

1603, 26 de *δίδωσι*, *τιθητι*, Herodian. in H. Ad 207, b et Append. Et. G. 662, 24 de *φασι*, *δίδωσι*, Ann. Oxx. IV, 353 de *φασι*, Greg. C. 247. 255 etc.

Nunc errorem confitemur. Nam Theocrito parum fidei habendum est, et $\epsilon\pi\iota\beta\eta$ in Heracl. potius a Dorico verbo contracto $\epsilon\pi\iota\beta\omega$ derivandum esse videtur, quod docent vicina praesentia ($\alpha\iota\ \delta\acute{\epsilon}\ \tau\iota\varsigma\ \kappa\alpha\ \epsilon\pi\iota\beta\eta\ \eta\ \nu\acute{\epsilon}\mu\epsilon\iota\ \eta\ \phi\acute{\epsilon}\rho\alpha\iota\ \tau\omicron\ \tau\omega\acute{\nu}\ \epsilon\iota\ \tau\acute{\alpha}\ \iota\alpha\rho\acute{\alpha}\ \gamma\acute{\alpha}\ \eta\ \tau\omega\acute{\nu}\ \delta\epsilon\upsilon\delta\rho\acute{\epsilon}\omega\iota\ \tau\iota\ \kappa\acute{\omicron}\pi\tau\eta\ \eta\ \pi\rho\omega\acute{\iota}\ \eta\ \acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron\ \tau\iota\ \sigma\iota\eta\tau\alpha\iota$). Contra in Aeschylī cantico Suppl. 423 meliorum librorum lectio $\mu\eta\tau\iota\ \tau\alpha\iota\varsigma$ (sic etiam Guelph.) suadet ut pro Turnebi commento $\tau\lambda\eta\varsigma$ restituatur $\tau\lambda\acute{\alpha}\varsigma$, quam formam poeta haud dubie Doricam esse voluit. Deinde conjunctivus $\kappa\alpha\theta\iota\sigma\iota\tau\acute{\alpha}\tau\alpha\iota$ est in Calymn. 2671 e verissimo Boeckhii supplemento ($\acute{\omicron}\pi\omega\varsigma\ \mu\acute{\eta}\ \text{---}\ \epsilon\varsigma\ \pi\lambda\acute{\epsilon}\omega\ \tau\alpha\rho\alpha\chi\acute{\alpha}\nu\ \acute{\omicron}\ \delta\acute{\alpha}\ \mu\omicron\varsigma\ [\kappa\alpha\theta\iota\sigma\iota\tau\acute{\alpha}\tau\alpha\iota]$) et $\acute{\epsilon}\rho\acute{\alpha}\tau\alpha\iota$ Pind. Pyth. IV, 92. Itaque Doris vulgari linguae contrariam rationem sequuta est et in conjugatione contracta et in conjugatione in μ , illic η pro $\acute{\alpha}$, hic $\acute{\alpha}$ pro η proferens; nam ut $\acute{\omicron}\rho\eta\varsigma$, $\acute{\omicron}\rho\eta$ Dorica sunt pro conjunctivis $\acute{\omicron}\rho\acute{\alpha}\varsigma$, $\acute{\omicron}\rho\acute{\alpha}$, ita $\tau\lambda\acute{\alpha}\varsigma$ et $\tau\lambda\acute{\alpha}$ pro $\tau\lambda\eta\varsigma$ et $\tau\lambda\eta$.

Stirpes in ϵ exeuntes, quo pertinent etiam aoristū passivi; easdem contractionis leges sequuntur, quas verba in $\epsilon\omega$, ut $\pi\alpha\rho\alpha\tau\iota\theta\eta$ Epich. 112, $\theta\alpha\lambda\phi\theta\eta$ Sophr. 14, $\tau\epsilon\theta\eta$ Cret. 2556, $\acute{\alpha}\mu\mu\iota\sigma\theta\omega\theta\eta$ Heracl. I, 63, $\acute{\alpha}\iota\rho\epsilon\theta\eta$, $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\epsilon\iota\chi\theta\eta$, $\xi\upsilon\lambda\omicron\gamma\rho\alpha\phi\eta\theta\epsilon\iota$ Ther. 2448, vid. §. 35, 3; deinde $\acute{\alpha}\pi\omicron\tau\mu\alpha\theta\acute{\epsilon}\omega\upsilon\tau\iota$, $\acute{\alpha}\nu\alpha\gamma\rho\alpha\phi\acute{\epsilon}\omega\upsilon\tau\iota$ Archim., $\acute{\epsilon}\kappa\delta\alpha\upsilon\epsilon\iota\sigma\theta\acute{\omega}\nu\tau\iota$ Coreyr. 1845, $\acute{\alpha}\nu\alpha\gamma\rho\alpha\phi\acute{\omega}\nu\tau\iota$ Ign. 2670, $\acute{\epsilon}\gamma\epsilon\eta\lambda\eta\theta\acute{\iota}\omega\upsilon\tau\iota$ Heracl. I, 104, vid. §. 26; postremo in subjectivo $\acute{\upsilon}\pi\acute{\epsilon}\chi\theta\eta\tau\alpha\iota$ i. e. $\acute{\upsilon}\pi\acute{\epsilon}\kappa\theta\eta\tau\alpha\iota$ Cret. 2556, 22.

Stirpes in \omicron exeuntes secundum vulgarem rationem per omnes personas ω tenent: $\delta\iota\delta\acute{\alpha}\varsigma$ et $\delta\iota\delta\acute{\omega}$ Acharn. 765, 801, $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\iota\delta\acute{\omega}$ Heracl. I, 61, $\delta\iota\delta\acute{\omega}\nu\tau\iota$ Heracl. I, 55, $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\acute{\omega}$ Ther. 2448. III, 2, $\delta\acute{\omega}\nu\tau\iota$ Heracl. I, 58. Coreyr. 1845, $\gamma\upsilon\omega\acute{\nu}\nu\tau\iota$ Heracl. I, 105. Cret. 2556, 44; in subjectivo $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\acute{\omega}\tau\alpha\iota$ Ther. 2448. VII, 22. Cret. 2556, 25, $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\acute{\omega}\nu\tau\alpha\iota$ Heracl. I, 58.

3) Optativi quae formae reperiuntur, cum vulgari ratione nihil differunt, ut $\acute{\alpha}\nu\theta\epsilon\iota\eta$ et $\acute{\alpha}\nu\epsilon\iota\eta$ Brutt., $\acute{\alpha}\delta\eta\lambda\omega\theta\epsilon\iota\eta$ Heracl. I, 9, $\beta\lambda\epsilon\iota\eta\varsigma$ Epich. 154, de quo vide infra §. 42, $\delta\iota\delta\omicron\iota\eta$ Coreyr. 1845. Tertia pluralis brevior ter-

minatione utitur in *πρωΐειεν* Amph. 1688, 18, utat vox dubia legenda est, vid. Append. In reliquis quoque personis dualibus et pluralibus Dorienses breviores formas *τιθεΐτε* etc. usurpasse, haud scio an e testimonio valde perturbato colligere liceat ²⁾).

4) Imperativi praesentis objectivi non reperitur nisi brevior forma, quae terminatione *θι* abjecta vocalem producit, *ἐγκίκρα* Sophr. 2, *τίθει* Timocr. 2, *ἐτίθη* Cyren. 4, *πίμπλη* Sophr. 49. Pro hoc expectaveris *πίμπλα*, quum contractum verbum *πίμπλάω*, quo Herodianus ³⁾ refert, nusquam reperiatur. Satis tamen ex iis, quae supra disputavimus §. 19, 3, apparet radicalem huius stirpis vocalem *ε* esse, non *α*, quare *πίμπλη* dictum est ut *τίθη*, quod jam non ad severiorem Doridem *ε* in *η* mutantem referes. Universa igitur Doris in his et similibus *η* pro vulgari *ε* pronuntiasse videtur, id quod non miraberis in ea vocalium inconstantia, qua verba in *μς* insignia sunt vid. diss. nostr. de conj. in *μ* p. 16. Minus fidei habent *τίθει* apud Timocreonem et *δίδου* Theocr. I, 143, cujus in locum ex eadem analogia *δίδω* expectaveris. Nolumus tamen in re lubrica quidquam pro certo affirmare, cf. infr. nr. 6. Pindaricus imperativus *δίδοι* certe non est Doricus, ut Gregorius somnians est ⁴⁾. —

2) Heraclid. ap. Eustath. 1756, 14. ἀπό τοῦ θείς καί βλείς γίνεται θεῖο εὐκτικὸν καὶ βλείω, οὗ χρῆσις ἐν Ἰλιάδι. πᾶν δὲ τοδοῦτον εὐκτικὸν ἤγον ἐς ὃ λῆγον παρὰ Σιμελοῖς ἀπὸ τῶν παυ' ἡμῶν εἰς ἐκ ληγουσῶν μεταβάλλον τὸ ὄ εἰς ἔ πληθυντικὸν ποιῆ προσθέσει τοῦ ἔ· θεῖο θεΐτε, σφαγεῖο σφαγεΐτε, βληθεῖο βληθεΐτε. εἶτα εἰπὼν ὅτι οὕτω καὶ Ὅμηρος ἀπὸ τοῦ διακρινθεῖς καὶ τοῦ ἐκείθεν Σιμελμοῦ διακρινθεῖο ἔφη τὸ διακρινθεΐτε τάχιστα καὶ ἀπὸ τῆς κατὰ Σιμελοῦς εἰς μεταχῆς καὶ τοῦ εἰο εὐκτικοῦ τὸ εἶτε etc., quae, ut nunc leguntur, ineptissima sunt.

3) Et. M. 478, 13, Et. G. 288, 13. Δωρικὲς λέγουσι πίμπλη Κοικία· καὶ γὰρ τὸ ὄρα ἄρη λέγουσιν· οὕτω πίμπλα πίμπλη. Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν.

4) Gr. C. 212. τὸ δίδου δίδοι λέγουσι καὶ ἄλλα ὁμοίως τοῖς τρίτοις προσώποις τῶν εὐκτικῶν τὰ δεύτερα πρόσωπα τῶν εἰς οὐ προστακτικῶν ἐπιφέροντες. Πίνδαρος· τὴ δὲ πρᾶξιν φίλαν δίδοι (Ol. I, 85).

Imperativi aoristorum vulgares terminationes exhibent: $\gamma\omega\theta\iota$ Epich. 129, $\sigma\tau\acute{\alpha}\theta\iota$ Theocr. Ep. 19, Laconica $\kappa\acute{\alpha}\theta\beta\alpha\sigma\iota$ et $\acute{\alpha}\tau\tau\alpha\sigma\iota$ i. e. $\kappa\alpha\tau\acute{\alpha}\beta\alpha\theta\iota$ et $\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\sigma\tau\alpha\theta\iota$, vid. §. 7, 2, $\delta\acute{o}\varsigma$ Epich. 118, $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\acute{o}\varsigma$ Sophr. 49; pro $\pi\omicron\tau\iota\theta\epsilon\iota$ Theocr. XIV, 45 e quatuor libris pejoribus $\pi\omicron\tau\iota\theta\epsilon\varsigma$ repositum est; nos suspicari malimus $\pi\omicron\tau\iota\theta\epsilon\acute{\iota}$ $\delta\acute{\upsilon}\omicron$, ut $\delta\acute{\upsilon}\omicron$ pro genitivo sit, duo desunt. — De tertia persona plurali supra diximus §. 35, 4. exempla $\delta\acute{o}\nu\tau\omega$, $\theta\acute{\epsilon}\nu\tau\omega\upsilon$, $\delta\acute{o}\delta\acute{o}\nu\tau\omega\upsilon$ afferentes.

5) Infinitivus vulgo in $\mu\epsilon\upsilon$ exit⁵⁾, ut $\delta\iota\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$ Aetol. 2351. Cret. 3048. 3049. 3058, $\epsilon\acute{\iota}\mu\epsilon\upsilon$ et $\acute{\eta}\mu\epsilon\upsilon$ vid. §. 40, $\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$ et $\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$ cum compositis $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$, $\epsilon\gamma\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$, $\acute{\alpha}\nu\alpha\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$ in Lacon. 1334, Hermion. 1193, Corcyr. 1841. 1843. 1844. 1845, Messembr. 2053; b, Ther. 2448, Astyp. 2483, Calymn. 2671, $\acute{\alpha}\phi\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$ Byz. 2060, $\pi\rho\omicron\sigma\tau\acute{\alpha}\mu\epsilon\upsilon$ Phoc. 73 R., $\acute{\alpha}\pi\omicron\kappa\rho\iota\theta\acute{\eta}\mu\epsilon\upsilon$ Herm. 1193, $\kappa\alpha\tau\alpha\chi\rho\eta\sigma\theta\acute{\eta}\mu\epsilon\upsilon$ Corcyr. 1845, 107. 127, $\epsilon\gamma\delta\alpha\nu\epsilon\iota\sigma\theta\acute{\eta}\mu\epsilon\upsilon$ ibid. 80, $\delta\omicron\theta\acute{\eta}\mu\epsilon\upsilon$ Cret. 3052, $\acute{\alpha}\pi\omicron\gamma\rho\alpha\phi\acute{\eta}\mu\epsilon\upsilon$ et $\tau\epsilon\theta\acute{\eta}\mu\epsilon\upsilon$ Byz. 2060. Item Epich. 23 $\epsilon\mu\pi\alpha\gamma\acute{\eta}\mu\epsilon\upsilon$, Lysistr. 1163 $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$, Thucyd. V, 77. 79 $\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$, $\acute{\alpha}\pi\omicron\kappa\rho\iota\theta\acute{\eta}\mu\epsilon\upsilon$ etc.

Apud Rhodios eorumque colonos Gelenses et Agrigentinos peculiaris terminatio $\mu\epsilon\upsilon$ reperitur: Rhod. 2525, b $\pi\omicron\tau\iota\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$ et $\epsilon\acute{\iota}\mu\epsilon\upsilon$, 2905 $\epsilon\acute{\iota}\mu\epsilon\upsilon$, Gel. $\acute{\alpha}\nu\alpha\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$, Agrig. $\epsilon\acute{\iota}\mu\epsilon\upsilon$, $\acute{\alpha}\nu\alpha\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$, $\acute{\alpha}\pi\omicron\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$. Ejusdem terminationis vestigia sunt apud Epicharmum. Nam fr. 71 Athenaei libri praebent $\pi\rho\delta\iota\delta\acute{o}\mu\eta\upsilon$, quod Schweighauserus metro patiente in $\pi\rho\delta\iota\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$ mutavit; deinde fr. 94 v. 8 in quinque Epicharmi libris pro $\pi\omicron\tau\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$ est $\pi\omicron\tau\acute{\epsilon}$ $\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$, v. 10 in nonnullis $\pi\omicron\tau\acute{\epsilon}$ $\acute{\epsilon}\theta\epsilon\mu\epsilon\upsilon$; quae quum facile e $\pi\rho\delta\iota\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$ et $\pi\omicron\tau\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$ corrupta esse suspiceris, rem conficere videtur fr. 48, ubi librorum lectionem $\kappa\alpha\tau\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$ $\acute{\alpha}\nu\tau\alpha\phi$ metro respuente particulam $\gamma\prime$ parum aptam intruserunt. Apparet enim, quanta cum veri specie $\kappa\alpha\tau\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$ rescribi possit. Licet autem eum Epicharmi usum ad Gelensium con-

5) Et. M. 224, 53 de $\tau\omicron\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$, Et. G. 383, 17 de $\mu\epsilon\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\upsilon$, Ann. Oxx. I, 117, 8 de $\delta\acute{o}\mu\epsilon\upsilon$.

suetudinem referre, vid. §. 48, 2. Neque mirum est, quod *εἶμεν* fr. 94, 9 metro certum est; Syracusanos enim ut Corcyraeos vulgari Dorica forma usos esse, Epicharmum alteramutram rationem pro arbitrio amplexum esse existimato.

Male grammatici ⁶⁾ aliis recte repugnantibus plenissimam terminationem *μεναι*, quam Lesbiaca dialectus tenuerat, Doridi assignant. Legitur nunc *εἶμεναι* Achara. 742, quanquam brevior forma est 707. 738. Quod in tanta optimorum fontium constantia corruptum iudicamus; fortasse suspicari licet: τὸ δὲ νῦν εἶμεν αὐ̄ τινος δοκεῖς; Hesychii *γισάμεναι*, *εἰδέναι* e. *Γισάμεν* corruptum existimamus vid. §. 42.

Vulgaris terminatio *ναι* non legitur nisi in titulis suspectissimae fidei, ut *ἐκδανεισθῆναι* Corcyr. 1845, 15, *προσθεῖναι* et *εἶναι* Cret. 2557, *δοῦναι* et *εἶναι* Cret. 3052. Nec minus corruptum est *σκιρωθῆναι* Sophr. 36; de Hesychii glossa Cretica *σεῖναι*, *θεῖναι* vid. §. 7, 3.

6) In Imperfecti singulari verborum *τίθημι* et *δίδωμι* de vocalium ratione nihil certi constat. Ex imperativi analogia, vid. nr. 4, Dorienses flexisse coniecero *ἐτίθην*, *ἐτίθης*, *ἐτίθη* et *ἐδίδων*, *ἐδίδως*, *ἐδίδω*, et *ἐτίθη* a Meineckio Theocr. II, 156 ex uno libro editum est pro *ἐτίθει*; alia et certiora exempla deficiunt.

Eorundem verborum Aoristi II hae formae reperiuntur: *ἔδωκε* et *ἔθηκε*, (*ἔθήκαμεν* et *ἔδώκαμεν* Rhod. 2905), *ἔδον* et *ἔθεν* vid. seqq., *ἔδωκαν* Corcyr. 1845. Delph. 1691. Messembr. 2053 et *ἔθηκαν* Phoc. 81 R. Quae cur omnia ad aoristum secundum referamus nec communem errorem sectati eas formas, in quibus *κ* est, aoristo primo adscribamus, paucis indicavimus in dissertatione nostra

6) Et. M 282, 43, Et. G. 168, 44 — 259, 1, Ann. Oxx. I, 117, 8 — 130, 17 — 200, 11, Scholl. Pind. Ol. VI, 45, Diacon. ad Hes. Sc. 196, Greg. C. 309 etc. Contra in Ann. Oxx. I, 69, 9 *τιθήμεναι*, *στήμεναι*, *πανθήμεναι*, *δύμεναι* non Dorica, sed poetica esse traduntur.

de conj. in *μι* §. 7. Ibidem demonstratum est primam pluralem *ἔθηκαμεν* et *ἔδωκαμεν* genuinis linguae legibus repugnare et recentiorem habendam esse; antiquior quoque Doris *ἔθεμες* et *ἔδομες* dixerit. Ceterum neque in reliquis objectivi modis neque in subjectivo reperiuntur formae, quae et *κ* et primi aoristi terminationes habeant.

7) In tertia plurali praeteriti Doribus sicut Aeolibus et Boeotis pro vulgari terminatione *σαν* brevior illa *ν* adscribitur, quae vocalem antecedentem corripit⁷⁾, neque fere alia in genuinis Doridis fontibus reperitur. Eo pertinent in Lacon. 1511 *ἔδον*, in galea Argiva nr. 29 *ἀνέθεν*, in tabulis Heracleensibus II, 16 *ἀπέσταν*, I, 51 *διέγνον*, I, 94. 95 *κατεδικασθεν*, Cret. 3050. 3052 *διέλεγεν*; item apud Archimedes regnant, ut de Quadr. Par. p. 17 *κατέγνωσθεν*, de Con. p. 257 *συνεξέδοθεν*, Aren. p. 325 *ἔτεθεν*. Imperfecti exempla, ut Pindarica *τίθεν* P. III, 65, *ἴεν* Isthm. I, 25, in puris fontibus casu non leguntur. Sed eodem pertinet Doricum *ἦν* pro *ἦσαν*, de quo videbimus §. 40.

Vocalem ultimae corripit diximus, de qua re constat etiam ex Homerica dialecto vid. diss. nostr. de conj. in *μι* p. 10. Cui regulae quae adversantur, suspectissima sunt. Pindarica *ἔγνων* P. IX, 79 et *ἀνέγνων* Isthm. II, 23 non minus metro patiente in *ἔγνον* et *ἀνέγνον* mutanda sunt, quam metro jubente P. IV, 120 *ἔγνον* e paucis libris receptum est, neque aliter *ἔγνων* Hom. H. Cer. 111 in *ἔγνον*. Pro *μίανθην* II. δ, 146 *μίανθεν* restitui posse, Homericō versu ante caesuram bucolicam trochaeum tolerante, indicavimus l. l. p. 36. At etiam in titulo Cretico

7) Ann. Oxx. I, 429, 7, Et. M. 532, 34, Et. G. 547, 13 de *φάανθεν*: *ἴθος γὰρ ἔχουσαν οἱ Λιολεῖς καὶ Δωρικῆς τὰ ἔχοντα ἐήματα τὴν μετοχὴν εἰς ἓ μετ' ὀξείας τάσεως σχηματίζουσιν τὰ τρίτα τῶν πληθυντικῶν (ὡς τὰ μὴ ἔχοντα add. Oxx.): ὥσπερ καὶ τὸ κόσμηθεν. — Et. G. 156, 46 ἔσταν, Et. M. 418, 25 ἤγερθεν, Id. 532, 34 et Et. G. 534, 22 τράφεν et κόσμηθεν, Scholl. II. γ, 1 κόσμηθεν, Ann. Oxx. I, 9, 21 ἀπέφυχθεν. — Perverse Ann. Oxx. II, 359, 11 ἴδον καὶ Δωρικῶς ἴδοσαν.*

nr. 3048 *διελέγην* traditur, quod Boeckhius in *διέλεγεν* mutavit. Qui, quamvis Cretica dialectus singularium formarum dives sit, recte tamen egisse videtur, quum neque apographorum fides magna sit et in simillimis titulis Creticis 3050. 3052 *διέλεγεν* legatur. Nec minus recte idem in optativo *περιμείεν* Amph. 1688, 18 terminationem *ην*, quae est in Claraci apographo, sprevit, vel in Corcyraeo titulo malae fidei nr. 1845, 74 *παραδοίεν* reposuit pro *παραδοίην*.

Vulgaris forma *διελέγησαν* Cret. 3047 Tejo lapicidae deberi videtur; certius est *παρῆσαν* Epich. 94, quod certe in omnibus libris esse videtur.

7) Subjectivi paucae formae reperiuntur, quae cum vulgari ratione discrepent. De conjunctivo supra diximus nr. 2. Imperativum *μῶσο* Epicharmo restituumus fr. 121 vid. §. 42; idem post *σ* ejectum contractionem passus est in *περίδου* Acharn. 738 et *πρω* (i. e. *πρίασο*), ut pro *πρω* rescripsimus Epich. 93, vid. §. 24, 4. De imperativi persona tertia plurali egimus §. 35, 3. Secunda singularis praeteriti Doricam contractionem passa est in *ἐπρία*, quod in Ann. Oxx. III, 241, 12 Doricum dicitur pro *ἐπρία*, *ἐπρίασο*. Corruptum esse iudicamus *συνέθοτο*, quod in Cret. 2554, 2 legitur pro *συνέθετο* nec probare possumus *συνεθόμεθα*, quod ibidem l. 201 Boeckhius e *συνθόμεθα* effecit.

§. 40.

De verbo *εἶμι*.

1) Praes. Indicat.

Sing. 1. *εἶμι* Epich. 19; in severiore Doride procul dubio *ἦμι* erat vid. §. 20, 3. a.

Sing. 2. *εἶσοι* Syracusanis tribuitur ab Herodiano π. μ. λ. 44, 19, qui apponit Sophr. 90, et legitur praeterea Epich. 130, *εἶσο* Epich. 125, nec minus in dictis Laconicis Plutarch. Pyrrh. c. 26 et Apophth. Lac. p. 211. 233. Postremo ne Theocritus quidem et Pindarus alia

forma utantur. Epicharmi fragmentum 151, ubi *εἶ* traditur, aut corruptum aut spurium judicandum est; ne *εἶς* quidem Doridi usitatum fuisse videtur.

Sing. 3. *ἔστι* ubique in titulis legitur ut Heracl. II, 80, Rhod. 2905. Ther. 2448 etc., apud Epicharmum 23. 51. 90. 94. 95. 96. 100. 111. 147. 150. 168 (male enim fr. 105 *ἐστὶ* e Koenii conjectura pro *ἔστι* receptum erat), in Lysistrata v. 143. 980, in Acharnensibus v. 704. 735. 738 etc., in Chelidonismo Rhodio v. 16. Facile etiam in Tarentino *ἔστόκα*, *ἐνίοτε* apud Hesychium i. e. *ἔστ' ὄκα* agnoscitur. At Gregorius Corinthius p. 280 Dores *ἐστὶ* dixisse tradit pro *ἔστὶ*. Scilicet Theocritum procul dubio respexit, qui eam formam non minus frequentat quam Pseudo-Pythagorei. Archimedi raro obtrusa est: de Plan. Aeq. I p. 8 bis, altero loco codicibus Ven. et Flor. *ἔστὶ* praebentibus; de Quadr. Parab. p. 28 et 30, de Plan. Aeq. p. 46 bis et p. 50, de Conoid. p. 265. 274. 287. Sexcenties contra *ἔστὶ* sine varia lectione traditum est, quare pauca illa mero librariorum errori tribuere non dubitamus. — Quum igitur nostro jure in libro primo p. 282 singularem *ἐστὶ* ab antiqua et genuina Doride abhorreere affirmassemus, Franzius noster in utilissimo libro de Epigraphice Graeca Philolaum nobis opposuit. Cujus fragmentis quanquam in rebus ad dialectum pertinentibus nulla fere auctoritas concedi potest, id quod virum veri amantissimum post hos nostros labores et intellecturum et libenter confessurum speramus, attamen telum in nos conjectum retorquere licet. Quid enim, si *ἐστὶ* pro *ἔστὶ* nusquam apud Philolaum aliquo jure editum sit? Legitur *ἐστὶ* apud Boeckhium primum p. 66 in fragmento, quod servarunt Stobaeus Ecl. I p. 460 Heer. et Nicomachus Harm. I p. 17; hic eam ipsam vocem omittit. Paulo post *ἔστὶ* sine varia lectione editum est. Deinde p. 139 B. in fragmento, quod quum a Canteriana Stobaei abesset, primum editum est in Observv. Misc. Crit. VII, 1 p. 184, deinde ab Heerenio I p. 8, *ἐστὶ* est apud hunc, *ἔστὶς* in Obsv. Misc.; p. 141 B. in

eodem fragmento Boeckhius recte *ἐντι*, quod est apud Heerenium, respuit et ex *εἰς* in Obs. Misc. cum Koenio *ἦς* elicuit; p. 145 B. pro priore *ἐντι* Heerenii in Obs. est *ἐστί*, alterum cum vicinis verbis in his deest. Postremo p. 151 B. in fragmento Philoni debito *ἐντι* pro *ἐστί* a Boeckhio scriptum est. Nusquam igitur *ἐντι* reperitur nisi ex Heerenii auctoritate (rarissimam Canteri editionem nobis inspicere non licuit), quae quam in his rebus sit nulla, supra indicavimus §. 2, 16; quicumque alii lectionis fontes manant, *ἐντι* constanter praebent. Apparet, egregie nostrum de formae *ἐντι* recentiore origine iudicium inde confirmari, quod ne in tanta quidem dialecti corruptione Philolai fragmentis facili errore obtrusa est, et vicissim reliquiarum genuinae origini aliquid praesidii hinc quaeri posse. — Jam vero, unde mira ista forma a Doridis simulatoribus petita est? Vix tibi persuaseris, temere fictam esse. Itaque suspicamur plebejam recentioris Doridis elocutionem, sicut in *ἀναδείκνυντι* et *βίβαντι* (vid. §. 38, 1) tertiam singularem et pluralem confudisse, inde Theocritum arripuisse, a quo Pseudo-Pythagorei suam Doridis cognitionem maxima ex parte hausisse videntur. Ceterum istud *ἐντι* nunquam apud Theocritum, saepius apud Pythagoreos *ν ἐφελκ.* asciscit, ut Stob. Fl. I, 64 p. 10 l. 54, Ecl. I, 5, 20 in libris Heerenio *ἐντι* edente.

Plur. 1. *ἐσμέν* Doricum dicitur ab Eustathio p. 780, 36 ex Heraclide et in Chelidonismo apud Athenaeum traditum est. Hoc certum est, Doriensēs non *ἐσμέν* dixisse, sed, nisi omnis fides illis abroganda est, *ἐσμέσ.* Hoc ipsum est in duobus Theocriti libris II, 50, quum et hic et XV, 73. 89. 91 vulgo *εἰμέσ* legatur, in pejoribus nonnullis libris *ἦμέσ.* Idem *εἰμέσ* traditur in cantilena Laconica Plut. Lyc. c. 26, Apophth. p. 234; et hic quidem procul dubio male; severiorem enim Doridem aut *ἐσμέσ* aut *ἦμέσ* pronuntiasse certissimae analogiae docent vid. §. 20, 3. a.

Plur. 3. *ἐντι* est apud Epicharmum fr. 23. 27. 32.

92. 94. 110, Sophronem fr. 52. 54, Timocr. 3, Thucyd. V, 77, saepe apud Archimedes et in reliquis fontibus minus puris. Non magis quam reliquae tertiae plurales in *ντι* exeuntes *ν ἐφελκ.* tolerat praeterquam apud Pseudo-Pythagoreos, ut Stob. Flor. I, 69 p. 12, 12, CIII, 27 p. 553, 48 etc. Apud Archimedes de Conoid. p. 281 semel *ἔοντι* legitur, bis *ἔωντι*, quum indicativus necessarius sit. Formam *ἔοντι*, quae etiam in isto *ἔωντι* latere videtur, confidenter damnare non audemus. Contra *παρέοντι* Epich. 117 certissime conjunctivus est.

Conjunctivus.

Sing. 3. *ῆ* Lysistr. 174, Thucyd. V, 79, Anaph. 1 R.; *ῆ* Hermion. 1193, Tegeat. H. L., Agrig.; *εἶ* Amph. 1688, 40 et Heracl. I, 112, de qua scripturae varietate vid. §. 36, 3.

Plur. 1. *ἔωμεν* Cret. 3048. 3052, *ῖωμεν* Cret. 3058 vid. §. 26, 1, *ῶμεν* Theocr. XV, 9. Antiquior Doris procul dubio *ἔωμεν* habebat.

Plur. 3. *ἔωντι* Rhod. 2525 b. 55, Cret. 2554, 15, saepe apud Archimedes, ubi male *ἔωντι* scribi solet, ut de Plan. Aeq. p. 4. 5. 7 etc.; *ῶντι* Corcyr. 1840, Ther. 2448. V, 12. Apud Epicharmum fr. 117 libri *παρέοντι* pro *παρέωντι* praebent.

Optativi tertia singularis *εἶη* legitur Ther. I, 7, Epich. 94. 95, Lysistr. 1274.

Imperativus.

Sing. 2. *ἔσο* ter in dictis Laconicis legitur Plutarch. Instit. Lacon. p. 241, et in Pythagorae dicto ceterum non Laconico Stob. Fl. I, 19. Conspirat Homericum *ἔσο* et Sapphicum *ἔσο*. Nihilominus paululum de medialis formae antiquitate dubitamus, vid. infra Addend. ad L. I p. 257.

Sing. 3. *ἔστω* saepe.

Plur. 3. *ἔόντων* Corcyr. 1845, Delph. 1699. 1701—1706 et 71 R., Phoc. 74 R.; *ἔόντων* Amph. 1688; *ἔστωσαν* Phoc. 81 R., quod non est vere Doricum, vid. §. 35, 4. Item *ἔστωσαν* apud Archimedes frequens est; aliquoties tamen apud eundem *ἔστων* reperitur, ut de

Conoid. p. 263 (Par. B. ἔστωσαν) et Aren. p. 326; saepius ἔστω est pro plurali, ut de Conoid. p. 263 (B. C. D ἔστωσαν), p. 264 (B. C. D. Ven. ἔστωσαν), p. 294 (B. C. D ἔστωσαν), p. 301 (A. B. D. Ven. ἔστωσαν, C. ἔστων), p. 305 ἔστω in Basil. (Ox. A. B. D. ἔστωσαν, C. ἔστων). Vides pluralem ἔστω furca expellendum esse et ἔστωσαν aut ἔστων reponendum. Sed ne hae quidem formae ad genuinam Doridem referri possunt. Minus aegre ferrem, sicubi ἔνω vel ἔνων legeretur.

Infinitivus εἶμεν est in recentioribus titulis Laconicis 1334. 1335, Megar. 1052, Amph. 1688, Delph. 1693. 1699. 1702. 1703. 1704. 1706. 1707. 1709, Phoc. 81 R., Locr. 1567, Aetol. 3046, Acarn. 1793, Corcyr. 1838. 1841—1844, Byzant. 2060, Epich. 94. 95. 96, saepissime apud Archimedes. Rhodiaca forma εἶμεν est in Rhod. 2525, b. 2905 et Agrig. Severior Doris ἦμεν pronuntiavit, quod legitur in Heracl. et Creticis titulis majoris fidei nr. 2555. 2556. 2558 (etiam 2554, 68. 202), in Chilonis et Epimenidis epistolis, in dicto Laconico Instit. Lac. p. 242 etc. Postremo ἔμεν est in Cret. 3058 et Delph. 1705, a, hic a Boeckhio in εἶμεν mutata neque fortasse illic genuina.

Minus recte ἦμεν traditur, si quid reliquis analogiis tribuendum est, in Ther. 2448. V, 17, Anaph. R. 1 (C. I. 2477) et 2, quibus in titulis saepius η et εἰ propter ductuum similitudinem permutata sunt, deinde Acharn. 707. 738. Contra εἶμεν male se habet in titulis Creticis minoris fidei 2554, 85 et 2557, 15 et Lacon. 1511, ubi a Boeckhio ex εἰ...ν restitutum est, nec minus in dicto Laconico Plutarch. Lyc. c. 6. Apud Thucydidem V, 77. 79, ubi libri utramque formam praebent, in Laconico decreto c. 77 ἦμεν praefendum est, in Argivorum foedere c. 79 εἶμεν.

Longiorem formam εἶμεναι, quae legitur Acharn. 741 et inde a Greg. C. 227 Dorica vocatur, supra §. 38, 5 in suspicionem vocavimus. Pejus etiam Lesbicum εἶμεναι Doricum dicitur in Ann. Oxx. I, 130, 17, Et. M.

335, 12 etc. Pessime ἤμεσ Doribus tribuitur in Scholl. Theocr. VII, 86; nam σ pro ν, quod Doris in prima persona plurali et in ἤσ e summa antiquitate traditum accepit, ab infinitivi terminatione alienissimum est. Neque ea forma legitur nisi in parte librorum Theocriteorum, unde in editione Meinekiana septies recepta est: II, 41. III, 8. VII, 129. VIII, 73. XI, 79. XIII, 6. XIV, 6, et in malo Aristophanis codice *Α* Acharn. 707. Muehlmannus de dial. Bucol. p. 132 sola librorum auctoritate fretus recte ne Theocrito quidem concedit illam formam, quam nos hyperdoricam esse affirmamus.

Participium.

ἔων gen. ἔοντος Megar. 1052. Delph. 1699. 1702. 1704. 1705. 1706, Phoc. 81 R., Corcyr. 1845, Rhod. 2525, b. 30, Epich. 94, Timocr. 1 ἔοντα, quod synizesin patitur, saepe apud Archimedes; fem. ἐοῦσα Delph. 1705 et apud Archimedes, ἐῶσα Cret. 2556.

ῶν gen. ὄντος Delph. 1704 et 1709, b, Aetol. 2350, Thaum. 1772. 1773, Iss. 1834 (οῦσι), Rhod. 2525, b. 5, Calymn. 2671, Ther. 2448, Cret. 2554. 3048. 3049. 3058; fem. οὔσα Delph. 1699. 1703. 1706, Aegin. 2140, Anaph. 1. R. Vides in titulis paullo recentioribus utriusque formae usum regula certa constitui non posse, adeo in titulo Rhodio utramque apparere. Antiquiorem Doridem pleniorem formam, qua sola et Homerus et Pindarus et Lesbica dialectus utebantur, praetulisse persuasum habemus. Epicharmo pro ῶν fr. 98 ὶν dedimus; ejusdem fr. 140, ubi συνόντα, suspectum est. Facile tamen illic ἐῶν, hic συνέοντα ita restitui posset, ut synizesis admitteretur, qualis est in παρέωντι fr. 117 et ἔοντα Timocr. 1.

Contractam formam εῦντα Theocr. II, 3 rectissime Meinekius expulit βαρυνεῦντα restituens; femininum εῦσα apud eundem legitur II, 76, παρεύσας V, 26, Callim. Lav. Pall. 69, quae forma latet num jure Dorica existimari possit.

Rarior forma in tabulis Heracleensibus legitur ἔντες & dat. ἔτασαι I, 56. 69. 130 et item apud Alcanem

fr. 121 W. *παρέντων* secundum Heraclidem apud Eustath. 1787, 43. Postremo Choeroboscus ¹⁾ *ἔντα* affert fortasse ex eodem Alcmaeae aut e Rhinthone. Ceterum nominativus *εἷς*, quem grammatici ponunt, a severiore Doride, quae ἦς pronuntiasset (vid. §. 20, 2), aliena est et nescio an nominativus *ἑών* sonuerit apud eosdem, qui *ἔντος* protulerunt. Tum *ἑών*, *ἔντος* comparari posset cum *κῶν*, *κῆός*.

Feminini reconditiores formae duo apud Philolaum et Pseudo-Pythagoreos servatae sunt. Primum *ἔσσα* et *ἔσσαι* sunt apud Philolaum Stob. Ecl. I p. 458. 460, quae ab Heerenio temere mutata jure Boeckhius revocavit p. 62. Item apud Archytam Stob. Ecl. p. 714 ²⁾ in editione Canteriana est *ἔσσα* pro *ἔασσα*, quod Heerenius nescio quo jure dedit, et *ἔσσαν* varia lectio est pro *ἔασσᾶν* Tim. Locr. p. 97. C. Ab eadem forma Boeckhius ad Philol. p. 63 substantivum *ἔσσια* pro *οὔσια*, quod a Platone ex incerta quadam dialecto commemoratur ³⁾, deducens, id ipsum ad Doridem Italicam retulit et ipsi Philolao *ἔσσια* pro *οὔσια* donavit p. 139. 141. At abstracta in *ια* exeuntes non derivantur a femininis, sed casu formae similitudinem quandam accipiunt, quum stirpium in *τι* exeuntium ultima litera in *σ* mutatur, ut *γερούσια* pro *γεροντία* e stirpe *γεροντι* factum est, non a feminino quodam *γέρουσα* (is esset vetularum senatus). Itaque si supra §. 6, 6 recte contendimus, Doridem in illis abstractis antiquum *τ* retinuisse, neque *ώσια*, de quo diximus

1) Choerob in Theod. 859, 20. ὁ εἷς, τοῦ ἔντος, ἐν ἔντα, τὸ ἔντα ἀντὶ τοῦ ὑπάρχοντα, ὡς καὶ ἡ χρῆσις δηλοῖ οὕτως ἔχουσα· π αἶδα ἔντα· ἀντὶ τοῦ παῖδα ὑπάρχοντα. καὶ λοιπὸν τὰ πληθυντικὰ, οἱ ἔντες, τῶν ἔντων, ταῖς εἰσι βαρντόνως. Eadem leguntur Ann. Oxx. IV, 356, 22, ubi verba οὕτως ἔχουσα male ad sequens frustulum tracta sunt. Idem εἷς, ἔντος dialecto non nominata commemoratur a Choerobosco in Theod. p. 536, 12 et saepe in Etymologicis.

2) Plat. Cratyl. p. 401. C. ὃ ἡμεῖς οὔσιαν καλοῦμεν, εἰσὶν οἱ ἔσσια (multi libri *ἔσσιαν* vel *ἔσιαν*) καλοῦσιν, οἱ δ' αὖ ὡσίαν.

§. 20, 2, neque ἔσσια vere Dorica esse possunt, sed a participio ἐντ-ος Itali substantivum ἐντλα derivare debent. Utraque tamen vox philosophica aegre ad aliam dialectum revocatur praeterquam ad Italico-Doricam, quae ὠσία eo minus fingere poterat, quod participii forma ὦν, f. οὔσα vel ὠσα ab antiquiore Doride aliena est. Itaque putaverim, Pythagoreos vocem οὔσια, quam Ionicis philosophis acceptam debebant, minus recte Dorica specie donare studuisse aut leviori mutatione ὠσία proferentes, aut, participiorum οὔσα et ἔσσα analogia deceptos, ἔσσια.

Altera feminini forma Pseudo-Pythagoreis peculiaris est εἶσα, quae legitur Tim. Locr. p. 96. A. D. (v. l. εἶσσα, εἰῶσα), 97. C (v. l. ἔσσαν), 98. A (v. l. εἶσσα, εἰῶσα) restituenda est Stob. Fl. I, 64, ubi Gaisfordius e conjectura εἰῶσα dedit, quum vulgo εἰῶσα, in A. ἔσα, in Trinc. εἶσαι legatur; XLVIII, 63 p. 331, 3, ubi Gaisf. pro vulgata εἶσα e B εἰῶσα; XLVIII, 64 p. 333, 17 et 65 init., ubi Gaisf. εἰῶσας e conj. pro vulg. εἶσας et εἰῶσας in cod. B; CIII, 27 p. 557, 23, ubi Gaisf. pro vulg. εἶσαι et εἰῶσας in cod. B. e conj. εἰῶσας (leg. εἶσας); Append. p. 46 ubi Gaisf. ἔσσαν in εἰῶσαν mutavit — postremo εἶσας est apud Ocellum, ἔσα apud Aristaeonem Stob. Ecl. p. 428, ἔσσα (Cant. εἶσσα) apud Aresam ibid. p. 856. Vides feminini εἶσα usum apud Pseudo-Pythagoreos satis certum esse. Neque est cur eum e genuina Italio-tarum Doride depromptum negemus. Videntur enim illi feminini formam ἦσα, quam a stirpe εντ reliquorum participiorum analogia postulabat, vid. §. 20, 2. c, ut minus suavem duplici ratione evitasse, aut eam rationem sequendo, quae est in adjectivis χαρίεσσα etc., aut vocalem inferendo, ut fit in tertia plurali ἔσαι apud epicos. Nullo modo ἔσσα excusari posset; hoc dubium relinquimus, utrum εἶσα an ἔσα pronuntiatum sit.

Praeteritum.

Sing. 1. ἦν Epich. 124.

2. ἦσθα Theocr. V, 79. X, 23.

Sing. 3. ἦς ex antiquis testimoniis ³⁾, et legitur Epich. 73, ἐνῆς 38, ἀπῆς 56, quare correximus ἦν Sophr. 27. Eodem Alcman usus est teste Heraclide ap. Eustath. 1892, 44 et recte a Schneidewino fr. 11 (8) ἦς e papyro restitutum est, quanquam Bergkio obloquente, qui secundam praesentis εἶς vel ἦς agnoscit, vix Doricam. Frequentatur ἦς a Theocrito. Ceterum Doris etiam hic antiqui tenax erat; antiquissima enim forma a radice ες erat ἦστ.

Dual. 3. ἦστην Meinekius Theocrito VIII, 3 e cod. K et aliis libris bene restituit pro ἦτην; genuina tamen Doris ἦσταν dixisse putanda est, si quidem duali usa est.

Plur. 1. ἦμες in cantilena Laconica Plut. Lyc. c. 21 et Theocr. XIV, 29.

Plur. 2. ἦστε, quod e parte antiquarum editionum et nonnullis libris (de multis e silentio Gaisfordii constat) pro ἦτε Theocr. I, 66 restitui oportet.

Plur. 3. ἦν, quod Doricum dicit Heraclides ⁴⁾, legitur Lysistr. 1260, Epich. 30. 31. 38. 49, ἐνῆν 28. 52, παρῆν 82, et reliquorum verborum in μι analogiae convenit, vid. §. 39, 7, nisi quod augmentum et sigma ejectum (nam ex ε - εσ - ν factum est) vocalem corripī veta- bant. Male grammatici antiquiores ⁵⁾ et recentiores plerique (vid. Matth. §. 303 et Buttm. §. 108 not. 17) Hesiodicum usum Theog. 321 ἦν τρεῖς κεφαλαί et 825 ἦν

3) J. Gr. 243, b, Gr. C. 257, Meerm. 659. — Choerob. Bekk. 1198 et Ann. Oxx. IV, 421, 10 e Theocr. VII, 1. — Ann. Oxx. I, 160, 1.

4) Heraclid. ap. Eustath. 1759, 32. Δωρικῶς Ἡσιόδου ἔφη· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί.

5) Herodian. περὶ σχημ. p. 60, 15. Πινδαρικόν — παρ' Ἡσιόδου· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. — Eustath. 1110. Πινδαρικόν σχῆμα — καὶ παρ' Ἡσιόδου τό· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί· καὶ παρ' Ἐπιχάρμου (addit fr. 30. 49). — Id. 1892, 47. τὸ δὲ παρ' Ἡσιόδου· τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί ἀντὶ τοῦ ἦσαν, Βοιωτῶν λέγεται γλῶσσης εἶναι, οἱ ἐνὸς ἐξήματα πληθυντικοῖς ὀνόμασι συντάττον.

ἑκατὸν κεφαλαί, adeo Epicharmeum ad schema Pindaricum referunt, ἦν ubique substantivo plurali praeponi arbitrati. At postponitur Epich. 82 φάσσαι τε ιοσσαῦται παρῆν, ubi pessime Schweighäuserus et Dindorfius sine libris παρῆς scripserunt (ut non melius fr. 38 ἦς pro plurali ἦν cum Koenio dederunt), nec nisi casu factum esse, quod in reliquis locis ἦν antecedit, perlustranti cuique facile patebit. Atque ne quidquam dubitationis resideat de Dorico usu, vide quam accurate in Epicharmeis fragmentis, modo ne corrigendo depravatis, ἦς et ἦν distinguantur, illud cum singularibus, hoc cum pluralibus junctum. Hesiodeum ἦν plurale esse praeter Heraclidem intellexit Choeroboscus ⁶⁾ et nuper Goettlingius ad Theog. 183, hic tertiam pluralem et primam singularem lege quadam consonare arbitratus, id quod in ἦν, ἔλεγον casu factum est. Nec dubitamus, quin in epigrammate, quod Matthiae affert, ἦν ἄρα κάκῆνοι ταλακάρδιοι idem usus agnoscendus sit. Plus dubitationis est in Tragicorum locis, de quibus nunc disputare non vacat.

Longior forma semel in purioribus fontibus legitur, Epich. 94 παρῆσαν χυπέλιπον, ubi, quod facili opera restitui potest, παρῆν τε χυπέλιπον, necessarium judicare non audemus.

Futurum.

Sing. 3. ἐσσεῖται, quod saepe Doricum esse dicitur vid. §. 35 not. 3, mitioris Doridis est, ut Epich. 98 et saepe apud Archimedem; contra ἐσσηται severioris in Heracl. vid. §. 25, 1. Vix Doricum est ἔσται Acharn. 758 et subinde apud Archimedem.

Plur. 3. ἐσσοῦνται mitioris Doridis apud Archimedem; ἐσσόνται Heracl. vid. §. 26, 2.

Infinit. ἐσσεῖσθαι Sophr. 23. Archim. de Helic. p. 220 mitioris Doridis.

6) Choerob. in Theod. 536, 7. τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαὶ ἀντὶ τοῦ ἦσαν· ἔστι γὰρ ἡμῖν, ἦτε, ἦσαν καὶ γίνεται παρὰ τοῖς ποιηταῖς ἦν τὸ

§. 41.

De conjugatione perfecti et aoristi primi.

1) Perfecti indicativus in objectivo plerumque apud Dorienses vulgares terminationes tenet, nisi quod prima et tertia pluralis secundum leges supra expositas §. 36, 1. 2 in *αμες* et *αντι* desinunt; *ἄκουκα* in Agesilai dicto Plutarch. Ages. c. 21, *εἰκας* pro *ἔοικας* Alc. 21, *πέποσχε* Epich. 7, *τέτριγε* 9, *ἔσταχ' ὄδε* 18, *οἶδεν* 96, *ἔοικε* 113, *ἀπεστάλακες* Ign. 2670, *ἀποκεκύφαμες* Lysistr. 1003, *ἀνατεθέκαντι* Phoc. 81 R., *κεχάναντι* Sophr. 51, *ἐκπεφάναντι* Sophr. 75 (cod. *ἐκπεφαντι*) etc. Tertia pluralis fortasse apud poëtas v. ejicere poterat; neque enim incredibilis forma est *ἐθώκατι*, *εἰώθασι* apud Hesychium, quam quum recte e Doride petitam existimarent, *ἐθώκαντι* corrigi jusserunt. Cum ea correptionem illam comparare licet in *πεφύκασι*, *πεφήνασι*, de qua vide Butt. Gramm. I p. 345, qui nondum uti poterat testimonio Herodiani in Ann. Oxx. III p. 296 et Choerobosci in Theodos. p. 566. Ejusdem personae alia brevior forma est *ἀπέσταλκαν* in Cret. 3048. 3052. 3058, ab aliis dialectis non aliena vid. Butt. ibid.

Siculi vel Syracusani saepissime traduntur ¹⁾ perfecta

τρίτον τῶν πληθυντικῶν. Deinde Herodianum affert, qui *ἐν τῷ περὶ αὐτοῦ μονοβιβλίῳ* non minus Hesiodicum ἢ pluralem habuit.

1) Eustath. 1596, 1. *πέπληγον Ἰώνων καὶ Συρακουσίων λίξ* — *Σικελοὶ γὰρ καθ' Ἡρακλείδην τὸ ᾱ τῶν περισπωμένων* (leg. *παρακειμένων* e Phavor. Ecl. 357, 28, qui locum exscripsit) *εἰς ω μετατιθέσσω*, *οἶον πεποιήκα πεποιήκω* cf. p. 576, 13 et Scholl. II. ε, 504. — Ann. Oxx. I, 374, 24 ad *πέπληγον*: *γίνονται δὲ ἀπὸ παρακειμένων θεμάτων, ὡς ἀπὸ τοῦ δέδοικα δέδοικω ὄλωλα ὄλώλω· ταῦτα συνεχῶς παρὰ Συρακουσίου.* — Ael. Dionys. *περὶ ἀκλίτων ἡμεῶτων* in H. Adon. (cf. Ann. Oxx. IV, 339, ubi rectius Aelius Herodianus nominatur) *εἰώθασι γὰρ οἱ παρακειμένοι τρίπειν τὸ ᾱ εἰς ὦ ἢ ποιῶν ἐπιστώτα· πολὺ δὲ τὸ τοιοῦτον πάθος παρὰ Συρακουσίου· ὄλωλα ὄλώλω, δέδοικα δέδοικω· ἀλλὰ μὴν καὶ τὸ πέπληκε παρ' Ἐπιχάρμῳ ἀπὸ θήματος τοῦ κεκλήκω.* — Cf. Ann. Oxx. I, 212, 27 ubi ἦκω a perfectio

§. 41. De conjugatione perfecti et aor. I. 329

ita in praesentium formam redegit, ut *δεδοικῶ*, *ὀλοῖλω* pro *δέδοικα*, *ὄλωλα* dicerent et inde reliquas formas derivarent. Nunc ejus generis formae apud scriptores Syracusanos in indicativo objectivi hae leguntur:

Sing. 1. *δεδοικῶ* Theocr. XV, 50, quem conjunctivum esse pro indicativo bonus Gregorius somniatur p. 324.

Sing. 2. *πεπόνθης* Theocr. VII, 83 e tribus libris et idem X, 1 ex octo libris pro *πεπόνθεις* editam. Item V, 28 *πεπόνθεις* vulgo legitur et *πεποιθης* in paucis libris pro *πεποιθη*, quod nunc e conjectura, nisi fallor, editum est; secunda tamen persona defendi posse videtur cf. Bernhardy Synt. p. 455. Postremo *λελόγης* pro *λέλογας* e codicibus S. h. restitui jussit Bergkii Mus. Rhen. VI p. 39.

Sing. 3. *γεγάθει* Epich. 70 (libri *γεγαθει* et *γεγάθη*), *ἀλεφθερώκει* Sophr. 63, *τετμήκει* Archimed. de Conoid. p. 289 et 297, *ὀπώπη* Theocr. IV, 7, quod e quatuor libris et Gregorio p. 256 male plusquamperfectum esse opinato scriptum est pro *ὀπώπει*; IV, 40 *ὄς με λελόγη* e quinque libris, qui *με λελόγη* aut *μ' ἐλελόγη* pro vulgata *μ' ἐλελόγη* (plusquamperfectum ferri nequit); V, 33 et 93 *πεφύκη* e binis libris pro *πεφύκει*, item XI, 1 e quatuor libris.

Jam primum intelliges, nullo jure (id quod etiam Muehlmannus vidit de dial. Bucol. p. 142) Theocrito terminationes *ης* et *η* donatas esse. Damnantur et grammaticorum testimoniis, qui praesentis terminationes a Siculis assumptas dicunt i. e. *εις* et *ει* vid. §. 20, 10, et librorum auctoritate, plerorumque apud Theocritum, omnium apud Epicharmum, Sophronem, Archimedes. Deinde animadvertite, solum singularem ea mutatione tangi;

ῆκα e Syracusano illo more repetitur et, ubi Siculi nominantur, Ann. Oxx. I, 282, 25, Et. M. 322, 56, Et. G. 275, 5, Herodian. in H. Adon. f. 206. — Scholl. Theocr. V, 28 ad *πεποιθεις*: ἀπὸ τοῦ πεπόθη πεποιθὲν ἰστοῦς ὡς ἀπὸ τοῦ δέδοικα δεδοικῶ.

pluralis terminationes perfecto proprias et in exemplis supra e. Sophrone allatis tenet et apud Theocritum in *δοίκαμες* I, 16, *τεθνάκαμες* II, 5, *ἰστακάντι* XV, 82 etc. Unicum exemplum terminationum praesentis ad pluralem adhibitaram est in Lysidis Tarentini, non Siculi, epistola p. 53 Orell. *ἐκβεβλαστιάκοντι* idque valde dubium, quum ibidem *ἐγκαταδεδύκοντι* legatur, p. 54 *ἐμπεφύκοντι*. Temere Schaeferus in Lysandri epistola Plut. Lysand. c. 14 *άλώκοντι* scripsit pro *άλώκοντι* (in Apophth. p. 229 *ἐαλώκοντι* editur). Postremo ne in singulari quidem Siculi semper terminationes praesentis assiverunt. Inter contraria exempla Epicharmea, quae supra congressimus, *ἴστακε* fr. 18 et *οἶδεν* 96 ne emendando quidem in praesentis similitudinem redigi possunt; e Theocrito vide I, 46 *βέβρωθεν*, I, 86 *ἴστικας*, VII; 99 *οἶδεν* etc.

2) Conjunctivus secundum vulgarem usum praesentis terminationibus utitur, ut *εἶδῃ* Epich. 95, *πεφυνέκωντι* Heracl. I, 74.

Optativi unicum exemplum habemus *πεπαγοίην*, quod ex Eupolide in Scholl. II. ξ, 241 commemoratur. Nam quum parum probabile sit, quod Meinekius proponit Hist. Crit. p. 113, Eupolidem aoristum *πέπαγον* fingere ausum esse, potius Laconicam vocem ex Helotibus desumptam agnoscimus pro Attico *πεπηγοίην*.

Imperativus conjugationis in *ω* terminationes exhibet, ut *κέκλυκε* Epich. 1), *γεγονέτω* Archim. de Plan. Aeq. p. 11, *ἀνεστακέτω* de Conoid. p. 276, *παραπετωκέτω* p. 292. 3 plur. *ἀνεστακέτων* p. 285, quam formam ex *ἀνεστακόντων* corruptam esse indicavimus §. 36, 4. Easdem terminationes vulgaris lingua non ignorat. Exceptum est *ἴσθι* Acharn. 749.

3) Infinitivus vulgo in *ειν* exit: Rhod. 2905. B. *γεγόνειν* et [*ἀμφισ*]βατήκειν, Agrig. *γεγόνειν*, Pind. Ol. VI, 49 *γαγάκειν*, Plut. Lysand. c. 14 *άλώκειν*, quanquam in Laconico sermone potius *άλώκην* postulaveris aut *άλώκῃμεν*. Hinc apud Epicharmum fr. 97 pro *πεφυνέκας*, cui metrum adversatur, recte *πεφύνκειν* repositum est et apud

§. 41. De conjugatione perfecti et aor. I. 331

Theocritum I, 102 *δεδύκειν* e codice P et Eustathio, qui *δεδυκεῖν* (vulgo *δεδύκει*, pauci libri *δεδύκην*). Alia infinitivi terminatio conspicitur in tabulis Heracleensibus, ubi I, 74 *πεφυτευκῆμεν*, I, 107 *πεπρωγγρευκῆμεν* secundum analogiam verborum in *μι*. Similis forma apud Archimedes legitur de Plan. Aeq. p. 8 ὥστε τὰ τμάματα αὐτᾶς ἀντιπεπονημένον κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον τοῖς μεγέθεσιν; inerte enim in editione Oxoniensi ἀντιπέπονθε μὲν editum est. Vulgo in ejusdem libris vulgares formae *τετελευτηκῆναι*, *πεπιστευκῆναι* etc. editae sunt. Simillimum est *προειδόμεν* apud Archytam in Append. Stob. Gaisf. p. 46. Quod *γεγάμεν* in Et. M. 224, 53 Doricum vocatur, propter terminationem *μεν* factum est.

4) Participii masculinum et neutrum cum vulgari ratione nihil discrepant, ut *ἔνεστακός* Rhod. 2525, b, *εἰρηκότα* Rhod. 2905, *μεταλλαγός* Ther. 2448, *ἐνδεδιωκότα* et *πεφυτευκότα* Heracl., *συμμεμυκότα*, *παρεξιστακός*, *ἔσκληκότες* Epich. 23. 94. 106, neque unquam aliter apud Archimedes, ut de Helic. p. 220 *μεμενακός*, de Conoid. p. 272 *ἀνεστακός*, p. 289 *ἀνεστακότα*, Aren. p. 331 *κεκοινωνηκότεσσι*, *μεταλελαβηκότεσσι*, *πεφροντικότεσσι*. Pindarica *κεχλάδοντας* et *πεφρίκοντας* Pyth. IV, 179. 183 potius e Lesbica dialecto repeti oportet quam e Dorica vid. L. I §. 27, 2. Pessime a quibusdam *ἐκλελάθοντα* Theocr. I, 63 ad perfectum relatum est.

Femininum apud plerosque Doriensium terminationem *εῖα* habebat pro *νῖα*, cujus generis nunc leguntur *ἔρρηγεῖα* Heracl. B. 17 seqq., *ἐπιτετελεκεῖα*, *ἔστακεῖα*, *συναγαγοχεῖα* Ther. 2448. I, 27. 28, et in Myiae epistola nr. 13 Orell. ex antiqua lectione *ποτε οἰκείας* haud dubie non *ποτεοικνίας* cum Koenio ad Greg. C. p. 191 et Orellio efficiendum est, sed *ποτεοικείας*. — Apud Archimedes femininum ad conjugationem in *ω* deflectit, *μεμενακοῦσα* de Conoid. p. 257. 258. 259, *ἀνεστακοῦσα* p. 268. 270. 272, de quarum formarum accentu infra dicemus.

5) Plusquamperfectum, de cujus genuinis formis Atticis parum constat, in Doride multo etiam plus

dubitationis habet. Reperitur tertia singularis ἀπολώλη Heracl. B. 39, εἰλάφει Phoc. 73 R., ἐλελήθη Theocr. X, 38 et πεφύκη XIII, 40, quae e minore librorum parte pro ἐλελήθει et πεφύκει recepta sunt, postremo λελοίπει I, 139 et ἐώκει VII, 14, quae Bergkiius e singulis libris in λελοίπη et ἐώκη mutanda censuit. Praeterea prima pluralis ἐκκρατηρήχημες est Sophr. 71; nam ἐπεπόνθεμες Lysistr. 1098 ex Elmsleji conjectura parum probabili scriptum est²⁾. Jam si Sophronea vox recte tradita est, non solum severior Doris, de qua constat ex ἀπολώλη in Heracl., vulgare εἰ in -η mutavit, sed etiam mitior per omnes personas; εἰλάφει in titulo Phocico satis recenti e vulgari lingua assumptum existimari potest; Theocritus, apud quem librorum auctoritas terminationem εἰ tuetur, utrum Doricam an epicam dialectum in hac re secutus sit, dubium est.

6) Subjectivi terminationes a vulgari ratione nihil differunt praeterquam in tertia plurali indicativi. Ea post vocales stirpem claudentes vulgares terminationes νται et ντο tenet, ut in Ann. Oxx. I, 224, 26 affertur

2) Libri haec praebent:

ὃ πολυχαρίδα, δεινά γ' αὐ' πεπόνθαμις
αἶκ' ἴδον ἀμῖς ἄνδρες ἀναπιφασμένως (vel ἀναπιφλασμένως).

Nunc editur δεινά τῶν ἐπεπόνθεμις, αἶ κ' εἶδον ἀμῖ τῶνδρες ἀναπιφλασμένως violenta mutatione, quae ne sententiam quidem idoneam efficiat. Haud dubie Lacones Atheniensium querelae αἰσχρά γ' ἐπάθομεν respondent, id quod priore versu tam apte fit, ut nulla corruptelae suspicio in hoc esse possit. Ad alterum conferas Hesychii glossam αἶκουδα, αἰσχύνη· Λάκωνες. Cui ut fidem habere liceat, correxerim: δεινά γ' αὐ' πεπόνθαμις καίκουσαν ἀμῖς, reliqua ad sequentia Atheniensis verba traxerim: ἄνδρες, ἀναπιφασμένως ἄγε δῆ, Λάκωνες, αὐθ' ἕκαστα χεῖρ λέγειν. Nam neglecta apocope in ἀναπιφασμένως Atticum sermonem significat et ἄνδρες Λάκωνες item est v. 1074. 1122. At vox αἶκουδα per se mira est et seriem alphabeticam turbat, quum sit post αἶκτος et αἶκτη. Hoc cadit etiam in αἶκουδα, quod Hemsterhusius proposuit; aliquo tamen jure αἶκίκα, Lac. αἶκουδα ab αἶκίω derivari possit, ut σχίκα a σχίω.

§. 41. De conjugatione perfecti et aor. I. 333

κατακέκλανται leg. κατακέκλανται a Dorico κλέω pro κλήω, κλείω, in Ann. Bekk. 112, 13 πέπανται e Dinolocho, et in Heracl. II, 22. 25 est ἐπεποίητο. Consona stirpem claudente circumscriptio vulgo usurpata in Doricis fontibus nusquam reperitur, sed difficultas formae aliis modis superata est. Primum in Heracl. I, 73 est γεγράφαται; neque enim recte Bastius ad Greg. Cor. p. 484 γεγράφαται legendum esse dicit, quod † in nummis et titulis saepe pro φ sit. At in aere Heraclidean non † est, sed Ψ, quam literam in inscriptione optime servata cum φ; φ vix permutatam existimare licet. Et idoneam excusationem illius formae ἴσασι et εἴξασι praebent, in quibus aequae ante terminationem σ insertum est; terminatio αται Iadi et antiquiori Atthidi familiaris est. Apud Archimedeum de Helic. p. 245. 246. 248. 249. 250 legitur ἀναγεγράφονται τομίεις transitu ad conjugationem in ω facto; notior forma ἀναγεγράφεται p. 245 est in codice Parisino B. Contra p. 244 sine varia lectione editum est ἀναγεγραπται τομίεις, quod damnare non audemus; nam non solum κέρανται Eurip. Hippol. 1255 cum Buttmano §. 101 not. 13, sed etiam δέδοκται Bacch. 1348 pro plurali habuerim, quae formae ν ejecto natae sunt.

Conjunctivi rara forma, sed quae analogiam servet, legitur Heracl. I, 89 ὄσσα κα ἐν αὐτῇ τῷ γῶ, ἤ μεμισθῶται, οἰκοδόμηται; item πέπρωται Ther. 2448. VII, 12 conjunctivus esse videtur 3); alia mira forma est Heracl.

3) Leguntur haec VII, 10 seqq.: ὁ ἀρτυτήρ — ἐξοδιαίει τοῖς ἐπιμηνηίοις τὰ γεγραμμένα ἐν τοῖς νόμοις καὶ τὸ συλλογευτικὸν καὶ τὰ ἐς τὰς θυσίας οὐκακαμῶν πέπρωται. Ultima Boeckhius audacissime sic correxit: τὰ ἐς τὰς θυσίας ὄσου καὶ ὄτω πέπρωται. Nos una litera mutata efficimus τὰ ἐς τὰς θυσίας ὄσα κα μὴ ὦν πέπρωται. Antea enim VI, 20 haec praescribuntur: εἰ δὲ κα ἢ ἐπιμηνηία δωρεάν, πωλείτω ὁ ἐπίσσοφος, ὅστις θυσεῖ τὰς θυσίας, αὐτὰς κατὰ τὰ γεγραμμένα ὄσου δὲ κα ἀποδῶται, ὁ ἀρτυτήρ ἐξοδιαίέτω. Itaque ὁ ἀρτυτήρ pretium sacrificiorum venditorum i. e. locatorum non τοῖς ἐπιμηνηίοις numerat, sed iis qui conduxerunt, quo intellecto apparet in altero loco Boeckhianam lectionem ne sensu quidem commendari, nostram commodissimam esse. De particulae ὦν collocatione vid. §. 45, 5.

I, 58 τὰν γὰρ, ἄν καὶ αὐτοὶ μεμισθώσονται ἢ ἀρτύσονται ἢ ἀποδώσεται, quem potius aoristum primum appellare oportet a perfecto eodem modo derivatum, ut vulgo futurum tertium, nisi praeferas σ ita insertum putare ut in γεγράψασαι, aut adeo aerarii errorem suspicari.

Optativus a Pindaro usurpatus (fr. 277) μεμνῆτο pro μεμνήτο vel μεμνῶτο Doricus dicitur⁴⁾, satis probabiliter.

Reliqui subjectivi modi nihil proprii habent praeter tertiam pluralem imperativi, de qua supra diximus §. 36, 4.

7) In universum de perfecti conjugatione Dorica in hanc rationem judicandum est. Perfectum in antiquissima Graecorum lingua iisdem fere terminationibus usum esse, quibus conjugatio in μ, Homérica dialectus patefacit. Postea quum perfecti usus ita propagatus esset ejusque formatio, in objectivo saltem, ita mutata, ut antiquae conjugationis ratio aut obsolesceret aut ne posset quidem servari, factum est, ut lingua alias analogias sequuta terminationum rationem mutaret. Ut alia nunc omittamus, conjunctivus, imperativus et optativus etiam in Attica lingua ad conjugationem in ω transierunt, ille ubique, hi subinde. Ulterius progressi sunt quum omnes Dorices tum Syracusani, qui etiam singularem indicativi, infinitivum, femininum participii et tertiam pluralem objectivi secundum illam normam conformarent. Cur reliquis, plurali potissimum indicativi et participii masculino in objectivo etiam Syracusani antiquiorem formam reliquerint, quaerere vix licet. Infinitivus tamen ex antiqua conjugationis in μ cognatione in Heracleensi πεφυτευκῆμεν et Archimedeo πεπονθήμεν terminationem μεν servavit, vocali tamen inserta. Plura, quae Atticam quoque linguam tangant, nunc disputare nolumus, sed hoc unum

4) Et. M. 579, 1. μεμνῆτο — Ξενοφῶν δὲ μεμνῆτο ἄνευ τοῦ ε' Κράτης δὲ μεμνῶτο· τὸ δὲ ἀνάλογον μεμνήτο διὰ τοῦ ἦ προσκειμένου τοῦ ι'· Πίνδαρος δὲ Δωρικώτερον διὰ τῆς αἰ̄ μεμνῆατο (Sylb. recte emendavit μεμνῆατο).

§. 41. De conjugatione perfecti et aor. I. 335

addimus, eas formas, quae quum syncopen passae existimentur, potius antiquissimam rationem servarunt, a Doride, quae quidem ad nostram notitiam pervenit, alienas esse et omnino Doridem in hoc loco recentiorem quendam *χαρακτῆρα* prae se ferre.

8) Aoristi primi terminationes in objectivo nihil proprii exhibent praeter ea, quae in §. 36 illustrata sunt. Optativus ubique diphthongum *αι* servat, ut *ἐπιορκῆσαιμι* Cret. 2555, *ποιῆσαι* Core. 1846, *ἀποστέλλαι* et *προσιατήσαι* 1845, *ἐπιγράψαιμεν* Cret. 2555, *ποιήσαιεν*, *ἐγδανείσαιεν* Coreyr. 1845 etc. Aeolica forma *πέσειεν* Lysistr. 171 Attico poëtae deberi videtur.

In subjectivo secunda persona pluralis antiquiorem terminationem *αο* in *ᾶ* contrahit, ut *ἐπάξᾶ*, *ἐγράψᾶ* vid. §. 24, 4.

Paradigma apponere placet, quia de singulis formis modo ex ipsis fontibus Doricis modo e certissimis analogiis optime constat.

De conjugatione.

		O b j e c t i v u m.				
Indic.	Conjunct.	Optat.	Imperat.	Infinit.	Partic.	
Sing. 1. ἔγραψα	γράφω	γράφαιμι	—	γράφειν	γράφων	
2. ἔγραψας	γράφῃς (ης, εις)	γράφῃς	—	γράφειν	γράφων	
3. ἔγραψε(ν)	γράψῃη, γράψῃη, γράφῃς	γράφῃς	—	γράφειν	γράφων	
Plur. 1. ἔγραψαμεν	γράφομεν	γράφαιμεν	—	γράφειν	—	
2. ἔγραψατε	γράψητε	γράψατε	—	γράφειν	—	
3. ἔγραψαν	γράψωσιν	γράψασιν	—	γράφειν	—	
S u b j e c t i v u m.						
Sing. 1. ἔγραψάμεν	γράφόμεναι	γράφαιμεν	—	γράφάσθαι	γράφάμενοι	
2. ἔγράψα	γράφῃ	γράψαο	—	γράφαι	—	
3. ἔγράψατο	γράφῃται	γράψατο	—	γράφάσθαι	—	
Plur. 1. ἔγραψάμεθα	γράφόμεθα	γράφαιμεθα	—	γράφάσθαι	—	
2. ἔγράψασθε	γράψησθε	γράψασθε	—	γράφάσθαι	—	
3. ἔγράψατο	γράφώσεται	γράψατο	—	γράφάσθαι	—	
		(γράφαιατο?)		γράφάσθαι	—	

§. 42.

De conjugatione anomala.

Congeremus in hunc locum, ut consuetudo fert, quaecunque regulis supra propositis non comprehensa sunt, alia in memoriam revocabimus, nonnulla verba Doriensibus propria accuratius pertractabimus. Fontibus minus puris cautissime utemur, quia apud lyricos et bucolicos, apud Pseudo-Pythagoreos et adeo Archimedes plurima, quae huc pertinent, non possunt certo ad genuinam Doridem referri.

ἀγγέλλω, Aor. I ἀγγήλωντι Cret. 2556, 43, quae lectio certior videtur quam Aor. II ἀγγέλωντι, quem Boeckhiius unum Pricaeum sequutus edidit, quanquam et hic in minusculis η praebet, vid. §. 20, 4. Futur. ἀγγελίοντι Heracl. §. 26, 1.

ἄγω, Imperf. ἄγον, Aor. II ἄγαγον, Fut. ἀξῶ, Perf. συναγάγοχα Ther. 2448. I, 28. II, 10. III, 13 cf. Buttm. Lexil. I p. 297, qui e Sigeensium decreto ἀγήγοχα affert Theraci tituli non memor; Perf. Pass. ἄγμαι Archimed., Aor. I p. συνάχθην et Futur. I p. συναχθησῶ Ther. 2448 vid. §. 35, 3. — Aucta forma quaedam est apud Hesychium: ἀγνεῖν, ἄγειν· Κρηῆτες et ἀγνησόει (Phavor. ἀγνήσοε, fort. ἄγνησε), ἀγήοχε· Λάκωνες.

αἰρέω, Aor. I κασαίρηον Laconice pro καθαιρησον §. 7, 2, Perf. αἶρηκα §. 35, 2, Aor. I p. αἰρέθην §. 36, 8; Aor. II εἶλον (in severiore Doride ἦλον fuerit §. 25, 1. c), infinitivus cum terminatione aoristi primi ἀφέλαι? Cret. 2557 vid. §. 37, 5; Fut. διελῶ Ther. 2448. VI, 19.

ἀκούω, Perf. ἄκουκα secundum grammatici testimonium in Ann. Oxx. IV, 188, 14 et in dicto Agesilii Plutarch. Agesil. c. 21, Morall. p. 191. 211.

(ἀλίσκομαι), Perf. ἐαλώκωντι in epistola Lysandri Plutarch. Morall. p. 229 et Scholl. Dion. Chrysost. p. 597. B., contra in eadem Plut. Lysand. c. 14 ἀλώκωντι et ibidem in Spartanorum responso infin. ἀλώκειν cf. §.

41, 1. 3. Verius videtur *ἔάλωκα*, quum *Lysandri* aetate digamma plane in oblivionem abisse non credibile sit.

βαίνω, Fut. *βασοῦμαι* mit., Perf. *βέβακα*, Aor. II *ἔβαν* (conj. *βᾶμες* §. 24, 4, imperat. *κάβασι* i. e. *κατάβηθι* Laconice §. 7, 2). — A verbo *βιβᾶμι* tertia singularis *βιβαντι* est in epigrammate Laconico §. 39, 1 de Laconico saltationis genere, quod *βίβασις* appellabatur. — Postremo verbum contractum *βῶ* agnoscito in his: *ἐπιβῆ* conj. Heracl. I, 80 vid. §. 39, 2 (inde corrigas *ἐμβῆ* in Cret. 2554, 15 *καὶ τις κ' ἐμβέη* εἰς τὰν τῶν *Λατίων* χώραν ἢ ἀποτάμνηται χώρας τᾶς *Λατίων* ἢ λαμβάνηται etc.), imperat. *ἔμβη* *Lysistr.* 1305, part. *ἐκβῶντας* *Thucyd.* V, 77, hoc quidem potestate transitiva.

βάλλω, Fut. *βαλῶ*, unde *ἐπικαταβαλλόντι* Heracl. vid. §. 26, 1; Aor. II *ἔβαλον*; Perf. *βέβλημαι*. Rara aoristi forma est in optativo *βλείης* Epich. 154, qui quam a nonnullis syncope e *βληθείης* fieri dictus sit¹⁾, passivam potestatem habere videtur; si libet, aoristum secundum passivi appelles et *ἔβλην* syncope ex *ἐβάλην* factum dicas, cui opinioni Homericā *ξυμβλήτην* Od. φ, 15 et *ξυμβλήμεναι* II. φ, 378, quae intransitiva potestate utuntur, non obstant.

1) Scholl. A. II. σ, 288. *βλεῖο*, *βληθείης*. ἔστι δὲ ἀκόλουθον μετοχῆ τῆ βλόμενος. κίρηται Ἐπίχαρμος καὶ τῷ ἐπερηγητῶ· αἵκα τν βλείης σφενδόνφ· ὡς οὖν θέμενος θεῖο, οὕτω βλόμενος βλεῖο· τὸ δὲ βλείης τῆ βλείς παράκειται. — Et. M. 199, 51. βλείς· Ἐπίχαρμος τυροβλείς· φασὶν οἱ μὲν ἀπὸ τοῦ βληθείς καὶ κατὰ συγκοπήν τοῦ ἦ καὶ θ βλείς. ἢ ἀπὸ τοῦ βλημι· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔβλην οἶον πόθιν δὲ ὠλκός (fort. ἔλκος) εὐπετέος ἔβλης. κίρημα γὰρ καὶ οὐ συγκοπή. οὕτως Ἡρωδιανὸς περὶ παθῶν. — Hesych. βλείεις (leg. βλείης), βληθείης. καὶ βλεῖο ἔτι. — Ann. Oxx. I, 93, 3. ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔβλην· εὐκτακὸς βλείην, ἀφ' οὗ τὸ δεύτερον βλείης καὶ μετὰ τῆς θα βλείησθα· ἢ μετοχῆ βλείς καὶ (leg. ὡς) θείς. — His comparatis satis apparet, errare Schneidewinum post Eustath. Prooem. p. 69 βλείς apud Epicharmum, quanquam metro repugnante, in βλείς mutari jubentem atque adeo in Etym. M. βλείς et βληθείς e βλείης et βληθείης corrupta videri, monstrosam vocem τυροβλείς e τὴ βλείης. Cuius poetæ sit frustulum ibidem additum, nescitur.

(γαθέω) γεγάθεις Epich. 70 vid. §. 41, 1.

γίνομαι (vid. §. 15, 7), Aor. II. ἐγενόμαν (de γενάμενος vid. §. 37, 5), Perf. γεγένημαι, Aor. I ἐγενήθην, qui ex Epicharmo ut Doricus afferri videtur 2); Perf. II γέγονα, ut Rhod. 2905, Agrig., Cret. 2556. Perfecti primi infinitivus γεγάκειν apud Pindarum Ol. VI, 49 et conjunctivus γεγάκω apud Hesychium a radice ΓΑ non male Dorici haberi videntur.

γινώσκω (vid. §. 15, 7), Aor. II ἔγνω (3 pl. ἔγνων §. 39, 3, conj. γνώντι §. 39, 2, imperat. γνώθι Epich. 129); futurum ἀναγνώσονται Cret. 2554, 39. 45 barbarum est et in corruptissimo titulo corruptum, e conjunctivo aoristi ἀναγνώντι, si quid video.

γράφω, Aor. II p. ἐγράφη. De tertia plurali perfecti subjectivi γεγράφαι, γεγράφονται, γέγραπται vid. §. 41, 6.

(δαίω), dividere, Aor. I κατεδασσάμεθα et ποτεδασσάμεθα in Heracl.

(δαίω), urere, Aor. II p. ἐδάβην Laconice §. 5, 5.

δεῖ, Conj. δῆ Corcyr. 1845, 138 vid. §. 38, 1. — Subj. Conj. δῆσθε Sophr. 1, δέονται Anaph. 1688, δεομένα Sophr. 92, Fut. δέση Sophr. 102, δεούμεθα ἀντι τοῦ δεθησόμεθα Ἐπιχάρμος Δευκαλίωνι Ann. Bekk. 90, 3.

δείκνυμι vel δεικνύω §. 35, 1, Aor. I ἔδειξα, Aor. I p. ἐδείχθην.

δήλομαι verbum Doridi proprium pro βούλομαι vid. §. 19, 9. e.

δίνω: ἀποδίνωτι Heracl. I, 54, quod brevioris formae (pro δινέω) exemplum fugit Lobeckium ad Buttm. II p. 154. Neque enim tabularum Heracleensium dialectus permittit, ut ἀποδινῶντι scribatur et a δινέω deducatur. Adde Lesbicum δίνω L. I §. 8, 5 et infra Addend. id L. I p. 256.

2) Phrynich. p. 103. (γενηθῆναι) παρὰ Ἐπιχάρμῳ καὶ ἔστι Δώριον· ἰλλ' ὁ Ἀττικῶν γενέσθαι λέγεται. Lemma, quod in libris excidit, probabili ratione suppletum est vid. Lobeck.

δοκέω, Aor. I ἔδοξα, Perf. Subj. δέδογμαi.

ἔθω, Perf. Dorice ἔθωκα vel ἤθωκα fuisse videtur et hoc quidem, nisi fallor, in severiore Doride ἤχον pro εἶχον proferente vid. §. 25, 1. Primum enim Hesychianam glossam εἰώκατι, εἰώθασι (§. 40, 1) Doricam habere oportet; deinde apud Joann. Gr. 243, b et Greg. Cor. 356 τὸ εἰῶθα ἤθῶ (sc. Doricum) a Koenio vocula καί, unde sequens paragraphus in antiquis editionibus orditur, adscita bene in τὸ εἰῶθα ἔθωκα mutatum est, melius etiam a Buttmanno Lexil. I p. 296 in ἤθωκα; postremo comparanda est Hesychii glossa εὐέθωκεν, ἄωθεν, quae propter digamma in υ mutatum Lesbiaca videtur ut εὐάλωκα L. I §. 5, 5 et fortasse in εὐῶθα vid. L. I §. 16 not. 2 et infra Addend. ad L. I p. 36. Itaque a *Ἐέθω* perfectum *ἘεἘέθωκα* factum est, unde prodit Lesbiacum εὐέθωκα, in severiore Doride digamma omisso et contractione facta ἤθωκα, postremo altero ε abjecto ἔθωκα. Ceterum ad formam perfecti conferas Doricum ἔωκα ab ἦμι (*E*), vulgare πέπτωκα a πίπτω (*ΠΕΤ*, *ΠΤ*).

EIK, Perf. ἔοικα Epich., εἶκας pro ἔοικας³⁾ Alc. 21, ubi Schneidewinus minus recte οἶκας praetulit, quod est Ionicum. Breviore illa perfecti forma etiam Attici utuntur.

(εἶμι), ἔξειτι, ἐξελεύσεται Hesych. Doricum haberi oportet; Conj. εἶω Sophr. 2 e diserto grammaticorum testimonio⁴⁾, indicativum tamen εἶω minus recte fingentium,

3) Choerob. in Theod. 871, 28 (Ann. Bekk. 1294, Ann. Oxx. IV, 187, 4). εἶκα (Bekk. ἦκα), ὃ σημαίνει τὸ ὁμοῦ ὡς παρὰ Ἀλκμᾶν· εἶκας μὲν ὠραίῳ λίνῳ. Item in Ann. Oxx. I, 287, 9, ubi οἶκα scriptum est. — Choerob. in Theod. 587, 30 (Ann. Bekk. 1404, Ann. Oxx. IV, 415, 30) eadem brevius (Bekk. οἶκας). Vides εἶκας majore auctoritate niti quam οἶκας, in quod eo facilius corrumpi poterat, quia componuntur a grammaticis bisyllaba perfecta οἶδα et εἶκα.

4) Choerob. in Theod. 584, 31 (Et. 121, 30). εἶω (σημαίνει δὲ τὸ πορεῖσθαι) ὡς παρὰ Σόφρων· ἐγμίρνα ὡς εἶω· τοντίσι κέρασσιν ὡς πορευθῶ. In Choerobosci codicibus est ἐγμίρα et ἐγμήρα i. e. ἐγ-

quum potius conjunctivus eandem vocalis mutationem passus sit quam indicativus, vid. diss. de conj. in *μ* p. 17. Est tamen ἴη Thucyd. V, 77 et ἴωμες Sophr. 40; quo jure ἴωμεν brevi penultima ad schema Corinthium referatur⁴⁾, nescimus. — Optativum περιϋϊέν Amph. 1688, 18 Boeckhiius e variis lectionibus composuit ut ἰέη II. τ, 239; Imperat. ἴθι Lysistr. 1271 et 3 pl. ἐπιόντων Cret. 2554, 56; Partic. ἰών Epich. 93.

εἶπον aoristi primi terminationibus utitur in infio. εἶπαι et partic. εἶπας Ther. 2448. VIII, 5. 11.

ἔργω, unde futura οὐδέ ἐφερξόντι τὸ ὕδωρ οὐδέ ἀφερξόντι et paullo post οὐδέ συνέρξόντι sc. τὰς ὁδῶς Heracl. I, 83. 85.

ἐλάω pro ἐλαύνω apparet in ἐπελάσθω Heracl. I, 79 et in παρελᾶντα (ut rescribi oportet) Theocr. V, 89. VIII, 73; ἀπῆλαον Lysistr. 1001 corruptum est ex ἀπῆλαον i. e. ἀπῆλασαν vid. §. 38, 2.

ἔρχομαι, Aor. II ἦλθον et ἦνθον vid. §. 15, 4.

ἔσθιω Timocr. 1, ἔσθω Epich. 9. 23, Aor. ἔφαγον. εὐρίσκω, Fut. εὐρησῶ Epich. 92.

ἔχω, Imperf. ἦχον in severiore Doride vid. §. 20, 1, Futur. ἐξῶ; Perf. Subj. παρείσχηται Rhod. 2525, b (idem in titulo Delio 2271) et παρεισχησθαι Agrig., quae nova forma num forte casu quodam in solis Rhodiorum et Agrigentinarum, qui ad illos originem referunt, reperiuntur, non apparet; Aor. I ἔσχησε Marm. Farnes., de qua aoristi forma raro apud scriptores obvia dubitaverat Lobeckius ad Butt. II p. 188. Mira forma est παρίσχειεν Cret. 2556, 32, quam errore pro παρίσχοιεν exa-

κίρα. — Et. M 424, 23. εἶω τὸ πορεύομαι διὰ διφθόγγου, ὡς φησι Σώφρων ἐν Θυμοθήρᾳ· ἐγκίρα ὡς εἶω. Similiter Ann. Oxx. I, 211, 22. — Ann. Oxx. I, 128, 17, Et. M. 301, 28, Et. G. 174, 40. εἶω (Et. G. εἶωμι) γράφεται καὶ διὰ διφθόγγου καὶ διὰ τοῦ ἰῶτα· τοῦτου ὁ ἀόριστος ἴν διὰ τοῦ ἰῶτα ἔτι δὲ καὶ ἀπὸ βαρυτόνων τὸ ἵπστατικὸν εἶαν ἴω· τὸ πληθυντικὸν εἶαν ἴωμι καὶ ποιητικῶς ἴωμι. τὸ ὀκρὸν διοσι; καὶ λέγομεν ὅτι σχῆμα ἐστὶ Κορίνθιον.

... *ἵσχυος* cogitet,
... *ἵσχυος*.

... *ἵσχυος* monosyllabarum stirpium ratio-
... *ἵσχυος* 2. Reperiuntur hae formae:
... *ἵσχυος* Phoc. 73. 81 B., Partic.
... *ἵσχυος* b, ἀναζῶσα Cret. 2566. Fu-
... 149 (si hoc fragmentum genuinum
... 19, 3.

... Mem. in Ann. Oxx. I, 190, 20.
... verbum Doridi fere proprium, quod ex an-
... (*δαίμας* Pind. P. VIII, 47), Att. *δαίμας*
... est, ut conjugationem in *μι* sequatur, ut
... antiqua radice *θαF* (unde *θαῦμα*, *τέθημα*, τα-
... *θημα* abjecto natum est. Reperiuntur hae formae:
Coniunct. *θάμεθα* Sophr. 42 vid. §. 39, 2.

Imperat. *θάεο* in epigrammatis Nossidis Anth. Pal.
VI, 354, Anytae ibid. IX, 749, Leonidae Anth. Plan.
IV, 300 cf. Hesych. *θάεο*, *θεώρει*; *θάσθε* Acharn. 736.

Partic. Laconice *σαμένα*, *θεωμένη*, *θεωρούσα* Hesych.
o nostra correctione pro *σαωμένη*, *θεωρούσα*.

Praeter. *ἔσαμεν*, *ἔθεωροῦμεν*. *Λάκωνες* Hesych.
Corrigimus *ἔθάμεθα*, quod in terminationem interpreta-
mouti, ut saepe fit apud Hesychium, corruptum est. Nam
objectivi nullum vestigium praeterquam in suspectissima
Hesychii glossa *θάοντα*, *διδάσκοντα*, *θεωροῦντα*, quam
incipit *θαοῦντα ὁμοίως*.

Aorist. I. Imperat. *θαῶσαι* Epich. 78. Sophr. 44.
Theocr. I, 149. III, 12. IV, 50. X, 41.
XV, 65. Ep. 16.

Infinit. *θάσασθαι* Theocr. II, 72.

Partic. *θασάμενοι* Heracl. I, 70.

Futur. *θασεῖ* 2 sing. et *θασεῖσθε* Callim. in Cer. 3.
55, Partic. *θασόμεναι* Theocr. XV, 23 (magis Doricum
esset *θασούμεναι*).

Imnerativus *θάεο*, qui contra reliquorum analogiam
in *ω* sequitur, fortasse non e genuina Do-
sed a recentioribus poëtis fictus est. Si

reliqua quoque ad contractam conjugationem referre velis, certe *θῶσθε* Doricam contractionis legem laedit. — Ceterum ad Doricum *θᾶσθαι* pertinent *θᾶα*, quod Theognostus in Ann. Oxx. II, 102, 21 Doricum esse tradit pro *θεία*, et glossae Hesychianae *θατηῆρας*, *θειαίης* et *ἐς θατύν*, *εἰς θεωρίαν*.

θᾶξι, *ἐθαγαμαι*, *ἐθάχθην* Dorice pro *θῶξι* i. e. *μεθύσαι* etc. vid. §. 22, 1. Haec stirps male cum sequenti confundi solet; quae est prorsus aliena. Rectius cum *θήγω* (Dor. *θάγω*) componi posse videtur, cf. *πήσσω* et *πῶσσω*; nam facillime fieri poterat, ut eadem stirps ad iram, qua potestate saepius *τεθηγμένος* ntitur, et ad ebrietatem traheretur. Adeo in Hesychii glossis *τεθωγμένοι*, *τεθυμιαμένοι* et *τέθωπται*, *τεθυμιαται* interpretamenta *τεθυωμένοι* et *τεθύμωται* reponenda esse videntur. Et egregie res confirmatur Hesychii glossa, quam illis jam perscriptis detegimus: *κατθᾶξι* (leg. *καθᾶξι*), *παρᾶκονῆσαι*, *μεθύσαι* i. e. pro *καταθῆξι* et *καταθῶξι*. Pesissime Musurus *καθίξι* scripserat.

θῶσθαι, epulari, vox Dorica esse traditur ⁵⁾.

Ejus haec inclinamenta reperiuntur:

Praes. *θῶται*, *εὐθηνεῖται* (cod. *εὐθύνεται*), *θωινᾶται*, *τρέχει* (quod potius ad *σῶται* spectat vid. infr.) Hesych.

θῶνται, *θωινῶνται*, *εὐωχοῦνται*, *εὐθηνοῦνται*
Hesych.

θῶσθαι ⁵⁾, *δαίνυσθαι* (cod. *δύνασθαι*), *θωινᾶσθαι*, *εὐωχεῖσθαι*. *Αἴσχυλος Δικτυούλοις*.

θωμένους, *θωινωμένους*, *εὐωχομένους*.

Futur. *θωσοῦμεθα* Epich. 167.

5) Et. M. 461, 1. *θῶσθαι* λέγουσιν οἱ Λωρεῖς τὸ εὐωχεῖσθαι ἀπὸ τοῦ θῶ τὸ εὐωχοῦμαι. — Ibid. 460, 31 ad θῶραξ: *θῶ* τὸ εὐωχοῦμαι ἦτοι ἐν εὐωχίᾳ εἰμί — ἀφ' οὗ Λωρεῖς θωρεῖσθαι λέγουσιν τὸ εὐωχεῖσθαι; Larcherus ex Et. Or. 73, 4, ubi eadem fere docentur, recte *θῶσθαι* reponi jubet. — J. Gr. 243, b, Greg. C. 356 τὸ εὐωχεῖσθαι εὐῶ, ubi recte corrigunt *θῶσθαι*.

ratam putaverim; nam si quis de verbo ἰσχαμι cogitet, ἰσχημι potius postulamus et inde ἰσχεῖεν.

ζάω in contractione monosyllabarum stirpium rationem sequitur vid. §. 38, 2. Reperiuntur hae formae: Indic. ζῆ Epich. 95, Conj. ζῶντι Phoc. 73. 81 R., Partic. ζῶν Epich. 96, Rhod. 2525, b, ἀναζῶσα Cret. 2566. Futurum ζησῶν Epich. 149 (si hoc fragmentum genuinum est) η servat vid. §. 19, 3.

ἦτι, dicit, Alcm. in Ann. Oxx. I, 190, 20.

θᾶσθαι verbum Doridi fere proprium, quod ex antiquo θηέομαι (θαέομαι Pind. P. VIII, 47), Att. θεάομαι ita mutatum est, ut conjugationem in μι sequatur, aut potius ex antiqua radice θαF (unde θαῦμα, τέθηπα, ταφών) digamma abjecto natum est. Reperiuntur hae formae:

Conjunct. θάμεθα Sophr. 42 vid. §. 39, 2.

Imperat. θάεο in epigrammatis Nossidis Anth. Pal. VI, 354, Anytae ibid. IX, 749, Leonidae Anth. Plan. IV, 306 cf. Hesych. θάεο, θεώρει; θᾶσθε Acharn. 736.

Partic. Laconice σαμένα, θεωμένη, θεωρούσα Hesych. e nostra correctione pro σαωμένη, θεωρούσα.

Praeter. ἔσαμεν, ἐθεωρούμεν. Λάκωνες Hesych. Corrigimus ἐθάμεθα, quod in terminationem interpretationi, ut saepe fit apud Hesychium, corruptum est. Nam objectivi nullum vestigium praeterquam in suspectissima Hesychii glossa θάοντα, διδάσκοντα, θεωροῦντα, quam excipit θαοῦντα ὁμοίως.

Aorist. I. Imperat. θᾶσαι Epich. 78. Sophr. 44.

Theocr. I, 149. III, 12. IV, 50. X, 41.

XV, 65. Ep. 16.

Infinit. θάσασθαι Theocr. II, 72.

Partic. θασάμενοι Heracl. I, 70.

Futur. θασεῖ 2 sing. et θασεῖσθε Callim. in Cer. 3. 55, Partic. θασόμεναι Theocr. XV, 23 (magis Doricum esset θασούμεναι).

Imperativus θάεο, qui contra reliquorum analogiam conjugationem in ω sequitur, fortasse non e genuina Doride petitus, sed a recentioribus poetis fictus est. Si

reliqua quoque ad contractam conjugationem referre velis, certe *θᾶσθε* Doricam contractionis legem laedit. — Ceterum ad Doricum *θᾶσθαι* pertinent *θάα*, quod Theognostus in Ann. Oxx. II, 102, 21 Doricum esse tradit pro *θεία*, et glossae Hesychianae *θατῆρας*, *θειαίης* et *ἐς θατύν*, *εἰς θεωρίαν*.

θαῖξαι, *τέθαγμαί*, *ἐθάχθην* Dorice pro *θῶξαι* i. e. *μεθύσαι* etc. vid. §. 22, 1. Haec stirps male cum sequenti confundi solet; quae est prorsus aliena. Rectius cum *θήγω* (Dor. *θάγω*) componi posse videtur, cf. *πήσσω* et *πίσσω*; nam facillime fieri poterat, ut eadem stirps ad iram, qua potestate saepius *τεθηγμένος* utitur, et ad ebrietatem traheretur. Adeo in Hesychii glossis *τεθωγμένοι*, *τεθυμιαμένοι* et *τέθωπται*, *τεθυμιαται* interpretamenta *τεθυμωμένοι* et *τεθύμωται* reponenda esse videntur. Et egregie res confirmatur Hesychii glossa, quam illis jam perscriptis detegimus: *κατθάξαι* (leg. *κατθαῖξαι*), *παρακονῆσαι*, *μεθύσαι* i. e. pro *καταθῆξαι* et *καταθῶξαι*. Pes-sime Musurus *καθίξαι* scripserat.

θῶσθαι, epulari, vox Dorica esse traditur 5).
Ejus haec inclinamenta reperiuntur:

Praes. *θῶται*, *εὐθηνεῖται* (cod. *εὐθύνεται*), *θουᾶται*,
τρέχει (quod potius ad *σῶται* spectat vid. infr.) Hesych.

θῶνται, *θουᾶνται*, *εὐωχοῦνται*, *εὐθηνοῦνται*
Hesych.

θῶσθαι 5), *δαίνυσθαι* (cod. *δύνασθαι*), *θου-
νάσθαι*, *εὐωχεῖσθαι*· *Λῆσχυλος Δικτυούλκοις*.

θωμένους, *θουωμένους*, *εὐωχουμένους*.

Futur. *θωσούμεθα* Epich. 167.

5) Et. M. 461, 1. *θῶσθαι* λέγουσαν οἱ Λωρεῖς τὸ εὐωχεῖσθαι ἀπὸ τοῦ *θῶ* τὸ εὐωχοῦμαι. — Ibid. 460, 31 ad *θῶραξ*: *θῶ* τὸ εὐωχοῦμαι ἦτοι ἐν εὐωχίᾳ τίμι — ἀφ' οὗ Λωρεῖς θεωρεῖσθαι λέγουσι τὸ εὐωχεῖσθαι; Larcherus ex Et. Or. 73, 4, ubi eadem fere docentur, recte *θῶσθαι* reponi jubet. — J. Gr. 243, b, Greg. C. 356 τὸ εὐωχεῖσθαι εὐῶ, ubi recte corrigunt *θῶσθαι*.

Aor. I *θώσασθαι, εὐωχηθῆναι, μεθυσθῆναι* Hesych.
(hoc interpretamentum errori debetur vid. antec.)

Perf. *τέθωται, τεθόνηται* Phot.

Aor. I p. *θωθῆναι, φαγεῖν, γεύσασθαι* Hesych.

Derivatam est *θωστήρια, εὐωχητήρια* Hesych.

(*θιγγάνω*), Aor. II *ἔθιγον* et Laconice *ἔσιγον* vid.

§. 7, 1. 2.

θνάσκω, Aor. II *ἔθανον*, Perf. *τέθνακα*.

ἴημι, Perf. *ἀφέωκα* Doricum dicitur a Suida s. v. *ἀφεῖκα* et *ἀνέώσθαι* legitur in Heracl. I, 105. Suidas eadem perfecti forma Iones uti tradit et Herodotum, cui II, 165 ex optimo codice F. *ἀνέωνται* pro *ἀνέονται* restituendum est; item *ἀφείωνται* in Ev. Matth. 9, 5. Commemorantur *ἀφέωκα*, *ἀφείωνται* in Et. M. 176, 45 ex Herodiano, adeo Attica esse traduntur ibid. l. 51 et Et. G. 96, 11. Analogae sunt *ἔθωκα* vid. supr. et *πέπτωκα*. — In titulo Phocico nr. 73 Rossius *ἀφεμένα* restitui jussit, quum in lapide legisset *ἀ δουλαγωγία ἄκυρος καὶ ἀρμεμένα ἔστω*, Phocicum *τεθεμένοσ* comparans, de quo vid. infra. Nos valde dubitamus nec credimus augmentum omissum satis excusari posse.

ἴκω pro *ἦκω* Doricum est vid. §. 22, 2, vel potius *εἴκω*, id quod nunc rectius perspicimus. Neque enim solum apud Epicharmum fr. 19 Athenaei libri *εἴκω* praebent et fr. 24 *εἴκαι* i. e. *εἴκε* (nec minus Sapph. 2, 8 libri *εἴκει*), sed etiam in titulo sepulcrali Aeginetico bonae aetatis nr. 2140, b⁶) *συνεῖκη* legitur i. e. prosit, quocum commodissime comparabis Hesychii glossam *συνεῖκη, συμφέρεϊ*. Ea enim est codicis lectio, quam Musurus male in *συνήκει* mutavit literarum insuper ordine laeso; aut *συν-*

6) Nos titulum in hunc modum legimus: *μη ἀνοιγε· οὐ γὰρ μη συνεῖκη τοι ἄλλον τῶα καθεῖνε ἐς ταῖταν τῶν σορόν. αἰ(δ) δὲ μή, (ε)ὐ αὐτὸν αἰκίασῃ*. Boeckhii *συν(εν)εῖκη* dedit, quod ne Doricum quidem esse videtur pro *συνεπλήγη* vid. infr. s. v. *φέρω*; deinde sine causa τῶ ἄλλον; tum (σ)ὐ contra dialectum; postremo αἰκίασῃ. Nos et Doricum accentum restituimus neque iota subscriptum addere ausi sumus, de qua re vid. §. 37, 6.

εικει aut *συμφέρει* scribendum esse apparet. Jam vero hoc verbum *συνείκει* novo usu pro *συμφέρει* positum ad *ἦκω* vel *ἴκω* pertinere Latini convenit comparatio evincit, neque *καθήκει* et *προσῆκει* valde dissimilem potestatem habet. Itaque in genuina Doride e radice *IK* praesens *εἴκω* factum est, ut *λείπω* et *πείθω* e *ΛΙΠ* et *ΠΙΘ*. — Futurum *ἰξεῖτε* est Acharn. 708; Perf. *ἴκαντι*, *ἴκουσι* apud Hesychium non spernendum est; nescio enim an grammaticus in Ann. Oxx. I, 212, 27 praesens *ἦκω* recte e perfecto natum judicaverit. — Subjectivi Aor. II est *ἰκόμαν*.

ἴσαμυ. Hujus verbi Doridi peculiaris ⁷⁾, quod e perfecti *οἶδα* tertia plurali *ἴασσι*, Dor. *ἴσαντι* et plusquamperfecti *ἴσαν* pullulasse videtur, haec inclinamenta repertiuntur:

Indic. sing. 1. *ἴσαμι* ⁷⁾ Epich. 98. ex emendatione nostra, Pind. P. IV, 148, Theocr. V, 119.

2. *ἴσαις* vel *ἴσας* Theocr. XIV, 34, vid. §. 39, 1.

3. *ἴσᾶτι* Brutt., Theocr. XV, 146.

plur. 1. *ἴσᾶμεν* Pind. N. VII, 14 (magis Doricum esset *ἴσαμες*).

2. *ἴσατε* in Periandri epistola Diog. Laert. I, 99.

3. *ἴσαντι* Epich. 26, Theocr. XV, 64, quod aequo jure ad *οἶδα* trahi potest.

Conjunct. plur. 3. *ἴσᾶντι* Cret. 3053.

Infinit. *ἴσᾶμεν*, quam formam colligimus ex Hesychii glossa *γισάμεναι*, *εἰδέναι*, quam interpretamentū terminatione ascita e *Ἔισάμεν* corruptam putamus, cf. §. 39, 5.

Partic. *ἴσας* ⁷⁾ et cum terminatione Lesbiaca *ἴσαις*

7) Hesych. *ἴσαμι*, *ἐπίσταμαι*. Συρακόσιοι. Doricum dicitur a Choerob. in Theod. 894, 27 (Ann Oxx. IV, 390, Et. M. 476, 29) ubi additur Theocr. V, 119, deinde Drac. 49, 17, Et. M. 43, 11. — Apoll. de adv. 587, 8. Ἰδεὶ οὖν καὶ παρὰ τὸ ἴσαμι τὸ ἴσας εἶναι· ἀλλ' ἐπεὶ ἅπασι αἱ εἰς σας λήγουσαι μετοχαὶ βαρύνονται, τῶ ἰ παραληγόμεναι, γέμισας, λεπίσας, λακτίσας, συνεξίδραμε καὶ ἡ ἴσας τοῖς τοιοῖτοισι.

in Nossidis epigrammate Anth. Pal. VII, 718 cf. Meinek. Del. p. 97, ἴσαντι Pind. P. III, 29.

ἴσταμι, Futur. στασῶ, Aor. II ἴστω, Perf. ἐστᾶκα. In Ther. 2448. I, 27 ἐστακεία, quod transitiva potestate utitur; ad recentius perfectum ἐστᾶκα referendum est, de quo vide Buttm. II p. 208. De σταυρέσθων Cret. 2556 vid. §. 35, 1.

καλέω, Aor. I ἐκάλεσα.

κεῖμαι raro apud Archimedes ad conjugationem in ω Ionico more deflectit; ut κέεσθαι de Plan. Aeq. p. 1. 10, saepe apud Pseudo-Pythagoreos, vix recte. Hesychianum κάκκη, κάθειθε. Λάκωνες e. κάκκεe contractum est.

κέλομαι. Doricum dicitur κέλεται pro κελύεις a J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 361; κέντο pro κέλετο, κέλτο ab Alcmane usurpatum est vid. §. 15, 4; Aor. I ἐκλήσατο Epich. 48.

κίγκραμι Doridi proprium fuisse videtur pro κίγνημι, κεράννυμι. Apud Sophronem fr. 2 imperativus ἐγκίρα legitur, qui ad κίγκρῶ refertur⁸⁾ et simplex verbum est in Hesychiana glossa κίγκρᾶ, κίγρᾶ. Malumus tamen hanc in κίγκρα, κίγνα mutare et verbum in μι agnoscere, quia ab ἐγκίγκρῶ imperativus ἐγκίγκρη descenderet. Propter γ in simplici verbo adjectum, in composito expulsum conferas πίμπλημι et ἐμπίπλημι, πίμπρημι et ἐμπίπρημι.

κλάζω, claudio. Dorienses pro Ionico κληῖτω, Attico κλήω primum κλαῖω, κλάω dixisse videntur, quo referendum est κατακέκλαυται, quod ex Epicharmo affertur in Ann. Ox. I, 224, 26 (ubi κατὰ κέκλαυται scriptum est), deinde κλασῶ, quod in Scholl. Theocr. VI, 32

8) Ann. Ox. I, 167, 16. κερῶ — καὶ συγχοπῆ κερῶ, διπλασιασμῶ κικρῶ, πλειασμῶ τοῦ γ κίγκρῶ, ἀφ' οὗ παρὰ τῷ Σόφρονι· ἐγκίρα ὡς εἶω. Minus accurate Eustath. 234, 49. ἐκ δὲ τοῦ κερῶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν τὸ κικρῶ, οὗ χρῆσις τὰ ἐγκίρα ὡς εἶω, ἦγουν κίγνα ὡς ὀδεύω. — Hesych. ἐγκίρα, ἐγκίγνα (cod. ἐγκίγνα, ἐκίγνα).

Doricum esse traditur ⁸⁾, et fortasse *κλαῖσαι* i. e. *κλῆσαι* apud Hesychium, ubi nunc *κλῆσαι* e Musuri correctione vid. §. 11, 2. Recentiores ζ addiderunt, sicut etiam in vulgari lingua recentiore *κλήζειν* reperitur vid. Lobeck. ad Buttm. II p. 221. Eo pertinent Hesychii glossa *κατεκλάζετο*, Theocritea *κλαξῶ* VI, 32 (quod ex optimis libris pro *κλασῶ* vel *κλασῶ* rescriptum est) *ἀπόκλαξον* et *ἀποκλάξας* XV, 43. 77. Scholiasta Theocriteus (vid. §. 19 not. 10), qui et *κλασῶ* et *κλαξῶ* Dorica esse tradit, in hoc aequae iota subscribi jubet. Librorum tamen auctoritas ubique repugnat nec minus, id quod nunc intelligimus, credibile est, in *κλάζω* ab ipsis Doriensibus iota omissum esse quam in *χρήζω* vid. §. 22, 7, vel *υ* in *πάζω* pro *παύω* vid. §. 35, 1. Ceterum conferantur, quae disputavimus §. 11, 2 et §. 19, 6.

κλέω, Lysistr. 1299 *κλεῶα*, rectius *κλέωα* i. e. *κλέουσα*. (*κλύω*), Perf. imperat. *κέκλυκε* apud Epicharmum vid. §. 41 not. 1.

κοῶ Epich. 19 vid. §. 10, 8.

κρεμάμαι. Apud Archimedes de Quadr. Parab. p. 20 seqq. saepe repetita leguntur *κρεμάμενος* et *κρεμάσθω*; pro hoc haud raro perfectum *κεκρεμάσθω* modo sine librorum dissensu receptum est modo in varia lectione enotatum. At quum *κρεμάμενος* in perfectum mutari nequeat, *κρεμάσθω* verius videtur quam *κεκρεμάσθω*.

κρίνω, Aor. I p. *ἐκρίθην* Epich.

λαγχάνω, Aor. II. *ἐλαχον*.

λαμβάνω, Futur. *λαψοῦμαι* Epich. 19, Aor. *ἐλαβον*, Perf. *εἶλαφα* Phoc. 73 et Archim., *μεταελέβηκα* Archim. Aren. p. 331, Perf. Subj. *εἶλαμμαι* et *λέλαμμαι* Archim., Aor. I p. *ἐλάφθην*.

λέγω, Aor. II. p. *διελέγην* Crett. vid. §. 39, 6.

λω, volo, antiquum verbum a Doriensibus potissimum servatum, cujus hae formae reperiuntur:

Praes. Indicat.

sing. 1. *λω* Lysistr. 981, cf. Hesych. *λω*, *θέλω*.

sing. 2. λῆς 9) Epich. 44. 94. 95. 96, Lysistr. 95. 1188, Acharn. 715. 738 etc., Theocr. all. Adeo Euripides usus dicitur 9).

3. λῆ 9) Epich. 94, Lysistr. 1163, Theogn. 299 10).

plur. 1. λῶμες Lysistr. 1162 (libri λῶμεσθ').

2. λῆτε Lysistr. 1105 11).

3. λῶντι Epich. 19, Theocr. IV, 14.

Conjunct. λῆς Theocr. V, 21. XXIII, 45 et λῆ Epich. 19.

Optat. λῶη Epich. 137 (libri λολῆ) et fortasse λῶτε Epich. 58 in fragmento corruptissimo.

Infin. λῆν Thucyd. V, 77 vid. Append.

Partic. λῶντι Coreyr. 1845, Epich. 19 v. 1. Ibidem in versu secundo, ubi libri τῷ γαμηλιῶντι Dindorfius Hesychianam glossam λέωμι, θέλωμι comparans, quam λέωμι scribi jubet, τῷ γα μη λέωντι corrigit. Nos non credimus de verbo λείω. Nam optativum λέωμι Ionicum esse apparet, unde hoc intelligitur aut eadem antiquam vocem λῆν non plane ignorasse aut recentiore quendam poetam Doricum verbum Ionica terminatione instruxisse.* Apud Epicharmum quum Ionici quidquam tolerari nequeat, emendationem τῷ γα μηδέ λῶντι praetulimus. — Descendit ab hac stirpe Laconicum λῆϊς, βούλησις apud Hesychium i. e. λῆσις vid. §. 9, 4.

μανθάνω, Aor. II ἔμαθον Epich.

9) Anacreont. X, 7. ὁ δ' εἶπε Δωριάζων· λάβ' αὐτὸν ὀππόσον λῆς. — Scholl. Theocr. I, 12 Δωρικὸν τὸ λῆς. — Et. M. 554, 21 (brevius in Et. Or. 93, 28). Αἰτωί. ὁ δὲ Ἀριστάρχος παρὰ τὸ λῶ τὸ θέλω, ὅθεν καὶ τὸ λῆς ἄντι τοῦ θέλει μετὰ τοῦ Ἴ Εὐριπίδης· καὶ τὸ λῆ τὸ θέλει Δωρικῶς. — Hesych. λῆ, θέλει

10) E palmaria H. Sauppilii conjectura in Epist. Crit. ad G. Hermannum p. 99 οὐδεις λῆ pro vulgari οὐδ' ἐθέλει et οὐδεις δῆ, quod est in optimo codice Mutinensi.

11) Nunc quidem legitur καὶ λῆτε, ut conjunctivus sit; sed pro καὶ, quod contra Doricam dialectum peccat, eo confidentius καὶ i. e. καὶ αἰ reponimus, quod αἰ λῆς (non αἰκα λῆς) concedentium vel precantium formula est Epich. 94, Acharn. 715. 738. 780, Theocr. V, 64.

(μείρομα), Perf. ἐμύρανοι, τετεύχασι. Hesych. Doridi vindicandum esse videtur. Pro εἰμαρμένη secundum Et. M. 334, 10 apud Sophronem et Lacones erat ἰμβραμένα, quocum confer glossas Hesychianas ἐμβραμένη, εἰμαρμένη — ἔμβραται, εἰμαρται — ἐβραμμένον, εἰμαρμένον.

(μεινάσκω), Perf. Subj. optat. μεμναῖτο vid. §. 41, 6, imperat. μέμνασο Epich. 119.

ΜΟΛ, Aor. II ἔμολον Epich. 94, Lysistr. 984.

μῶσθαι, quod verbum Doricum esse traditur pro ζητεῖν¹²⁾, in his formis extat:

Indicat. sing. 3. μῶται Epich.¹²⁾ et Hesych. μῶται, ζητεῖ, τεχνάζεται.

plur. 1. μώμεθα, ζητοῦμεν Hesych.

3. μῶνται apud Euphorionem¹²⁾.

Optat. μῶτο (editur μῶτο) apud Diotogenem Pythagoreum in Stob. Floril. V, 69.

Imperat. μῶσο Epich. 121, quod e librorum vestigiis rescripsimus pro μῶσο, quae forma contra reliquorum analogiam conjugationem in ω sequeretur. Confirmat eam lectionem Hesychii glossa μωσοῖ, ζητεῖ, quam aegre faciliore emendatione sanaveris, quam μῶσο, ζήτεω scribendo.

Infinit. μῶσθαι Theogn. 769.

Partic. μῶμενος Soph. O. C. 836, μῶμένα Aesch. Choeph. 44. 435, μῶμεναι Sophocl.¹²⁾.

12) Hellad. Chrestom. in Phot. Bibl. p. 1582 de μῶσα: τὸ γὰρ ζητεῖν Δωριεῖς λέγουσι μῶ (corrīgunt μῶσθαι) καὶ μῶται τὸ τρίτον πρόσωπον παρ' Ἐπιχάρμου, καὶ μῶνται παρ' Εὐφροῖωνι καὶ μῶμεναι ἢ μετοχὴ παρὰ Σοφοκλεῖ. — Et. M 589, 42 ad μῶσα: μῶ γὰρ καὶ μῶμαι τὸ ζητῶ. Ἐπιχάρμος δ' κωμικός. Πύρρον γε μῶ καὶ Λευκαλίωνα. — Suid. μῶσθαι — τὸ ζητεῖν παρὰ Λάκων. — Id et Phot. s. v. μῶν: μῶσθαι τὸ ζητεῖν. Plat. Cratyl. p. 406. A μῶσα a μῶσθαι deducit. Mῶ, ζήτῶ in vocis μῶσα et aliorum etymologia commemoratur Ann. Oxx. I, 278, 10, Suid. s. v. Μῶσα et saepissime in Etymologicis.

Aor. I *ἰμώσατο* (ita codex), *εὔρον*, *ἐτέχνασατο*, *ἐξήτησεν*, Hesych.

Objektivum *μῶ*, quod saepe a grammaticis affertur¹²⁾, fictum esse videtur, unde *μουσα* et alia derivarentur. In corrupto Epicharmi frustulo fr. 80 *Πύρρον γε μῶ καὶ Δευκαλλωνα* tertia persona *μῶται* latere videtur, qua Helladius Epicharmum usum esse testatur.

οἶομαι Epich. 56; *οἶμαι* Epich. 100, *οἶη* Sophr. 23. Laconicum *οἶῶ*, quod legitur Lysistr. 81. 156. 998. 1256 et in Coralisci Epilycei fragmento, a Suida et Scholl. Arist. Lysistr. 998 pro *οἶμαι* esse dicitur, a Lobeckio ad Buttm. II p. 53 ex *οἰήσομαι* contractum putatur, quod quomodo fieri potuerit, non intelligimus. Haud dubie Laconibus pro interjectione affirmativa erat, ut Viennensium illud *halter*, id quod maxime apparet in Coralisci loco *ποττὰν κοπίδ' οἶῶ σῶμαι*. Quae si e verbo *οἶω* nata est, accentum miramur circumflexum a codicibus plerumque exhibitum.

οἶδα a Doride, quanquam novum verbum *ἴσαμι* fixerat vid. supr., non alienum erat. Leguntur *οἶδεν* Epich. 96, Lysistr. 1250, Conj. *εἰδῆ* Epich. 95, Imperat. *ἴσθε* Acharn. 749, Infin. *προειθέμεν* apud Archytam vid. §. 41, 3.

ὄλλυμι, Perf. *ὄλωλα* Heracl., Fut. *ὄλοῦμαι* mit., Aor. *ὄλόμαν*.

ὀμνύω vid. §. 35, 1, Fut. *ὀμώμεθα* Laconice Lysistr. 183 vid. §. 26, 1, Aor. I *ὤμοσα* Amph. 1688, Heracl., Cret. 2555.

ὀράω vid. §. 38, 1. 4, Aor. II *εἶδον*, Perf. *ὄρωπα* Lysistr. 1157, Desiderat. *ὄψεον* Sophr. 39 vid. §. 22, 6.

ὀρύσσω, Perf. *ὀρονατώρουκται* Sophr. 33 sine reduplicatione Attica cf. Buttm. §. 85 not. 1.

(*πάγνυμι*), Aor. I *ἔπαξα*, Perf. Opt. *πεπαγοίην* vid. §. 41, 2, Aor. II p. *ἐπάγην*.

πάσασθαι, quod verbum Doridi tribuitur vid. §. 15, 1. Reperiuntur Aor. I *ἐπασάμαν* et Perf. *πέπαμαι* (exemplis supra allatis adde *ἐπάσατο* in vase Magnae Graeciae C. I. nr. 5), praeterea Fut. *πάσεται* Aesch. Eum.

169, Fut. III πεπάσεται apud Pempelum Pythagoreum Stob. Flor. LXXIX, 52.

πάσχω, Aor. II ἔπαθον, Perf. πέπονθα Lysistr. 1098 et Archimed. Alia mira perfecti forma πέποσχα Siculi Epicharmus fr. 7 et Stesichorus ¹³⁾ usi sunt.

παύω. De Dorico πάζω vid §. 35, 1.

πέταμαι, volare, Doricum esse traditur ab Aelio Dionysio (Herodiano?) in H. Ad. et in Ann. Oxx. IV, 339, 8; legitur πέταται apud Pindarum, sed πετομένους Epich. 63; Aor. II ἀμπτάμενος Lysistr. 106.

(πεύθομαι), Aor. II πύθωντι in Delph. ap. Ulrichs. p. 67, quod in πύθονται confidenter mutamus.

πέμπλημι, Imperat. πέμπλη Sophr. §. 39, 4, Aor. I ἔπλησα.

πίνω, Aor. II ἔπιον.

(πενπράσκω), Perf. Subj. πέπραμαι Ther. 2448, Acharn.

πίπτω, Aor. II ἔπετον in genuina antiquiore Doride vid. §. 6, 8.

ΠΛΑ, Perf. πέπλαμαι Doricum dicitur in Ann. Oxx. I, 148, 29 pro Attico πέπλημαι, quod cohaeret cum πελάζω.

(πλάσσω), Aor. II p. πλάγεις Epich. 159.

πνίγω, Fut. πνιξείσθε Epich. 106.

πρίαμαι (de imperativo πρία et 2 sing. imperf. ἐπρία vid. §. 24, 4). Memorabilis forma est ἐμπρίατο Corcyr. 1840 pro ἐπρίατο, quod cum Boeckhio restituere non ausi sumus, vid. §. 15, 7.

ρήγνυμι, Perf. ἔρηγα saepe in Heracl. B, forma etiam aliunde cognita.

(ῥώννυμι) Perf. Subj. imperat. ἔρωσθε Cret. 2557.

(σκελλω), Perf. ἐξεκληκότες Epich. 106.

στρέφω, Aor. I p. ἐστράφθην vid. §. 16.

(σώζω), Aor. I ἔσωξα et ἔωσα, Laconice ἔσοιξα

13) Phot. πίποσχα· Δωριῶν τινὸς τοῦτω κέρηται, ὧν καὶ ἐστὶ Στησίχορος.

vid. §. 11, 1. 2. *Dinolochus Siculus* nova praesentis forma *σωννύω* usus est, ad quam aoristum *σῶσαι* Sophr. 27 referre licet, quare nunc neque iota subscriptum neque ξ desideramus.

σῶμαι, *σῶται* severioris Doridis sunt pro *σοῦμαι*, *σοῦται* vid. §. 25, 3, et ipsum *σοῦσθαι*, quod apud poetas solum dramaticos et Callimachum legitur, in mitiore potissimum Doride servatum fuerit ¹⁴). — De Laconico, si diis placet, *ἀπεσοῦα* diximus §. 19, 8.

TA, Imper. *τῆτε* Sophr. 100, ut Homericum *τῆ* cf. Butt. II p. 297.

τάμνω, Aor. *ἔταμον* vid. §. 16, Perf. *τέμακα*, *ίτραμαι*, Aor. I p. *ἐτάσθην* Archim. (idem semper *τέμνω*, *ἔτεμον*, *τεμῶ*).

τίθημι, Fut. *θήσω*, Aor. *ἔθηκα*, Perf. *τέθεικα* et Subj. *τέθειμαι*, quae formae in uno titulo Phocico Rossii nr. 81 servatae sunt, ubi l. 10 *ἀνατεθείκαντι*, l. 14. 15. 18 *ἀνατεθειμένος* et multo melius analogiam servant, quam vulgares *τέθεικα* et *τέθειμαι* (quae in Doricis fontibus non reperiuntur), cf. *δήσω*, *δέδεκα*, *δέδεμαι*, *έδέσθην* et *λύσω*, *λέλυκα*, *λέλυμαι*, *έλύσθην*. — Aor. I p. *έτέσθην*.

τίνω, Aor. I *ἔτεισα* vid. §. 22, 3.

τράπω, *τράφω* et *τράχω* vid. §. 16. Hujus futurum *δραμείται* est apud Dinolochum Phot. Lex. II p. 634. *τυγχάνω*, Aor. II *ἔτηχον*.

φαίνω, Perf. *πέφανα* Sophr. 75, Fut. II p. *φανησῶ* vid. §. 35, 3.

φέρω, Fut. *οἰσῶ* (Heracl. *οἰσόντι*), Aor. I *ἤνεγκα*, ut *εἰσήνεγκε* Corcyr. 1846, *ἔξενέγκαι* Ther. 2448. II, 23, *ἐνεγκάμενος* Astyp. 2485. Quare quum in Aegin. 2140, b

14) Mirum est Platonis testimonium Cratyl. p. 412. B. in vocis *σοφία* etymologia: *ἀλλὰ δεῖ ἐκ τῶν ποιητῶν ἀναμνησθεσθαι, ὅτι πολλοῦ λέγουσι περὶ ὅτου ἂν τύχῃαι τῶν ἀρχομένων ταχὺ προϊέναι, ἐσθθ φασί. Λακωνικῶ δὲ ἀνδρὶ τῶν εὐδοκίμων καὶ ὄνομα ἦν Σοῦς· τὴν γὰρ ταχέϊαν ὁρμὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι τοῦτο καλοῦσι. Ultima inde a Λακωνικῶ Heindorfius e glossemate orta censuit (repugnante tamen Stallbaumio) et sunt dubitationis plena.*

Boeckhii *συνείκη* non recte in *συννεύκη* mutasse videatur, nihil mutandum esse supra docuimus s. v. *ἴκω*. — Perf. Subj. *ἐνήνεγμα* Archimed., nam mero sphalmate apud eundem aliquoties reduplicationem omitti supra monuimus §. 35, 2.

φθαίρω Doricum esse refertur pro *φθείρω* vid. §. 22, 5; Aor. II p. *καταφθαρείς* Epich. 19.

(*χάσχω*), Perf. *κέχανα* Sophr. 51.

χέω, Aor. I *έγγέας* Epich. 61.

ΧΡΕ. Hujus stirpis haec inclinamenta variae significationis reperiuntur:

a) *χρή*, oportet, quam vocem ab initio non verbum esse, sed substantivum, olim docuimus in diss. de conj. in *μ* p. 28, legitur Epich. 122. 131. 133, neque ullam aliud ejus inclinamentum.

b) *χρήσθα* Acharn. 744 pro *χρήσεις* dictum esse, de quo vocum *χρής* et *χρή* usu Dindorfius dixit ad Soph. Antig. 887, rectissime Bergkii intellexit vid. §. 24, 1. Eodem sensu *χρήζω* vel *χρήζω* usurpatur vid. §. 22, 7.

c) *χρήσθαι*, uti, in his formis reperitur: Imperat. *χρήσθων* Cret. 2556, 65 et *καταχρείσθων* Rhod. 2525, b. 86; Inf. *χρήσθαι* Heracl. II, 66; Partic. *χρήμενος* Cret. 2554, 61. Vides ultima forma excepta, quae in titulo corruptissimo parum fidei habet, reliquas a *χρέομαι* ita descendere, ut severior Doris *εε* in *η* conjunxerit, mitior in *ει*, cf. §. 38, 4. — Aor. I p. *κατεχρήσθην* i. e. usu confici plus semel repetitur in Coreyr. 1845.

d) *ἀποχρέω*, sufficio, Epich. 114.

Derivata hujus radices in genuina Doride *η* tueri supra docuimus §. 19, 3.

§. 43.

De praepositionibus.

1) Ut in Aeolicis dialectis, ita in antiquiore Doride *ὑποκοπεν* patiuntur praepositiones *παρά*, *ἀνά*, *κατά*, quo accedit Doricum *ποτί* pro *πρός*. Primum titulos perlu-

stremus, qui quo antiquiores sunt, eo ad apocopen propensiores esse solent. — In tabulis Heracleensibus ubique apocope afficiuntur παρά et ανά: B, 15. 25. 42. 44 et saepe πὰρ τάν vel πὰρ τά, I, 6 πὰρ Πανδοσίαν etc., I, 58 παρδῶντι, I, 59 παρλαβόντες, I, 54 παρετρησόντι; ἂν τάν I, 100, ἂν τῶς II, 32. 38, ἀνοθαρίοντι i. e. ἀνακαθαροῦσι I, 84, ἀγγράφειν, ἀγγράφαι, ἀγγραφάντω I, 78. 79, ἀνωροξάντες I, 8. 11¹⁾, ἀμμισθωθῆ I, 63, ἀμπάλημα I, 62, 107. Praepositiones κατά et ποτί apocopen pati solent ante articulum, ut κατάν, κατᾶς, κατᾶ, κατᾶδε, ποτιῶ, ποτιόν, ποτιτό, ποτιάν, ποτιᾶς, cui regulae adversantur solummodo ποτί τόν et ποτί τάν B. 16, II, 13. 18. 38. 100, quae in altera tabula inter reliqua recentioris aetatis indicia retuleris, quum in fragmento Britannico ποτί τάν minus accurate a Maittairio descriptum videri possit. Raro apocope fit ante alias voces, quae a lingualibus ordiuntur, ut προκαθδεδικάσθω I, 123 (contra καταδικᾶν I, 108), ποτιθέντες II, 30, nunquam ante alias consonas, ut καταλιπόντες I, 14, κατὰ βίω B, 50. I, 51, ποτιφυτεύω etc. — Eaedem regulae valuerint in Bruttio titulo, in quo nihil legi potest, quod huc pertineat, praeter ἀνθείη; deinde in Lacon. 1511, ubi saepe repetitur ποτιόν (I. 3 ποτόν traditur), in Amph. 1688, ubi κατᾶ 17, κατάν 41, κατάν 11, κατᾶ i. e. κατᾶ pro καθ' ἃ 10 (at καταδικασθέντα 5) — ποτιτός 26, ποτιόν 47, in Coreyr. 1838, a, ubi ποτιέν, et 1840, ubi ποτιῶ (vid. §. 25, 4) et ποτιᾶ, postremo in Aegin. 2140, b, ubi κατθέντι.

Praeterea apocope reperitur in Megar. 1052 ἀνθέτω et ἀγγραφάτω (sed κατὰ γᾶν καὶ κατὰ θάλασσαν) — Coreyr. 1845 ἀνπράξαιεν I. 73, ἀνπράξωντι 91, ἀπάρβολος 115, quae pro mala tituli fide dubia videntur, quum frequententur in eodem παραλαβεῖν, παραδόντες, παραγίνεσθαι et similia, ἀναπράξαντες 58, κατὰ τόν 15, ποτί τῶς 62 — Herm. 1193, ubi ποτιάν valde suspectum est, quia ibidem

1) Ut in his ν non est in γ mutatum, ita adeo ἀναγγελίσσι i. e. ἀναγγελοῦσι legitur I, 70, contra πρῶγγνος et ἕγγνος.

ἀναγράψαι, ἀναθέμεν, ἀνανεοῦται, παραγινόμενος — Cret. 2555 ἀγγραψάντων, 2554 ἄμ ποταμόν et ἄν ῥάχιν, sed ibidem ἀναγινώσκω et similia — Cret. 3050 παρδέχεται, παρκαλεῖ, παρ τᾶ et ἀναδείκνυτο, 3047 παρ τῶν et παρὰ τῶ, 3043 παρ Τηῶν, 3058 ἀγγραψαι.

Reliqui tituli apocopen ignorant: Delph. Phoc. Aetol. Acarn. Corcyr. 1838, b. 1841—1844. Rhod. Astyp. Calymn. Ther.-Cret. 2556. Cyren. etc., qui omnes Alexandri aetate recentiores sunt. Paullulum miramur, quod in Issensi nr. 1834, ceterum antiquiorem indolem referente, ἀναγράψαι traditur.

Scriptores antiquiores genuina Dorica dialecto usos apocopen certe non magis aversatos esse quam fit in tabulis Heracleensibus et reliquis titulis paullo vetustioribus, consentaneum est. Apud Epicharmum leguntur κατόν 19. 94, κατθέμεν 48 (et κατθεῖναι inter syncopae exempla ex Epicharmo affertur a Tryphone πάθ. λέξ. §. 23), κατθανών 146, ποττούτοισι 35, ποτθέμεν 94 (contra κατά πόδας 18, κατά φύσιν 94, καταφαγεῖν 19. 23, καταμαθεῖν 95, καταδικά 99); item ἄμ πεντόγκιον Epich. 5 et ἀνδούμενοι Sophr. 97, nec dubium est, quin ἀνανέμειν, quo Suidas Epicharmum pro ἀναγινώσκειν usum dicit, ex Hesychniana glossa ἀννέμειν, ἀναγινώσκειν corrigi oporteat. Itaque non videntur genuina παρατιθῆ et παρὰ τήνοις Epich. 111 et 124, quae contra titulorum illorum legem peccant. Item in Megarensis Aristophanei verbis apocope regnat: ἄμβατε 698, ἄντεινον 732, ἄν τὸν ὀδελὸν ἀμπεπαρμένον 762, ποττάν et ποττό 698. 717. 749; unum ἀναχνοῖανθῆ 757 Attico poëtae condonamus, et Doricis adeo poëtis licuisse putamus, ut metri gratia apocope abstinerent, quale est ποτὶ τάν Timocr. 6. — Neque alia syncopae lex apparet in Lysistrata: ἄν γάρ 1001, ἀμπτάμενος 106, ἀμβαλώμεθα 1096, ἀμπάλλοντι 1310 (neglecta in ἀναπεφασμένως 1099 syncopae indicio est, vocem ad Attici orationem trahendam esse vid. §. 41 not. 2); παρ τὸν 1309, πάροφαινε 183, quare in παρὰ τᾶ σιῶ 174 Koenius recte apocopen postulare videtur; κατῶν 1259, ποττό 117, ποτ-

τάν 1006, ποτιά 1252, ποτιάς 1264 (sed ποτι πυγάν 82). Adde ποτιάν in Coralisci fragmento. Postremo apud Thucydidem V, 77. 79 leguntur καττάδε, καττά, ποτιώς.

Quum igitur genuina Doris in universum eam legem secuta esse videatur, quam in tabulis Heracleensibus valere diximus, Lacones tamen Aeolico more (vid. L. I §. 28) praepositionem κατά duriore apocope affecerunt. Praeter κάθθανε in dicto Laconico Plutarch. Pelop. c. 34 et κατθάνη in Chilonis epistola, quae vulgari consuetudini non repugnant, eo pertinent καππάτας Pausan. III, 22, 1 pro καταπαύτης, καββαλόντας in dicto Laconico Plutarch. Lysand. c. 14²), κακκέχεται Plutarch. Instit. Lacon. p. 241, Hesychii glossae Laconicae κάκκη, κάθευδε — κάβλημα, περίστρωμα — καμμένειν, καταμένειν — κάβασι, κατάβηθι et κατράγοντες, οί βόαγροι, quod pro κατατράγοντες dictum putant, postremo Alcmanicum καβαίνων fr. 20 (34). In hoc consona plane abjecta est ut in Pindarico κάπετον pro κατέπεσον Ol. VIII, 38. Simile est κάβασι apud Hesychium (cf. ibid. πόδικε, πρόσροψον i. e. ποτίδικε dialecto non nominata) et quae e titulis Lacon. 1511, Amph. 1688, Corcyr. 1840 supra attalimus ποτόν, κατάν, κατά, ποτιῶ et κατάν apud Alcmanem vid. §. 13 not. 4 (cf. L. I §. 47, 3). Itaque pronuntiatio eo inclinasse videtur, ut altera consona ejecta syllabam corripere; accuratior tamen tabularum Heracleensium orthographia ubique consonam geminat nec reliqua exempla praeter Alcmanicum et Pindaricum valde certa sunt. Ejectae consonae aliam rationem esse vides in κάβλημα. — Alia dura praepositionis mutatio est in Hesychiano ἄττασι, ἀνάστηθι, quod Laconicum esse videtur; nam in ἀνοσταθι, quod vulgaris Doridis esse putamus, primum Aeolico more (vid. L. I §. 28, 1) ἄσταθι factum est, deinde per Laconicas mutationes ἄττασι vid. §. 13, 4.

2) Raro praepositio ἀμφί eam apocopen passa est, quae

2) J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 362 καββαλιῶν inter Dorica enumerant.

apparet in vulgari ἀμφορεύς pro ἀμφιφορεύς et in Latino anquiro, anceps et similibus, quae cum amb composita sunt. Eo pertinent glossae Hesychianae: ἄμπαιδες, οἱ τῶν παίδων ἐπιμελούμενοι παρὰ Λάκωσιν, quod pro ἀμφίπαιδες dictum existimant, ἀμπέσαι, ἀμφίσαι· Λάκωνες, quod pro ἀμφέσαι, ἀμφιφέσαι esse supra suspicati sumus §. 5, 7, ἀγχριάνασθαι, περιλείψασθαι. Itaque ἀμφί apocope illa, consona φ ejecta, in praepositionis ἀνά item apocopen passae similitudinem redigitur. Quare suspicio oritur, num forte in ἄν τὸν ὀδελὸν ἀμπεπαρμένον Acharn. 762 ἄν nou sit pro ἀνά, cujus ille usus novus esset, sed pro ἀμφί, quod in eam sententiam ex Homericā locutione ἀμφ' ὀβελοῖσιν ἔπειραν notissimum est. Ne ἀμπεπαρμένος item praepositionem ἀμφί continere suspicemur, prohibet Acharn. 975 ἴν' ἀναπείρω τὰς κίχλας.

In Alae sinorum terminis saepius ἄν τῷ ῥοῖσκου repetitur pro ἀπὸ τῷ ῥ., si sensum spectas. Novam eam apocopen eo magis suspectam habemus, quod in scripto solito apocopae genere abstinet; itaque accuratiora apographa expectanda sunt.

3) Περὶ plerumque in Doride ut vulgo neque apocopae neque elisionis patiens est. In uno decreto Amphictyonico nr. 1688 l. 16 elisionis exemplum reperitur πέροδος. Eadem vocis forma apud Pindarum legitur N. XI, 40³⁾, qui praeterea περάπτων P. III, 42, περιδαῖος fr. 126, περ' ἀτλάτου πάθας Ol. VI, 38, περ' αὐτᾶς P. IV, 265 vid. Boeckh. Nott. Critt. p. 376 et ad fr. 126. Item in Hesiodi Theogonia 678. 733 eunt περιλαχε et περοίχεται, et pertinent eodem Hesychii glossae περόσχεια, τὰ ῥάκη cf. intt., περώσιον, μέγα, περομύναι (ita codex), ἐλέγγειν. Is elisionis usus ex Aeolica dialecto repetitur vid. L. I §. 28, 3. Exempla tamen Lesbica, quae quidem supersunt, eo differunt, quod post elisionem ρ geminatur ut in Sapphico πέροροχος. Itaque Hesiodus et Pindarus ut alia nonnulla ita hanc dialecti proprietatem

3) Dorica dicitur ab Eustathio Proem. Pind. p. 12 Schneidew.

ex antiqua Delphorum lingua assumpserint. Attamen in eodem Amphictyonum decreto l. 18 περιῖεν recte legi videtur.

4) Dorica praepositionis πρὸς forma est ποτὶ aut per apocopen πότ⁴) vid. supra. Προτὶ, quod aliquoties Doricum esse dicitur, ut ab Apollonio de synt. p. 50, 23, in purioribus Doridis fontibus non legitur; Alcmanem enim fr. 36 (78) epicam dialectum imitatum credideris. Alia tamen forma e προτὶ per transpositionem nata πορτὶ est in Creticis titulis 3048. 3050. 3051. 3053, et per elisionem πορτ' 3050 (ποτὶ est nr. 2557. 3047. 3051, hic fortasse male pro πορτὶ). Mirum videtur, quod in titulo nr. 2556 satis purae dialecti in πρόστιμα l. 81 vulgaris praepositionis forma conspicitur. Nam in nr. 2554. 2557 πρὸς, quod et per se et in compositis saepius legitur, vel lapicidis vel iis qui titulum tradiderunt tribui potest. Ceterum quae sit antiquissima hujus praepositionis forma Sanscritum prati docet.

5) Ἐκ in titulis paullo antiquioribus ante medias in ἐγ transire solet, ut ἐγδικάξασθαι Heracl., ἐγ Βακχιδῶν 1850, id quod in Atticis quoque titulis fieri constat; item ante digamma in ἐγΦηληθίωντι Heracl. I, 104. Rarior est consonae in aspiratam mutatio, quam Boeckhiius in ὑπέχθηται et ὑπεχθέσιμος Cret. 2556 recte agnovit Hesychianas quasdam glossas comparans: ἐγθειάσας, ἐχθύσας et ἐχθύσση. — Creticum praeterea secundum Hesychium est ἄλλωσιν pro ἔκλωσιν per novam quandam assimilationem. Compara apud eundem ἐττωῶν, ἐκ τῶν.

6) Praepositionis εἰς antiquissima forma ἐνς ab Argivis et Cretensibus servata fuisse traditur, quanquam

4) Eustath. 1106, 20. ἡ δὲ ποτὶ πρόθεσις — καὶ ἀποθλίβει τὸ τῆς ἐπεκτάσεως ἰῶτα Δωρικῶς, ὡς ἐν τῷ ποταίνιον τὸ πρόσφατον — καὶ ἐν τῷ πόταγε, ὅπερ ἐστὶ πρόσταγε καὶ ἐν τῷ ποτῶπαν (leg. πότῶπαν) ἦται πρόσωπον κατὰ Δωριεῖς. ἔτι δὲ καὶ μονοσυλλάβως ἐκφέρεται συμφῶνον ἐπαγομένου, ὡς ἐν τῷ πότ τῷ Διός — ὃ καὶ αὐτὸ γλώσσης Δωριδος ἐστὶ. — Doricum ποτὶ commemoratur Ann. Oxx. I, 351, 22, Et. M. 685, 24, Et. G. 477, 32 etc.

nunc in titulis Creticis nr. 3050. 3058, qui praeterea antiquum literarum *υς* concursum servant, *ες* legitur et *εις* vid. §. 14, 1. Jam analogia postulat, ut ex antiquo *ενς* in severiore Doride *ης* factum putetur (ut *ης* ex *ενς* pro *εις*), in mitiore *εις*, apud eos Doriensium, qui ultimas syllabas corripere solent, *ες* vid. §. 21. Neque tamen unquam *ης* in usu fuisse videtur, sed *ες* non solum est apud illos, qui corripiunt ultimas, Cretenses (male *εις* est nr. 2556, 11 et aliquoties in titulis minoris fidei), Cyrenaeos, Theraeos, quibus adde Heracleenses et Alaeos, qui infinitivi saltem ultimam corripiunt: sed etiam Lacones, ut apparet e Lysistrata, et in his titulis, qui mitiorem Doridem referunt: Corcyr. 1838. a, Iss. 1834, Aegin. 2138. 2140. b, Astyp. 2483. 2484, Anaph. 1 R.

Contra *εις* apud plerosque eorum erat, qui mitiore Doride utebantur; legitur enim in titulis Megar. 1052, Calaur. 1188, Hermion. 1193, Lacon. 1334, plerisque Corcyraeis, Syracusano, Rhodiis, Messembriano nec minus apud Epicharmum fr. 61. 126 (quare non toleravimus *ες* fr. 107) et Sophronem fr. 9. 36. 58. 67, Timocr. 1; homini Megarico in Acharn. 711 e Ravennate *εις* restituendum est.

Grammatici tradunt Dorienses *εν* pro *εις* dixisse (vid. L. I §. 54 not. 3). Is tamen usus non reperitur nisi apud septentrionalis Graeciae incolas in his titulis: Amph. 1688, 15 *εν δύνασι* et l. 40 *εντε* pro *εστε*, Delph. apud Ulrichsium p. 67 *εν τὸ πρωτανεῖον*, Phoc. 85 R. *εν αὐτοῦς*, Aetol. 2350, 6 *εν Αἰτωλῶν* et l. 9 *προσβέουσας εν Κέω*, Aetol. 3046, 18 *εν τοὺς νόμους*, Thaumac. 1771. 1772 *εν τὸν ἅπαντα χρόνον* (vid. L. I §. 54, 3). Apud eos, qui vulgo inter Dorienses numerantur, nullum certum ejus usus vestigium reperitur. Nam decreto in Timotheum, ubi *εν τὰν ἀμετέραν πόλιν* in librorum parte pro *ἐτιὰν ἀ. π.* legitur, nihil tribuimus nec in Coralisci fragmento *εν Ἀμυκλαίων* ferri posse putamus vid. Append. Itaque Delphi, Phocenses, Aetoli, Thaumacenses, denique, si quid videmus, quicumque Graecorum ultra Boetiam habitau-

tium Dorica dialecto non a Corinthiorum colonis accepta utebantur, cum Boeotis et Thessalis (vid. infra Addend. ad L. I §. 50) ἐν pro εἰς dixerunt, et ab iis potius quam a Boeotis Pindari consuetudo repetenda est vid. L. I §. 54, 3.

Mirum est, quod Dores ἐνό et ἐξό pro ἔνεστι et ἔξεστι dixisse referuntur, quorum illud etiam Aeolidi vindicatur ⁵⁾. Recte Dindorfius ad Stephani Thesaurum Vol. III p. 1055 accentum in penultima postulare videtur.

7) Ἐύν in titulis non legitur praeterquam Ther. 2448. III, 37 ξυνοικοῦντες, IV, 7 ξυγγενῶν, quanquam in eodem σύν frequentatur. In Lysistratae Laconicis ξυναλλαξε est v. 93, sed συνθήκα 1268. In decreto Laconico Thuc. V, 77 constanter ξύμμαχος, ξυμμαχία, ξυμβαλέσθαι traduntur, et item in foedere Argivorum V, 79. Itaque non audemus ab antiquiore Doride formae ἔύν usum abjudicare.

8) Aeolicum πεδά pro μετά (vid. L. I §. 28, 3 et §. 47, 5) ne a Doride quidem antiquiore alienum fuisse videtur. In vetustis titulis Argivis nr. 14. 19, siquidem Boeckhius recte vidit, πεδάΦοικοι est pro μέτοικοι. Deinde in Epimenidis epistola est πεδὰ αἰσχύννας, quod e genuina Cretensium dialecto hausisse videtur, qui istam finxit. Nam in Vaxiorum decreto nr. 3050 antiqui situs pleno pro διέλεγεν μετά πάσας σπουδᾶς, quod Boeckhius cum Chishullo edidit, Sherardi apographum praebet δι...εἰζη. δαπανσας σπ., unde πεδὰ πάνσας restituendum esse videtur. Postremo ex Hesychio confer: πέδευρα, ὕστερα· Λάκωνες et πέδευρον, ὕστερον, πάλιν, ὀπίσω, quae a πέδα descendere apparet.

5) Ann. Oxx. I, 160, 26. ἐξὸ ῥήμα παρὰ Λαριῦσι ἀντὶ τοῦ ἔνεστι. — Ibid. 176, 12. ἢ ἐν πρόθεσις παρὰ τὴν Αἰολίδα καὶ Λαριίδα δάλεκτον ἐνό γίνεται, ὁπόταν καὶ ἀντὶ ῥήματος, cf. p. 170, 28.

§. 44.

De adverbii loci et temporis.

1) Adverbia locum ubi indicantia apud Dorienses in *ei* circumflexum exire grammatici magno consensu affirmant 1), exempla apponentes *εἷ, πεῖ, αὐτεῖ, τουτεῖ, τηνεῖ*.

1) Apollon. de adv. 625, 9. *πεῖ* καὶ *εἷ* παρὰ Λωριεῦσι χρῆ τοῖσιν οὐ οὐ παράκειται τῷ πῆ καὶ ἐτι τῷ τῆ ἀνταποδοτικῶ· καθὸ τὴν ἐν τόπῳ σχέσιν δηλοῦντα τῷ ποῦ μᾶλλον καὶ τῷ ὅπου παράκειται· τὸ γὰρ εἷ τὰ τῶν χειραγχᾶν ἐν ἴσῳ ἐστὶ τῷ ὅπου, καὶ τὸ πεῖ γὰρ ἄ ἄσφαλτος ἐν ἴσῳ τῷ ποῦ. ἄλλως τε τὰ διὰ τοῦ ἧ ἐκφερόμενα τροπῆν μᾶλλον τὴν διὰ τοῦ ᾠ παράδεχεται ἢ τὴν διὰ τοῦ εἷ, πάντῃ πάντῃ, ἄλλη ἄλλη. — Id. p. 622, 18 eadem exempla (Sophronis) afferens addit αὐτεῖ pro αὐτοῦ. — Id. p. 542, 30 de δεῖ: οὐδὲ γὰρ ἔστιν ἐπισημασι εἰς εἷ λῆγον ἐν περισπασμῶ κατὰ τὸ κοινὸν ἔθος, διὰ τὸ παρὰ Λωριεῦσι πεῖ γὰρ ἄ ἄσφαλτος καὶ εἷ τὰ τῶν χειραγχᾶν. — Id. de synt. 238, 9 de δεῖ: οὐχὶ οὖν καὶ ἐπισημασι περισπᾶται, ὡς τὸ πεῖ, αὐτεῖ, τουτεῖ; τὸ πρῶτον Λύρια — τὸ δεύτερον ἀντὶ παρακειμένου τοῦ ποῦ καὶ ἐτι τοῦ οὐ καὶ αὐτοῦ. σύνεσι τῷ πῆ τὸ εἷ, τὸ αὐτεῖ. — Ibid. 335, 1 ex Heraclide: ἐκ τοπικοῦ γὰρ ἐπισημασι τοῦ οὐ ἀπετελεῖτο Λωρικῆ μεταλήψις ἢ εἷ, ὁμοίως τῷ ποῦ καὶ πεῖ, αὐτοῦ — αὐτεῖ. — Theogn. in Ann. Oxx. II, 159, b (Ann. Bekk. 1404). τὰ Λωρικῶς παρηγημένα καὶ περισπᾶται καὶ διὰ τῆς εἷ διφθόγγου γράφεται· τουτεῖ, τνεῖ (Bekk. recte τηνεῖ), αὐτεῖ, ἐκεῖ, quod minus recte additur. — Ann. Oxx. I, 71, 33. τὸ τηνεῖ, τουτεῖ, αὐτῆ (leg. αὐτεῖ) ὡς Λωρικᾶ περισπᾶται. — Joann. Al. 36, 32. περισπῶμενα δὲ τοπικὰ Λύρια τηνεῖ, τουτεῖ, πεῖ, αὐτεῖ (leg. αὐτεῖ) et 32, 14 ποῖ (leg. πῆ) εἷ· εἴτα τὸν χειραγχαν, Σώφρων, πεῖ γὰρ ἄσφαλτος. — J. Gr. 243, b, Meerm. 658, Gr. C. 351 τὸ αὐτοῦ αὐτεῖ. — J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 364 τὸ ταύτας τούτας, quae e ταύτη τουτεῖ corrupta videntur vid. §. 33, 2. — Ammon. de diff. p. 121. πῦς (leg. ποῖς) καὶ ποῖ (leg. πῶ) καὶ πεῖ καὶ πῶ διαφέρει παρὰ Λωριεῦσι· τὸ μὲν γὰρ πῦς καὶ ποῖ τὴν εἰς τόπον σημασίαν δηλοῖ· τὸ δὲ πεῖ τὴν ἐν τόπῳ· τὸ δὲ πῶ τὴν ἐκ τόπου· ὡςθ' οἱ Λωριζόντες καὶ λέγοντες πεῖ πορεῖ ἄμαρτάνουσι· δῖον γὰρ πῦς πορεῖ ἢ· τὸ γὰρ πεῖ τὴν ἐν τόπῳ σχέσιν δηλοῖ. Σώφρων· πεῖ γὰρ ἄσφαλτος, ποῖος εἰλοσκοπεῖται ἀντὶ τοῦ ποῦ. ὅταν δ' εἰς τόπον θίλῃ εἰπεῖν, φησί· πῦς εἰς μυχὸν καταδύῃ ἀντὶ τοῦ εἰς τίνα μυχόν. Ibidem p. 118 corruptissime: ποῖ καὶ ποῦ παρὰ τοῖς Λωριεῦσι τὴν εἰς τόπον σημασίαν δηλοῖ· πῆ μὲν τὴν ἐπὶ τόπῳ, ποῦ δὲ τὴν ἐκ τόπου. — Hesych. τεῖδε (cod. τεῖδα), ἐνθάδε.

Nunc pauca ejus generis in titulis reperiuntur: Corcyr. 1841. 1843. 1844 ἀναθέμεν, ὅπεῖ κα δοκῆ προβούλοις, προδίοικς καλῶς ἔχειν, ubi Boeckhii non debebat minusculis ὀπη edere; inde corrigas Corcyr. 1845, 143, ubi eadem formula in hunc modum corrupta est: ἀναθέμενον ποι καδοκη προβούλοις καὶ προδίοικς καλῶς ἔχειν (Boeckh. ἀναθέμεν ὅποι κα δοκῆ). In Anaphaeo Rossii nr. 1 (C. I. nr. 2477) l. 11 est ὅπεῖ (C. I. minus recte ὀπη) et l. 13. 19 (ὀ)πέῖ, l. 19 αὐτέῖ. Deinde apud Sophronem leguntur πεῖ fr. 35, εἰ fr. 86, apud Epicharmum fr. 19 τηνεῖ. Apud Theocritum adverbia ejus generis haec vel recepta sunt vel e libris recipienda:

τηνεῖ I, 106. II, 98 bis, IV, 35. V, 45. 97. XI, 45, sed IV, 95. V, 45 et II, 98 priore loco haud ambigue locum in quem significat. Eandem adverbiorum permutationem mox in τεῖδε notabimus, neque aliarum linguarum usus abhorret, Anglicae potissimum, quae come here vel go there nunc accuratioribus locutionibus come hither et go thither praeferre solet.

τουτεῖ V, 33 (id enim bonis libris ducibus pro τηνεῖ reponi oportet), ibid. 45. 103.

τεῖδε e paucis bonis libris Meinekius recepit V, 32 τεῖδ' ὑπὸ τὰν κότινον — καθίξας, VIII, 40 τεῖδ' ἀγάγη, utrobique pro huc, recipi jussit I, 12 τεῖδε καθίξας. Mira ejusdem vocis forma τεῖνδε, quae in scholiis ad V, 32 Dorica esse dicitur pro ἐπαῦθα, a Meinekio e quibusdam libris recepta est V, 118; eadem pro varia lectione est V, 32. VIII, 40 et praeterea V, 67, ubi Meinekius retinuit τεῖδε, quod librorum auctoritate carere videtur (antiqua vulgata pro τεῖδε et τεῖνδε ubique est τηδε vel τηδε). Forma ista, nisi a librariis casu quodam ficta est, ad rusticam pronuntiationem revocanda esse videtur.

2) Severioris Doridis fontes idem adverbiorum genus in η vel η terminant. Talia sunt in Cret. 2554, 56 ὀπη et l. 75 κατὰ τὼς ταυτᾶ νόμως τὼς ἑκατερῆ κειμένως; Cret. 2556, 20. 26. 28 κατὰ τὼς νόμος τὼς ἑκατερῆ κειμένως, l. 77 οἱ ἐνεστακότες ἑκατερῆ Κόσμοι (B. Dorici

accentus proprietatem non expressit); illinc restituas adverbium *ἐκότερῃ* in Cret. 2554, 54 οἱ πρεῖγιστοι οἱ ἐπὶ εὐνομίας ἐκότεροι ἐρευνέοντες καὶ ῥυθμίζοντες. — In Epimenidis, quae fertur, epistola ad Platonem Diog. Laert. I, 113 haec leguntur: ἀλλ' ἔρπε ἐς Κρήτην. τουτᾶ γὰρ οὐκ ἐσεῖται τοι δεινὸς ὁ μόναρχος· αἱ δὲ πη πλατεῖη ἐγκύρσιοντι τοι τήνω τοὶ φίλοι, δειμαίνω μὴ τι κακὸν πάθης. Pro librorum et antiquarum editionum lectione *πλατεῖη* vel *πλατεῖη* Huebnerus Valckenarii conjecturam ἐπ' ἀλατεῖα recepit; nos haud cunctanter restituimus αἱ δὲ πη *πλατεῖη*, sicubi in vicinia, ut sit adverbium loci a Dorico *πλατιος* pro *πλησιος*. Ibidem pro *τουτᾶ* corrigi oportere videtur *τουτῆ*; neque enim adverbii loci in quem agnoscī posse infra videbimus. — Deinde epigramma Laconicum legitur apud Pollucem IV, 102 *χιλιά ποκα βίβαντι πλεῖστα δὴ τῶν πῆποκα* i. e. plura quam usquam et unquam. Meinekius ad Theocr. VIII, 64 corrigi jubet *πάποκα*, quae vox esset pro vulgari *πόποτε* vid. infra nr. 6. Librorum tamen lectionem et Hesychii glossa *πη*, *πόκα* tuetur, quam *πῆποκα* scribendam esse et interpretamentum intercīdisse Toupius intellexit; deinde librorum consensus apud Theocritum VIII, 34 *πῆ ποκα* praebentium, quod Wintertono demum auctore in *πᾶ ποκα* vel *πάποκα* mutatum est; postremo XI, 64 pro vulgata *πά ποκα* (recc. *πᾶ ποκα*, *πῆ ποκα*, *πάποκα*) e paucis bonis libris *πῆ ποκα* enotatur. Apud eundem Theocritum *τῆδε* vel *τῆδε* in locis supra notatis olim vulgabatur pro *τεῖδε* et *τεῖνδε*, praeterea in nonnullis melioribus libris pro *τᾶδε* conspicitur V, 50 et XV, 118, quibus in locis hic postulatur, non huc; item *πῆ* in bonis quibusdam libris est pro *πᾶ* I, 66, ubi utrumque tolerari potest; postremo *ὄπη*, ubi, est XXVII, 43 in carmine incertioris vel dialecti vel lectionis. Haud parva igitur librorum auctoritate Theocrito etiam severioris Doridis formae in *η* exeuntes vindicantur, quanquam *τηνεῖ* et *ζουτεῖ* nusquam mitiorem Syracusanorum relinquunt. Quid de reliquis iudicandum sit, nunc accuratius disquirere

non vacat. — In antiquo epigrammate Megarico C. I. nr. 1050, quod recenti tempore restitutum est, τῆδε legitur, quod pro antiquo τείδε in restitutione male scriptum esse, Boeckhius recte suspicari videtur. — Ceterum haec severioris Doridis adverbia rectius iota subscripto carere videntur; quum enim reliquis fontibus parum fidei habere liceat, in titulo digniore cui confidatur Cret. 2556 ter ἐκατεροῖ scriptum est, semel ἐκατεροῖ.

3) Singulares eorundem adverbiorum formae quaedam e Cretica dialecto apud Hesychium asseruntur: τύῖ, ᾧδε· Κρητες, quam glossam, nisi Cretensium nomen additum esset, ad Lesbios referremus vid. L. I §. 29, 3; similem Creticam vocem τῶδε fortasse in corrupto Procli loco ²⁾ detegere licet. Deinde κηρούει, ἐκεῖ· Κρητες, cui compares κηνούει, ἐκεῖ et κηνώ, ἐκεῖ (nisi forte hic ἐκεῖθεν corrigere oportet), quae docent κηνούει a Dorico κῆνος Creticum habendum esse aut potius κηνούῖ, si quid videmus.

Argivis ποῖ pro πόθι tribui videtur ³⁾, quae terminatio horum adverbiorum Lesbiacae quoque dialecto non ignota fuisse videtur. Eadem legitur in oraculo Tirynthiis dato, quod valde corruptum apud Stephanum de urbb. s. v. Ἀλιεῖς extat: ποῖ τῷ λαβῶν (fort. λάβω) καὶ ποῖ τῷ καθίζω καὶ ποῖ τὸ οἴκησω ἔχων Ἀλιεῖα τε κεκληῖσθαι. At ποι in foedere Argivorum Thuc. V, 79 locum in quem indicare videtur vid. nr. 6.

4) Vides quanta sit in his adverbii terminationis varietas. Sed et haec et quae sunt in reliquis dialectis

2) Procl. ad Hesiod. Opp. 635 (ὅς ποτε καὶ τῆδ' ἦλθε): δηλοῖ γὰρ αὐτὸ τοῦτο τὸ τῆδε οὐκ ἄλλο τι ἢ τὸ τῆδε καὶ ἐνταῦθα. καὶ οἱ λεξόγραφοι Κρητῶν εἶναι τὴν φωνὴν ἀπίγραψαν. Apparet Proclum nec τῆδε nec τῆδε, quae forma parum cum illa differt, ante oculos habuisse.

3) Et. M. 678, 44. ποῖ παρὰ Ἀργείοις ἀντὶ τοῦ ποτί, ἀφανεία τοῦ τ, εἶτα συνόψ. περι παθῶν. Recte Sylburgius πόθι pro ποτί postulare videtur; item Apollonius ἐνδοῖ ex ἐνδοθι factum dicit, vid. not. 4.

ad communem fontem revocanda esse censemus. Antiquissima enim terminatio *Fi* fuisse videtur vel, vocali praemissa, *oFi*. Hinc primum facile nata est Latina terminatio *bi* (*ibi*, *ubi*, *utrobi*) et Graeca *φι*, quae in *αὐτόφι* aliquoties apud Homerum servata est; hinc per aspiratarum permutationem, cui favebat adverbiorum in *θεν* analogia, usitator terminatio *θι* prodiit, *πόθι*, *αὐτόθι*. Deinde *Fi* facillime transiit in Lesbiacum *υι*, ubi teste Prisciano *υ* pronuntiatum est sicut *υ* in *suavis*, quae terminatio item in Cretico *τύι* conspicitur; neque aliter ex *oFi* factum est *ουι* in Cretico *κηνούι*. Diphthongus *υι* quam vergat in *υ* et *οι*, quae sunt terminationes Lesbiacae, haec etiam Dorica, conspicuum est; e Cretica terminatione *ουι* facillime vulgarem *ου* derivaveris. Paullo magis ab antiqua forma recessit Dorica terminatio *ει*; compares tamen *γλυκεῖα*, quod pro *γλυκῖα* esse apparet, et Doricum *ἐοικεῖα*, quod est pro vulgari *ἐοικυῖα*, Ionico *ἐοικοῖα*. Difficillima autem ad explicandum est severioris Doridis terminatio *η*, neque, quum iota huic adverbiorum generi ab origine inhaereat, reliquis, in quibus severior Doris *η* pro vulgari *ει* habere certius cognoscitur, nisi dubitanter comparari potest.

5) Quae adverbia modo enumeravimus, omnia a pronominibus descendunt, una Epimenidea voce *πλατή* excepta. Similia tamen sunt adverbia quaedam, item multiformia, quae a praepositionibus *ἐν* et *ἐξ* derivantur. Eo pertinent primum Hesychii glossae *ἐνύει*, *ἐνδον*· *Λάκωνες* et *ἔξει*, *ἔξω*· *Λάκωνες*. Illud ex *ἐντέι* corruptum videtur; utriusque terminationem miramur, si *πεῖ*, *τεῖδε* etc. jure a Laconica dialecto aliena putantur. — Deinde constat de *ἐνδοι* et *ἔξοι* apud Syracusanos 4) pro *ἐνδον* et *ἔξω*, quo-

4) Et. M. 663, 28. οἱ Συρακούσιοι ἔξοι λέγουσι — τὸ ἐνδον ἐνδοῖ λέγουσιν ὡς παρὰ Θεοκρίτῳ· ἐνδοῖ Πραξινοῖα. — Eustath. 140, 13 et Anon. Oxx. III, 397, 8. ἀρμοῖ Συρακουσίων ὄν κατὰ τὸν τεχνικόν — κατὰ τὸ ἔξω ἔξοι καὶ ἐνδον ἐνδοῖ παρὰ Θεοκρίτῳ. De Siculorum *ἐνδοι* vid. §. 14 not. 1. — Gr. C. 367 *ἐνδοῖ* Doricum dicit Theocritum

rum illud legitur apud Theocritum XV, 1. 77 et Callimach. in Cer. 77. De accentu inter antiquos grammaticos disceptatum est. Apollonius et Herodianus penultimam acui jubent, ut in ἔνδον et ἔξω; alii ultimam circumflexerunt propter reliquorum adverbiorum locativorum in οι analogiam, quorum sententiam magis probamus. — Postremo Dorica et Syracusana afferuntur ἔνδοος et ἔξοος⁵⁾, quae fortasse ex ἔνδοθι et ἔξοθι facta sunt, ut δός e δόθι. Ipsum ἔνδοθ' traditum est Epich. 9. In fragmento, quod Sophroni e conjectura dedimus, fr. 27. b sunt ἔνδον et ἔξω.

Adverbia, quae huc pertineant, a substantivis derivata pauca quaedam extant: Ἴσθμοῖ Timocr. 1 secundum vulgarem usum, ἐν Πριανσιοῦ Cret. 2556 et ἐν Ἴσθμοῖ Simonid. fr. 209, praepositione casum locativum arguente vid. §. 29, 2, postremo πεδοῖ vel πέδοι (de accentu item disceptatur, ut in ἐνδοῖ⁴⁾) Aeschyl. Prom. 272, quam vocem Aeschylum e Sicilia accepisse suspicamur; ceterum pro πέδονδε est.

6) Nonnulla adverbia locum ubi designantia, quae a praepositionibus descendunt, quum vulgo in θεν vel θε terminentur, apud Dorienses ut apud Aeoles in θα exeunt⁶⁾. Afferuntur ejus generis a grammaticis πρόσθα,

respicens. — Apollon. 610, 20. ἔνδοι — ὅπερ ἐν χρήσει Συρακουσίοις καὶ Αἰολεῦσιν ἐστὶ, γινόμενον ἐκ συγκοπῆς τοῦ ἔνδοθι. — ἐβαρύνετο εὐλόγως καὶ τοπιῶν ἦν (ὄν?). οὐκ ἀγνοῶ μέντοι γε, ὅτι τινὲς τὸ ἐνδοῖ πειράζουσα περιέσπασαν τῷ λόγῳ τῶν εἰς οἱ ληρότων ἐπιπέδημάτων. — Joann. Al. 36, 7. τὰ δὲ ἀπὸ βαρυντόνων βαρύνεται, ἔξω ἔξοι, πέδον πέδοι· πέδοι δὲ βᾶσαι· Αἰσχυλὸς Προμηθεῖ διαμῶτη, ἔνδον ἔνδοι· ἔνδοι Πραξινοῖα· ὁ Θεόκρτος, οἶκος οἶκοι.

5) Theogn. Oxx. II, 162, 9 de ἔνδον: λῆγει δὲ καὶ εἰς δος· ἔνδος γὰρ λέγεται πολλάκις καὶ ἔνδοι. Ibid. 164, 10 de adverbii in ος: τὸ γοῦν ἔνδος, ἔξος βαρύνοντα Δῶρια. — Ann. Oxx. I, 345, 1 de adverbii in ος: παρὰ δὲ Συρῆακουσίοις τὸ ἔξος καὶ τὸ ἔνδος.

6) Apollon. de adv. 563, 19 — 604, 16 — 606, 16 (vid. L. I §. 29 not. 1. 3). — Macrob. II p. 310 Bip. „Δωριεῖς τὸ πρόσθεν

§. 44. De adverbii loci et temporis. 367

ἐμπροσθα, ἐνέρθα, ὑπερθα, ὀπισθα, quorum pars inter Doricam et Lesbiacam dialectum ambigua est. Deinde leguntur in tabb. Heracl. B, 17. I, 39 ἄνωθα et I, 9. 52 ἐμπροσθα. Eodem pertinent Hesychii glossae Laconicae: ἐξέσας, ἐξωθεν· Λάκωνες, ubi cum Hemsterhusio ἐξεσα i. e. ἐξεθα corrigendum esse satis evincit altera glossa aequae Laconibus vindicanda ἐντεσα, ἔσωθεν i. e. ἐντεθα, ἐποθεν, ἐποσθεν. Simul vocalis mutationem in esse vides. Similis glossa ἐξουθα, ἐκτός i. e. ἐξωθεν propter ω in ου mutatum Thessalica haberi possit. — Contra ἄπωθεν certa emendatione nostra Epicharmo restitutum est fr. 153, neque eas formas, quae post ν ascitum α in ε mutant, a Doride alieniora fuisse existimamus quam a Lesbiaca dialecto cf. L. I §. 29, 2. — Ceterum ab hoc adverbiorum genere ea diversa esse, quae cum significatione loci unde per terminationem θεν etiam apud Lesbios et Doros a nominibus et pronomibus ducuntur, ibidem et infra nr. 10 docetur. Ea, quae modo commemoravimus, a praepositionibus descendunt, ut quae in lingua Sanscrita praepositionibus suffixum stat addunt: a vastāt, ὀπισθεν ab ava — uparischtat, ὑπερθεν ab upari. Jam intelligis inter Graecas suffixi formas antiquiorem esse σθα vel σθεν, recentiorem θα vel θεν, eaque suffixa variis vocalibus cum praepositionibus jungi solere.

7) Locum in quem teste Ammonio (vid. not. 1 extr.) significant πῦς, cujus exemplum e Sophrone addit fr. 91, et ποῖ. Hujus in locum πῆ restituendum esse mox docebimus; de altera adverbiorum forma Dorica nemo praeterea antiquus quidquam tradit, sed ποῖς corrigendum esse et omnino Doridem terminatione οῖς pro vulgari οἰ usam esse liquidissime docent tituli Delphici nr. 1699. 1703. 1705. 1706, ubi forma ἀποτρέχουσα οῖς

πρόσθα dicunt καὶ τὸ ἐνθεν ἐνθα, quorum hoc minus recte inter Dorica refertur.

κα θέλη repetitur i. e. quo voluerit. Item apud Hesychium pro ἀμύς, ὁμοῦ, σὺν αὐτῷ fortasse corrigere licet ἀμοῖς, ὁμοῦ, quum οἱ et υ apud Hesychium promiscua sint. In ejusdem glossa ὕσειμι, ἐκεῖ βαδίζω, initium mutilum esse videtur; fortasse κήνοις εἶμι aut τήνοις εἶμι scriptum erat. Dubium ex omni parte est ἀλλῦς, quod apud Theognostum Ann. Oxx. II, 164, 10 (Bekk. 1316) inter adverbia in υς exeuntia sine dialecti vel potestatis significatione commemoratur. Attica adverbia in οἱ sigma abjecto ex antiquioribus illis formis, quas Doris servaverat, nata esse apparet, nec ποι, quod in foedere Argivorum legitur Thuc. V, 74 αἱ δὲ ποι στρατείας δέη, damnaverimus, quum enclitica vox breviorē formam facilius assumere potuerit cf. infr. nr. 13. Ceterum ποῖς e πόσε factum existimaverim.

8) Frequentius vel commemorantur vel leguntur adverbia in α, quae quum ab Apollonio ⁷⁾ juxta atque vulgaria in η locum in quem describere referantur, haud raro locum ubi indicare videntur. Itidem adverbia in η inter utramque notionem ambigua esse constat et Hermannus ad Eurip. Herc. fur. 1236 et ad Vig. p. 789 ποῖ et πῆ ita differre dixit, ut ποῖ motum notet, qui fit versus aliquem locum, πῆ simul et motum talem et quietem isto in loco, quo quis tendit. Nos discrimen, quod intercedit inter Attica ποῖ et πῆ, Dorica ποῖς et πᾶ, paullo aliter definiendum censemus ita: ποῖ et ποῖς motum notant, quo aliquid ad alium locum defertur; πῆ et πᾶ, quorsus, quam partem versus, nach welcher Seite hin, regionem describunt, quo aliquid conversum est vel quum movetur vel quum suum locum immutatum tuetur.

7) Apollon. de adv. 625, 10. τὰ διὰ τοῦ η (leg. ἦ) ὑπερφόρτα τροπήν μᾶλλον τὴν διὰ τοῦ α παραδίχεται ἢ τὴν διὰ τοῦ εἶ, πάντη πάντα, ἄλλη ἄλλη (leg. παντᾶ et ἄλλᾶ), quibuscum confer p. 616, 13, ubi πῆ et p. 624, 31, ubi ἦ locum in quem significare dicuntur. — Et. G. 464, 44. πῆ — οἱ Λωρεῖς διὰ τοῦ α ἀντὶ τοῦ ποῖ ἢ πόσε (leg. ποῖ ἢ πόσε).

Quae definitio quam sit in Doricis certe particulis vera, mox videbimus. Praeterea Dorica adverbia in α cum vulgaribus in η eam significationem communem habent, ut nihil fere ab adverbii in $\omega\varsigma$ diversa rationem et modum notent; multo tamen apud Dorienses eum usum latius patere demonstrabimus.

Aliae dubitationes horum adverbiorum formam tangunt. Primum Apollonius et alii adverbii in α iota adscribi docent⁸⁾; quod quum in codicibus et editionibus saepissime negligatur, in titulis Doricis ubique accuratissime servatur. Neque iota, in parte saltem illorum adverbiorum, grammaticorum praeceptis deberi, sed e summa antiquitate acceptum esse, vox $\chi\alpha\mu\alpha\iota$ docet, quam cum illis cognatissimam esse apparet. Ultimam in $\pi\alpha\upsilon\tau\tilde{\alpha}$, $\acute{\alpha}\lambda\lambda\tilde{\alpha}$, $\acute{\omicron}\pi\tilde{\alpha}$ a Doriensibus circumflexam esse supra docuimus §. 3, 10. Lysistratae, Pindari et Theocriti codices Doricam tonosin servare solent in $\pi\alpha\upsilon\tau\tilde{\alpha}$, negligunt in reliquis.

Jam istorum adverbiorum in titulis haec exempla reperiuntur: Heracl. I, 93 $\pi\epsilon\upsilon\tau\epsilon\kappa\alpha\iota\delta\epsilon\kappa\alpha$ $\pi\omicron\delta\omega\tilde{\nu}$ $\pi\alpha\upsilon\tau\tilde{\alpha}$ i. e. quoquo versus, I, 93 ($\acute{\omicron}\rho\omega\varsigma$) $\acute{\tau}\epsilon\tau\omicron\rho\alpha\varsigma$ $\acute{\alpha}\pi\acute{\epsilon}\chi\omicron\upsilon\tau\alpha\varsigma$ $\acute{\alpha}\pi'$ $\acute{\alpha}\lambda\lambda\acute{\alpha}\lambda\omega\tilde{\nu}$ $\tilde{\alpha}$ $\mu\acute{\epsilon}\nu$ $\tau\tau\iota\acute{\alpha}\kappa\omicron\tau\alpha$ $\pi\acute{\omicron}\delta\alpha\varsigma$, $\tilde{\alpha}$ $\delta\acute{\epsilon}$ $\acute{E}\tau\iota\kappa\alpha\tau\iota$ i. e. in alteram partem — in alteram; Corcyr. 1907 in epigrammate metrico mixtae dialecti $\tilde{\alpha}$ $\mu\acute{\epsilon}\nu$ — $\tilde{\alpha}$ $\delta\acute{\epsilon}$ translato sensu qua — qua, *einseits* — *anderseits*; Corcyr. 1845, 128 $\epsilon\iota$ $\delta\acute{\epsilon}$ $\tau\iota\varsigma$ $\pi\omicron\sigma\tau\alpha\tau\eta\sigma\alpha\iota$ $\epsilon\iota\varsigma$ $\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron$ $\tau\iota$ $\kappa\alpha\tau\alpha\chi\omicron\rho\eta\sigma\theta\eta\mu\epsilon\tilde{\nu}$ η $\kappa\alpha\tau\alpha\chi\omicron\rho\eta\sigma\alpha\iota\tau\omicron$ $\acute{\alpha}\lambda\lambda\tilde{\alpha}$ $\pi\alpha$, ubi $\acute{\alpha}\lambda\lambda\tilde{\alpha}$ $\pi\alpha$ potestate nihil fere differt ab $\epsilon\iota\varsigma$ $\acute{\alpha}\lambda\lambda\omicron$ $\tau\iota$ aut ab $\acute{\alpha}\lambda\lambda\omega\varsigma$ $\pi\omega\varsigma$; Astyp. 2483 $\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\theta\eta\mu\alpha$ $\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\theta\acute{\epsilon}\mu\epsilon\tilde{\nu}$ $\acute{\omicron}\pi\tilde{\alpha}$ $\kappa\alpha$ $\chi\omicron\rho\eta\tilde{\iota}\eta$ $\tau\acute{\alpha}\varsigma$ $\acute{\alpha}\gamma\omicron\rho\acute{\alpha}\varsigma$ (in Corcyraeis titulis supra nr. 1 $\acute{\omicron}\pi\acute{\epsilon}\tilde{\iota}$ ad simillimam formulam adhibitum vidimus); Cret. 2554, 75 $\tau\acute{\omega}\varsigma$ $\tau\alpha\upsilon\tau\tilde{\alpha}$ $\nu\acute{\omicron}\mu\omega\varsigma$ $\lambda\epsilon\gamma\epsilon\varsigma$ $\eta\upsilon\varsigma$ $\sigma\pi\epsilon\kappa\tau\alpha\tilde{\nu}\tau\epsilon\varsigma$, ibidem in finium descriptione l. 110 $\epsilon\iota\varsigma$ $\tau\acute{\alpha}\nu$

8) Apoll. de adv. 625, 1. $\tau\tilde{\eta}$ $\kappa\alpha\iota$ $\pi\epsilon\upsilon\sigma\tau\iota\kappa\omega\tilde{\varsigma}$ $\tau\acute{\omicron}$ $\pi\tilde{\eta}$ $\kappa\alpha\iota$ $\acute{\epsilon}\tau\iota$ $\tau\acute{\omicron}$ $\acute{\alpha}\omicron\rho\iota\sigma\tau\omega\delta\omega\tilde{\varsigma}$ $\acute{\omicron}\pi\tilde{\eta}$, $\pi\omicron\sigma\tau\iota\theta\eta\mu\acute{\epsilon}\nu\omicron\upsilon$ $\tau\omicron\upsilon$ $\tilde{\iota}$, $\kappa\alpha\theta\omega\tilde{\varsigma}$ $\kappa\alpha\iota$ η $\pi\alpha\rho\acute{\alpha}\delta\omicron\sigma\iota\varsigma$ $\delta\mu\omicron\lambda\omicron\gamma\iota$. — Choeroboscus in Et. M. 78, 28 iota instrui jubet $\acute{\alpha}\lambda\lambda\tilde{\eta}$, $\acute{\alpha}\nu\acute{\alpha}\tau\eta$, $\pi\epsilon\upsilon\phi\tilde{\eta}$, $\sigma\pi\omicron\upsilon\delta\tilde{\eta}$, $\epsilon\iota\kappa\tilde{\eta}$, $\acute{\omicron}\pi\tilde{\eta}$, $\pi\tilde{\eta}$.

ἄλλαν πέτραν, ἧ ἂ ταινία et l. 144 περιαιπέτιξ, ἧ αἱ στεφάναι — κῆς τὰν Ἀίγιρον, ἧ αἱ στεφάναι, ubi ἧ est quam partem versus ab εἰ, οὐ non ita diversum; Cret. 3053 ὄπᾳ ὦν ἰσᾶντι, ubi ὄπᾳ est pro ὅπως, ἴνα, qua potestate nescio an ὅπη nunquam utatur. Postremo ἕπερ i. e. ὡςπερ Amph. 1688 l. 15 recte a Boeckhio pro εἰπερ restitui videtur.

Apud Epicharmum et Sophronem nulla ejus generis adverbia leguntur praeter ὅμα, rectius ὄμᾳ Sophr. 92, quod pro ὄμῃ, de quo vide Jacobs. Anth. Pal. p. 31. 575, ὄμῶς esse videtur.

Multa sunt in Lysistrata (iota saepe neglecto):

πᾶ: v. 980 πᾶ τᾶν Ἀσανῶν ἐστὶν ἡ γερωγία i. e. quam partem versus, nach welcher Seite hin, quo eam, ut senatum inveniam, v. 171 pro πῶς.

πα indefinitum v. 155, ubi Dindorfius barbaram nonnullorum librorum formam πο probavit; οὔπα v. 1160 pro οὔπη vel οὔπω, quod ex οὔπως natum est. Ceterum fluidans harum vocularum potestas efficit, ut utroque in loco πα pro ποτε dictum videri possit.

ὄπᾳ: 1080 ὄπα σέλει i. e. θέλει et 1188 ὄπα τὸ λῆς pro ὅπως; 118 ὄπα μέλλομι γ' εἰράναν ἰδεῖν pro ὅπως, ἴνα. τᾶδε 180 i. e. ὡδε, οὔτως.

ἧ 1319 pro ὡς et eodem sensu ἧτε 1308, si nunc recte legitur⁹⁾, et ἧπερ 84. 1000. 1003. 1255. 1312.

παντᾶ (editur παντᾶ) 169. 180. 1013. 1081. 1096 pro πάντως.

In foederibus apud Thucydidem V, 77 est βουλευσαμένους ὄπα κα δικαιότατα δόξη τοῖς Πελοποννασίοις et V, 79 βουλευέσθαι — ὄπα κα δικαιότατα κληναντας τοῖς ξυμμάχοις i. e. pro ὅπως eo sensu, quo ὅπη usurpatum esse nescio. — In Acharnensibus v. 696 est ἧπερ pro ὡςπερ,

9) Legitur nunc ἧτε πῶλοι δ' αἱ κόραι παρ τὸν Εὐρώτων, quem pro δ' αἱ olim ταῖ vulgaretur, quare nescio an scribendum sit: ἧ δὲ πῶλοι ταῖ κόραι.

§. 44. De adverbii loci et temporis. 371

698 αἱ χ' εὔρητε πα pro πη, πως, 714 ἐγὼν δὲ καρυξῶ Δικαιοπόλιν ὅπα pro exhortativo ὅπως.

Apud Pindarum leguntur: Isthm. V, 56 πα encliticum, ὅπα Ol. XI, 10. 11 (utrumque, nisi fallimur pro exhortativo ὅπως), ibid. 58 pro ὅπως, quod eodem sensu sententiam continuat, N. III, 24 pro ὅπη, quorsum; ἤ τάχος Ol. VI, 23 pro ὡς τάχος; πολλῆ pro πολλαχόσε Ol. VIII, 23; παντᾶ pro πάντη saepe.

Apud Theocritum haec sunt:

πᾶ, quo II, 19. VII, 21. XI, 72. Ita accipe etiam II, 1 πᾶ μοι ταὶ δάφναι et XV, 33 ἄ κλαῖ τὰς μεγάλας πᾶ λάρνακος, eodem sensu, quem supra in Lysistr. v. 980 inesse diximus.

πα encliticum I, 59. 63. IV, 3. VII, 149. 151; idem XI, 28 pro πω e libris restituendum est. De πάποκα vide supra nr. 2.

τᾶδε II, 101, huc. Praeterea a Meinckio retentum est I, 12, ubi ipse in annotatione τεῖδε praefert, et V, 67, ubi libri omnes τῆδε aut τεῖνδε habere videntur vid. nr. 1, deinde V, 50. XI, 118, ubi fortasse e bonis libris τῆδε aut e conjectura τεῖδε reponendum est, quum motus significatio vix ferri possit vid. nr. 2.

ταυτᾶ ἔχει XV, 18 i. e. οὕτως ἔχει recte a Reiskio e meliorum librorum vestigiis, qui ταῦτ' ἔχει pro ταῦτά γ' ἔχει, proponi videtur; nam vocalium ratio in τούτᾶ, quod ex Epimenide supra nr. 2 attulimus, incredibilis est.

ἤ, quo XIII, 70. XIV, 42; ἤ τὰ Λύκωνος II, 76 i. e. quam partem versus, item I, 22 ἤπερ ὁ θῶκος, I, 13, V, 101 ἤ τε μυρῖκαι (ea enim genuina est lectio). Sed IV, 33 (τὸ Λακίτιον, ἤπερ ὁ πύκτας Αἴγων ὀρθώκοιτα μόνος καιτεδαίσατο μάσδας) necessarium videtur εἶπερ. Pro ὡς est in ἤ τάχος XIV, 68.

παντᾶ pro πάντη I, 55. VIII, 41. XV, 6.

ἄλλα II, 6. 127, alio.

αὐτᾶ i. e. αὐτως, eodem modo, restituimus XIV,

1 e meliorum librorum vestigiis vid. §. 32. 4.

9) Postremo omnibus, quae in fontibus minus etiam

puris leguntur, praetermissis, voculam $\tilde{\alpha}\chi\iota$ addimus, de qua dubitatio est paullo gravior. Dionysius enim grammaticus, qui e Dorico $\tilde{\alpha}\chi\iota$ colligit $\tilde{\eta}\chi\iota$ sine iota scribendum esse ¹⁰⁾, illud quoque iota carens invenit; contra Apollonius de adv. 624, 24, qui $\tilde{\eta}\chi\iota$ scribit ¹⁰⁾, non minus $\tilde{\alpha}\chi\iota$ praetulerit. Idem $\tilde{\eta}\chi\iota$ docet *τῆν εἰς τόπον σχέσιν* significare; quo jure, non intelligimus. quum apud Homerum ei voculae apertissime loci in quo significatio insit. Nec facile ad illam trahi possunt Dorici $\tilde{\alpha}\chi\iota$ exempla, quae e poeta anonymo, fortasse Callimacho, afferuntur ¹⁰⁾. Itaque eo inclinamus ut Apollonium non recte $\tilde{\eta}\chi\iota$ per paragogen ab $\tilde{\eta}$ ducere judicemus, rectius Aristarchum et Dionysium iota aspernari, qui haud dubie potestatem locativam in terminatione $\chi\iota$ inesse putarunt. Ea vero vocula $\tilde{\eta}\chi\iota$ vel $\tilde{\alpha}\chi\iota$ non minus solitaria et originis obscurae est quam $\tilde{\iota}\nu\alpha$.

10) Rectius ad adverbia in ϵ modo commemorata alia quaedam retuleris, quae pro vulgaribus in α correptum exeuntibus esse videntur vid. §. 3, 11. Primum Doricum $\tilde{\alpha}\mu\tilde{\alpha}$, quod pro $\tilde{\alpha}\mu\alpha$ vel $\tilde{\delta}\mu\tilde{\omicron}\tilde{\upsilon}$ esse putatur, accuratius ab Herodiano pro $\tilde{\alpha}\mu\tilde{\eta}$ esse dicitur, quae forma nunc non legitur nisi cum potestate indefinita in $\tilde{\alpha}\mu\tilde{\eta}\ \gamma\epsilon\ \pi\tilde{\eta}$ (eandem enim stirpem duplicem significationem assumpsisse, recte Buttmannus intellexit Gramm. II p. 361) et ab origine in unum significat sicut $\tilde{\alpha}\mu\tilde{\nu}\tilde{\delta}\tilde{\iota}\tilde{\varsigma}$, deinde non minore jure quam hoc una. Jam apparet rectius iota adscribi, de quo veteres grammatici dubitabant vid. §. 3 not. 20. Apud Callimachum Lav. Pall. 75 $\tilde{\alpha}\mu\tilde{\alpha}\iota$ editur parum recte. — Deinde $\kappa\rho\nu\phi\tilde{\alpha}$, quod rectius $\kappa\rho\nu\phi\tilde{\epsilon}$ scripseris, potius Doricum est pro $\kappa\rho\nu\phi\tilde{\eta}$ quam pro $\kappa\rho\tilde{\upsilon}\phi\alpha$;

10) Scholl. A. II. α, 607. Ἀριστάρχος τὸ $\tilde{\eta}\chi\iota$ χωρὶς τοῦ $\tilde{\iota}$ γράφει παρατίθεται δὲ ὁ Διονύσιος τοὺς Δωρικῆς λέγοντας $\tilde{\alpha}\chi\iota$, cf. Scholl. B. L. — Et. M. 417, 1. ἰστίον ὅτι τὸ $\tilde{\eta}\chi\iota$ τὸ γεγόμενον ἐπεκτάσει τῆς χ συλλαβῆς ὡς τὸ ναί, ναίχι, οἱ Δωρικῆς $\tilde{\alpha}\chi\iota$ λέγουσι διὰ τοῦ $\tilde{\alpha}$. $\tilde{\alpha}\chi\iota$ Δίχα μέγα σᾶμα. — τουτέστιν ὅπου τοῦ Δίχα τὸ μέγα μνημῖον καί· $\tilde{\alpha}\chi\iota$ ὁ κλεινὸς Ἀμφιτρωνίδης (leg. Ἀμφιτρωνιάδας).

conferas *κρυφάδεις*, quod commemorant Theognost. Oxx. II, 163, 22 et Joann. Al. 38, 27 i. e. *insgeheim*. Nec minus *διχᾶ* et *τριχᾶ*, rectius *διχᾶ* et *τριχᾶ*, sunt pro *διχῆ* et *τριχῆ* in duas et tres partes aut, si malueris, eodem sensu ac *διχῶς* et *τριχῶς*.

11) Adverbia a substantivis per suffixum *δε* derivata non reperimus in fontibus Doricis praeter *οἴκαδε* Thucyd. V, 77. Contra pro *οἴκαδε* Doricum dicitur *οἴκαδεις* a J. Gr. 243, b, *οἴκαδες* a Gr. C. p. 364 et (ubi Acharnenses spectantur) p. 230, item *οἴκαδες* Et. M. 617, 24 in recentiore additamento. Dialecto non nominata *οἴκαδεις* proparoxytonon inter adverbia in *δεις* commemoratur a Theogn. Oxx. II, 163, 22. Legitur *οἴκαδεις* Acharn. 708 (ubi lemma scholiastae *οἴκαδες*) et 745; Epicharmo fr. 19 ex *οἴκαδ' εἰς*, quod est in Athenaei codice P et editionibus VL, Heringa *οἴκαδες* restitui jussit, Dindorfius *οἴκαδεις* dedit. Recte hic, si quid videmus; nam *οἴκαδες* in scholiis Aristophanis calami lapsu scriptum et inde ad Gregorium et in Etymologicum magnum propagatum esse videtur. Doricam terminationem *δεις*, quam extra Doridem in *χαμάδεις*, *ἄμυδεις*, *ἄλλυδεις* et aliis apparet, tuentur etiam, quae Dorica vocantur, *χαμάνδεις*, *ἄγρᾶνδεις*, *Ὀλυμπιάνδεις* 11). Quaeritur, quomodo eae formae, quae *ν* pleonasticum habere videntur, explicari possint. In *Ὀλυμπιάνδεις* apparet suffixum *δεις* accusativo additum esse, sicut *δε* in *οἰκόνδε*, *ἄλαδε*, *Τροίηνδε*; item *χαμάνδεις* ad obsoletum substantivum *χαμά* (cf. Buttm. II p. 351) revocare licet. Refragatur *ἄγρᾶνδεις*, quod pro *ἄγρόνδε* esse putant vel pro *ἄγραδε*, quod Callimachus (vid. Buttm. II p. 351, ubi Lobeckius minus probabilia adnotavit) contra justam analogiam finxisse videtur; neque enim de nominativo *ἄγρᾶ* pro *ἄγρός* cogitari potest. Itaque suspicamur hanc vocem ex *ἄγορᾶνδεις* i. e. *ἄγορήνδε* corruptam

11) Theogn. Oxx. II, 163, 31 (Bekk. 1303). τὰ εἰς δεις ἐπιφῆγ-
ματα ἔχοντα πρὸ τοῦ δ τὴν ἀν συλλαβὴν διὰ τοῦ τ γράφεται καὶ Λυρία
ἔστιν, οἷον χαμάνδεις, ἀγρᾶνδεις, Ὀλυμπιάνδεις.

esse. Ceterum οἰκαδὶς ut οἰκαδε item ad accusativum οἶκα ab obsoleto nominativo οἷξ referri oportet.

12) Adverbia locum unde indicantia grammaticis¹²⁾ testibus in ω circumflexum exeunt pro vulgari terminatione οθεν vel ωθεν. Exempla afferuntur πῶ, τουτῶ, αὐτῶ, τηνῶ. De accentu consentitur; nam, quod Apollonius contra ipsius disertum praeceptum τουτῶ scripsisse fertur in Et. M. 773, 18¹³⁾, ad corruptelam revocandum est.

Nunc ejus adverbiorum generis haec exempla leguntur: Cret. 2554 in finium descriptione l. 112. 121. 123. 163 τουτῶ (Boeckhius parum recte τούτω scripsit et ἐκ e

12) Apollon. de adv. 604, 3. τὰ τῷ ὀ παριδρευόμενα παρὰ Δωρυεῦσι τῶν ἐπιρρήμάτων ἀπειράμις ἐν ἀποκοπῇ γίνεται τοῦ θεν καὶ ἐν μεταθέσει τοῦ ὀ εἰς ὦ, καθὼς προείπομεν, αὐτόθεν — αὐτῶ, αὐτῷ ὀ ρῆς Φύσκα, τουτόθεν — τουτῶ, τουτῷ θάμεθα. τῆδε εἶχε καὶ τὸ πόθεν λεγόμενον οὕτως πῶ, πῶ τις ὄνον ὠνασεῖται, cf. p. 622, 81, ubi eadem exempla, et p. 598, 9. — Id. de pron. 99. A. τὸ τουτῶ περισπούμενον ἐπιρρήματος ἔστι παραστατικόν, τουτῷ θάμεθα, Σώφρων. — Et. M. 698, 40 (Et. Or. 137, 12). τὰ τῷ ὀ παραληγόμενα ἐπιρρήματα ἀποκοπῇ τῆς θεν καὶ ἐκτάσει τοῦ ὀ εἰς ὦ γίνεται παρὰ Δωρυεῦσι· ὡς αὐτόθεν αὐτῶ, τουτόθεν τούτω (hoc om. Et. Or.). οὕτω καὶ πόθεν πῶ· καὶ παρὰ Σώφρονι (ἐν τοῖς Μίμοις add. Et. Or.)· πῶ τις ὄνον ὠνάσεται; (Et. Or. ὠναεῖται) ἀντὶ τοῦ πόθεν. — Ann. Oxx. I, 245, 30. πόθεν πῶ· αὐτόθεν αὐτῶ· τουτόθεν τουτῶ· παρὰ Σωφροναίου οὕτως λεγόμενα. — Et. M. 773, 18. τῷ σημαίνει τὸ ἐξ αὐτοῦ τοῦ τόπου. πολλὰ εἰσιν ἐπιρρήματα εἰς θεν λήγοντα, ἅπαντα ἀπεβαλλουσι τὴν θεν συλλαβὴν καὶ ἐκτείνουσι τὸ ὀ· ὡς πόθεν πῶ, αὐτόθεν αὐτῶ· καὶ γέγονε τούτω (fort. οὕτως καὶ γέγονε τὸ τῷ)· τοῦτο δὲ ὁ μὲν Ἀπολλώνιος δέξινει, ὁ δὲ Ἡρωδιανὸς περισπᾶ, λέγων ὅτι οὕτως ἔχει ἢ παράδοσις. Apollonius non adverbia ista loci unde acuit, vid. supra, sed Homericum τῷ (nunc τῶ), quod alia ratione explicuisse vensendus est. — Ann. Oxx. I, 163, 15. εἰ δὲ πον περισπωμένηται καὶ εἰς ὦ (sc. ἐπιρρήματα) Δωριά ἐστι. — Ann. Bekk. 942, 29. τὸ εἰς ὦ παράγωγα κωνὰ βαρύνεται, ἄνω, κάτω. πρόσκειται κωνὰ διὰ τὰ Δωριά, ὡς τουτῶ, αὐτῶ, τηνῶ. — Phot. s. v. πῶ μαλα: πῶ Δωρίων ἀντὶ τοῦ πόθεν, cf. de πῶ Ammonium supra not. l extr. — Hesych. πῶ, ποῦ, ὅθεν, ἐπόθεν (fort. πῶ, πόθεν, ὀπόθεν) et τοῦτο (leg. τουτῶ), ἐντεῦθεν.

praecedentibus suppleri jussit) et l. 158 τῶδε; in marmore Farnesiano saepe τουτῶ repetitur; μηδέπω i. e. μηδέποθεν restituimus Amph. 1688 l. 11. Apud Sophronem fr. 42 τουτῶ, 45. αὐτῶ, 89 πῶ; apud Theocritum III, 26 ἐς κύματα τῆνῶ ἀλεύμαι, ὡπερ τὰς θύνας σκοπιάζεται "Ολπις ὁ γοιπεύς, ubi τῆνῶ pro vulgata τῆνα e codice P (τῆνω 9) restitui oportet, accedente verissima scholiastae interpretatione ἐκεῖθεν ἀλοῦμαι, ὅθεν ὁ "Ολπις etc., qui optime praeterea ὡπερ pro ὅθενπερ esse intellexit; III, 10 τῆνῶθε (P. W. 9 τῆνῶ δέ) καθεῖλον, ὧ μ' ἐκέλευ καθελεῖν τύ, ubi et ὧ pro ὅθεν est et bonorum librorum lectio τῆνῶ δέ verior fuerit, quanquam Theognostus¹³⁾ e Theocrito τῆνῶθεν afferens eum ipsum locum spectare videtur. Dubium est in loco difficillimo XIII, 45 αὐτῶ (vulgo αὐτῶ), quod scholiasta interpretatur ἀντί τοῦ αὐτόθι (?), ὡσπερ αὐτόθεν ἐκ νεότητος. Idem αὐτῶ XI, 14 ὁ δέ τὰν Γαλάτειαν ἀείδων αὐτῶ ἐπ' αἰῶνος κατετάκετο φρυκιοῖσσας non potest pro αὐτοῦ esse, ut opinati sunt, sed videtur αὐτῶ ἐπ' αἰῶνος corrigendum esse et cum ἀείδων jungendum; conferas αὐτόθεν ἐξ ἔδρης (μετέειπε) Hom. II. τ, 77, ἔσπεισαν αὐτόθεν ἐξ ἔδρῶν Od. φ, 420, Heliodor. p. 2 Cor. αὐτόθεν ἀπὸ τῆς ῥαχίας.

Adverbia, quae quidem a pronomibus descendunt, in θεν desinentia non reperiuntur praeterquam μηδαμόθεν vel μηθαμόθεν Aetol. 2350. 3046, ὅθεν Epich. 126 et Acharn. 787, τῆνῶθεν Acharn. 720, τῆνῶθε Theocr. III, 10 (vid. supr.) et in epigrammate Nossidis Anth. Pal. VI, 354. Minus recte Boeckhiius in Latiorum decreto ad Tejos Cret. 3058, ubi traditur καὶ εἰ τινὲς κα τῶν ὁρμιμένων ατοθεν ἀδικήσονται τινα τῶν Τηῶν, corrigere vide-

13) Theognost. Oxx. II, 157, 9 (in Ann. Bekk. 1413 per errorem Choeroboscus nominatur) de adverbii in οθεν: τὸ τηλῶθεν διὰ τοῦ ὦ γραφὴν ποιητικῶς ἐκπέταται (leg. ἐκπέταται). τὸ δὲ Κριῶθεν ἀπὸ τοῦ Κριῶαθεν γέγονεν, συγκοπέντος τοῦ ἄ. — τοιοῦτω (leg. τοιοῦτω) δὲ καὶ τὸ τῆνωθεν παρὰ Θεοκρίτω. Hoc, nisi fallor, a Theognosto reliquis Herodianis additum est.

tur αὐτόθεν. Nam si comparaveris decretum Istroniorum nr. 3048 εἰ δὲ τινές κα τῶν ὀρμιομένων ἐξ Ἰστρωῶνος et decretum Sybritiorum nr. 3049 εἰ δὲ τινές κα τῶν ὀρμιομένων ἐξυβρίτας (i. e. ἐκ Συβρίτας) etc., nobis Λατῶθεν corrigentibus calculum addes. Adverbia in *θεν* a nominibus propriis derivata Doridi non ignota fuisse, Κορίνθουθεν docet in galea (Argivorum?) C. I. nr. 29.

Restat, ut de Doricorum adverbiorum in *ω* origine quaeramus. Antiquis grammaticis, qui πῶ apocope e πόθεν natum existimant etc., vix assentietur nunc quisquam. Nec rectius recentiores quidam Doricam in illis genitivi formam agnoverunt; nam Siculi, qui genitivos secundae declinationis in *ου* terminant, ut τούτου, αὐτοῦ, adverbia τουτῶ, αὐτῶ cum reliquis Doriensibus communia habent; praeterca genitivi τούτω, τήνω et adverbia τουτῶ, τηνῶ in severiore quoque Doride accentu differunt. Potius ea adverbia e pronominum ablativis nata putamus. Ablativus enim singularis, qui antiquissimo tempore, linguis Sanscrita et prisca Latina docentibus in *d* exibat, apud Graecos non minus quam apud Latinos paullo recentiores consonam finalem abjecit et πῶ, τουτῶ e πῶδ, τουτωδ facta sunt, ut eo ex eod.

13) Adverbia temporis, quae vulgo in *στε* exent, apud Dorienses testibus grammaticis¹⁴⁾ in *οκα* terminantur ut πόκα, ὄκα, ἄλλοκα pro πότε, ὅτε, ἄλλοτε. Nunc in titulis ejus generis nihil legitur praeterquam in Cret. 2556, 40. 3048. 3049. 3058 οἱ τόκ' αἰεὶ (τόκα αἰεὶ 3048.

14) Apollon. de adv. 606, 29 postquam adverbia in *στε* apud Aeoles et Dores *α* assumere docuit: διαφέρει δὲ πάλιν τὰ Λιολικὰ τῶν Δωρικῶν, ἧ τὸ μὲν Δωρικὸν τὸ *ε* εἰς *η* μεταβάλλει, ὅτε τὸ πότε πόκα ἐστί, τὸ ἄλλοτε — ἄλλοκα, ὅτε — ὄκα καὶ μετὰ περισσοῦ τοῦ *η* ὄκα· ὄκα δὲ γυνή. — Et. M. 620, 36. ὄκα δὲ τύνη εἶρη παρὰ Ἀλκμᾶν· τὸ ὅτε ὄκα λέγει ἡ διάλεκτος· εἶτα διπλασιάσασα ὄκα· περὶ παθῶν. — Ann. Oxh. I, 328, 20. τὸ ὅτε οἱ Λιολεῖς ὅτα λέγονται, Λάκωνες δὲ ὄκα· καὶ οἱ μὲν μόνον ἔγραφον τὸ *ε* εἰς *α*, οἱ δὲ καὶ τὸ σύμφωνον. — J. Gr. 243, b, Meerm. 659, Gr. C. 366 de τῶνα προ τότε. — Gr. C. 186 de ποκα, 257 de ἄλλοκα.

3049) *κοσμόντες* (*κοσμίωντες*, *κοσμοῦντες*). In Rhod. 2525, b. 85 minus Dorice est *ὅτε δέ κα*. Deinde apud Epichar-
mum *ποκ'* indefinitum est fr. 94, *οὔποκ'* et *οὐπάποκα* 94,
apud Sophronem fr. 50. 54 indefinitum *ποκά*, fr. 1 *ὄκα*,
apud Alcmanem *ποκά* 13. 25. (23. 82), *ὄκα* 14. 59. (25.
24), Lysistr. 105 *ποκά*, 1251 *ὄκα*, Acharn. 720 *ὄκα*;
apud Theocritum *πόκα* interrogativum IV, 7. V, 39. XV,
44, *ποκά* indefinitum saepissime, *ὀπόκα* XIII, 12 et con-
sona minus Dorice geminata *ὀππόκα* V, 98, *τόκα* VII,
154 etc., *ὄκα* relativum saepe, *ὄκα μὲν* — *ἄλλοκα δέ*,
modo — *modo* I, 36. IV, 17, *ἄλλοκα μὲν* — *ἄλλοκα δέ*
IV, 43. Postremo notatu dignum est apud Hesychium
ἔστοκα, *ἐνίότε παρὰ Ταραντίνοις* i. e. *ἔσθ' ὄκα*, *ἔσθ' ὅτε*.
— Non recte Dorienses in *ὄκα* subinde κ geminasse a
grammaticis traduntur, vid. §. 45, 3.

14) Adverbia modi in *ὡς* exeuntia cum vulgari ra-
tione saepe accentu differunt vid. §. 3, 9. Nunc id po-
tissimum in memoriam revocatum volumus, ea, quae ab
adverbiis ducuntur, circumflexum in penultimam ascii-
scere, *οὐτῶς*, *ἀλλῶς*, *παντῶς*, nec minus, si recte judi-
cavimus *ὀπῶς*, quibus *αὐτῶς* addendum esse, quanquam
nunc vulgare *αὐτως* apud Theocritum extat II, 133. III,
30. V, 40, eo magis confidimus, quod ipsum pronomen
oxytonon est. Demonstrativum *ὦδε* Epich. 18. 99 etc.
ex *ὡςδε* factum est, ut vulgo. Quae vox quod apud
Theocritum saepe locativa potestate utitur hic et huc,
vix e Doride hausta est. Relativum *ὡς*, pro quo semel
τῶς legitur Acharn. 728 (quo respiciens Gregorius p. 243
Doricum esse affirmat), eodem modo, qui in *ὦδε* conspi-
citur, sigma abjicit in *ὠτε*, quod a grammaticis Doricum
dicitur, exemplo Alcmanico, ut videtur (vid. Mus. Rhen.
VII p. 234), addito 15). Idem apud Pindarum libris ple-

15) Apollon. de pron. 61, B. οἱ δὲ βαρβαροῦσι τὸ φ (Pind. fr. 1)
Δωρικῶς δεχόμενοι ἀπὸ τοῦ ὡς, ὁμοίως τῷ ὦ τε χειρᾶτις (cod. *χειρῆ-
της*) *γινὰ οὐδὲν προμαθιουμένα*. — Id. de synt. 156, 20 ad idem
Pindari fragmentum: *ἐνίοι μόντοι τὸ ὦ ἐπιρῆματικὸν ἐνδείξιμένοι* —

En novem particulae formas Doricas (aut, si *aiFai* ab *aiél* discernis, decem), quarum pars Atticae et Ionicae dialectis communis est. Si addideris quatuor formas Lesbicas *aii*, *aiiv*, *ãii*, *ãiv* vid. L. I §. 29, 4 et Boeoticam *ñi* L. I §. 40 not. 1, quatuordecim conspiciuntur formae, non duodecim, quot Herodianus enumeravit. Nam in Etymologicis Parisinis, ubi plenus numerus reperitur, desunt *áiv* et *aié*, quanquam hoc quidem ab Herodiano commemoratum esse Theognostus docet. Ceterum, quae sint tantae varietatis causae, nunc quidem explicare non conabimur. Prae reliquis Doricis formis miramur Tarentinum *aiñ*, quia diphthongi *ei* in *η* mutatae nulla idonea causa apparet, et servarunt Tarentinorum coloni Heracleenses in *áei*.

2) Doricum esse *ai* pro *ei* nec minus *aiθe* pro *éiθe* saepissime grammatici testantur vid. §. 22, 5. Inter titulos illa forma utuntur Amph. 1688, Corcyr. 1850, Astypal. 2483. 2484; Cret. 2555, tabulae Heracleenses, nisi quod *éivτες* legitur I, 79. Promiscue *ai* et *ei* usurpantur in Rhod. 2525, b, Cret. 2556 et Creticis minoris fidei 2554. 3048. 3049. 3058. Solum *ei* reperitur in recentioribus Delphicis et Phocicis, in Corcyr. 1845. 1846, Ther. 2448 et aliis inferioris aetatis. Genuina Dorica forma *ai* (nam *ei* in recentioribus titulis e vulgari lingua acceptum esse apparet) ubique reperitur apud Epicharmum fr. 44. 94. 96, Sophronem fr. 65, in foederibus apud Thucydidem, in Megarensis verbis Acharn. 732. 738. 739. 754 (nisi quod *éιπερ* traditum est 720), praeurumque apud Theocritum, qui etiam compositis utitur *aiπερ* VIII, 37, *aiτε* — *aiτε* V, 74. 75, *aiθε* III, 12 etc., saepe apud Archimedem. Eadem forma apparet in *oionai* Epich. 106, *ώσπεραι* Epich. 5, *ώσπεραικ* i. e. *ώσπεραι* Sophr. 51 et maxime in *áika* pro *éav* vid. seqq.

Memorabili usu *ñ* pro *ei* in interrogatione indirecta positum est Heracl. I, 77 *ἀμφίστασθαι ἢ κα πεφνεύκωνται* i. e. anquirere num plantaverint, et Astypal. 2483. 2484 *διαψαφίζασθαι, ἢ* (Boeckhius correxit *ai*) *δοκεί αὐ-*

τὸν στεφανῶσαι θαλλοῦ στεφάνῳ i. e. deliberare, num placeat etc. En eundem particulae ἤ usum in interrogatione indirecta simplici, qui aliquoties apud Homerum relictus est, ut Il. VIII, 111 Ἐκτωρ εἴσεται ἢ καὶ ἐμὸν δόρυ μαινεται. ἐν παλάμῃσιν. Ceterum cum Heynio et Thierschio ἢ scribi maluerim, ut particula interrogativa ad interrogationem obliquam translata sit.

3) Pro particula ἄν Doricum est κα²) et ubique in purioribus Doridis fontibus reperitur. Atticum ἄν non est nisi in titulis recentibus, ut ἕως ἄν Phoc. 73 R. Vix enim recte ἄν pro εἰάν a Boeckhio agnitum est in titulis non infimae aetatis, primum Laconico nr. 1331, qui corruptior et mutilior est, quam ut quidquam inde intelligere possis, deinde in Aetol. 2350 τοὺς συνέδρους καταδικάζοντας τοῖς Κείοις τὰν — ζαμίαν, ἄγ κα δοκιμάζωντι κηρίους εἶμεν, quod Boeckhiius vertit: synedris potestas esto Ceis multam adjudicandi, postquam examinaverint damnum. At eo sensu ἐπεὶ κα δοκιμάζωντι scribi debebat, et multo melius leges ἄγ κα δοκιμάζωντι eam multam, quam justam judicabunt. Postremo Delph. 1706 ἔκτιμοι ἐόντω μὲν τριάκοντα Σελεύκῳ Σελεύκου, ἄς Σέλευκος θέλη, ubi Boeckhiius ἄς per assimilationem pro ἄν i. e. εἰάν esse vult, rectius scripseris ἄς Σέλευκος θέλη i. e. Seleucus ab iis triginta minas exigendi jus habeto, quamdiu volet (ἄς cum conjunctivo Lysistr. 173). Epicharmo fr. 79 οὐδ' ἄν εἰς pro οὐδέ εἰς hiatus vitandi causa donatum esse videtur. Apud Sophronem fr. 94 ἄν i. e. εἰάν non recte a Suida tradi, varietas Photiana prodit. In Lysistrata et Acharnensibus facilius toleraveris Atticum ἄν Dorico sermoni obtrusum; sed ne hic quidem usquam jure legi videtur. Nam Lysistr. 171 πᾶ καὶ τις ἄν πείσειεν αὐτὸν μὴ πλαδδίην apte mutabis in πᾶ καὶ τις ἀμπεύσειεν, v. 1080 τί κἂν λέγοι τις in

2) Ann. Oxx. I, 160, 1. κα σύνδεσμος· οἱ Δωριεῖς ἢ μετὰ τοῦ ἦ λέγουσι ἢ τροπῇ τοῦ ἦ εἰς ἄ. — Apollon. de adv. 604. ὁ κὲ σύνδεσμος κέν ἐσθ' ὅτε λέγεται παρὰ Δωριεῦσιν.

τι κα λέγοι τις, v. 1105 κᾶν λῆτε in καὶ λῆτε vid. §. 42 not. 11, v. 105 κᾶν ἐκ τῆς ταῦς ἐλση paullo violentius in καὶκ' ἐκ τῆς. Item Acharn. 757 pro ἀλλ' ἂν παχυρθῆ facile restituitur ἀλλ' αἰ παχυρθῆ. Apud Archimedes haud raro ἂν e vulgari lingua acceptum esse non miraberis.

Itaque genuina Doris ignorat ἂν et quorumcunque partem ea particula efficit, εἰάν sive ἂν, ὅταν, ἐπὴν sive ἐπᾶν; contra ubique particula κα utitur ejusque compositis αἶκα, ὄκκα pro ὄκα κα, ἐπέικα; rectius enim αἶκα quam αἶ κα et fortasse ἐπέικα quam ἐπεὶ κα scribi, mox demonstrabimus. Nunc de simplicis particulae forma videndum est. Grammatici etiam κεν Doricum esse tradunt ²⁾, quae forma Theocrito familiaris a purioribus fontibus aliena est, et miramur, cur Apollonius κεν pro κε frequentissimum apud Homerum e Dorica dialecto reperere voluerit. Idem Apollonius ³⁾ κα vocalem producere docet. Nunc et simplex κα et compositorum ultima apud poetas semper fere producuntur, ut Epich. 94. 137 κᾶ, ἄς κᾶ 19, αἶκᾶ 19. 111. 154 (ὄκκα 115 ambiguum mensuram habet), Acharn. 703. 765 κᾶ, Lysistr. 171. 180 κᾶ ex emendatione nostra, Theocr. ἐπεὶ κᾶ II, 100, ὡς κᾶ II, 142, αἶκᾶ I, 4. 5. 9. 61, III, 27, V, 20, XI, 61, ὄκκᾶ VIII, 68. Solum ὄκκα ultimam corripit Theocr. IV, 21 et in Nossidis epigrammate Anth. Pal. VI, 353, quae mensura nescio an non magis e genuina Doride petita sit, quam κε, αἶκε, quae idem Theocritus frequentat. Contra longae vocalis in hac particula singularis elisio certissime Dorica est; reperitur enim Tabb. Heracl. I, 53 αἶκ' ἔμπροσθα ἀποδίνωντι, I, 104 αἰ δέ χ' ὑπὸ πολέμου ἐχθελήθλωντι, Sophr. 51 ὡς περ αἶκ' ἐξ ἐνός κελεύματος, Epich. 19. 94. 95. 102 χ', 9 αἶκ', 10. 90 ὄκχ', Acharn. 698 αἶχ', 728 ὄκκ' et saepe apud Theocritum.

3) Apollon. de pron. 142, C. ἀμόν (Doricum) ἴσον ἐστὶ τῷ ἡμίτερον, ἀλλ' οὐχ ὡς τινες ὑπέλαβον ἐκ τοῦ ἐμός μετελήφθαι· οὐ γὰρ ποτε τὸ εἰς αἶ μακρὸν μεταλαμβάνεται, ὅτι μὴ ἐπὶ τοῦ κεν συνδέσμου. καὶ ταῦτα, εἰ δοθῆναι.

Inter composita ὄκκα male a grammaticis ⁴⁾ ex ὄκα geminata consona ortum putabatur, nec melius recentiores quidam illud certe ὄκκα, quod ultimam corripit, pro ὄκα esse existimarunt; nam * in ea voce non magis geminari potest quam in πόκα, τόκα, ἄλλοκα et ὄκκα pro ὄκα κα, ὅταν esse ipsa constructio atque sententia ubique docet vid. Butt. II p. 370. Recte ὄκα et ὄκκα distinguuntur in glossis Hesychianis: ὄκ' ἦ, ὅτε ἦ et ὄκκα σάσει (?), ὅταν τύχη. Jam vero, ut in ὄκκα particulae in unam vocem coaluerunt, ita rectius αἶκα quam αἶκα κ scribi videtur, suadente praeterea collocatione particularum Theocr. I, 5 αἶκα δ' αἶγα λάβη (cf. ὄκκα δ' ἐντύχω Epich. 19). Itaque ancipitem editionum usum ad eam normam constituimus. Plerumque tamen conjunctio δέ ante κα ponitur, ut αἶ δέ κα Heracl. I, 68. 74. 130, Theocr. I, 10. 23 (ὅτε δέ κα Rhod. 2525, b), nec minus indefinitum τις ante κα accipi solet, αἶ τινι (τινα, τινες) κα Heracl. I, 57. 69. 123, Cret. 3058, αἶ δέ τις (τινι etc.) κα Heracl. I, 71. 80. 103, Cret. 3048. 3049.

4) *Nal* potestatem affirmativam non solum Attico more cum μα et accusativo junctam habet, ut Epich. 14 ναὶ μὰ τὰν κράμβαν, 60 ναὶ μὰ Δία etc., sed etiam sine μα pro Attico νή, ut Acharn. 708 ναὶ τὸν Ἑρμᾶν, 740 ναὶ τὸν Διοκλέα, 764 ναὶ τὸν Ποτειδᾶ, Lysistr. 81. 86. 90 etc. ναὶ τὸ σιῶ, 206. 988 ναὶ τὸν Κάστορα, nec raro apud Theocritum, qui aliquoties articulum omisit II, 106 ναὶ Μοίρας, XXIV, 74 ναὶ ἐμὸν γλυκὺ φέγγος. Minus recte ναὶ σιῶ sine articulo scriptum erat Lysistr. 81, ubi nunc Dindorfius recte probavit Reisigii emendationem μάλα γ' οἰῶ ναὶ τὸ σιῶ.

5) De ὄν, quae forma universae antiquiori Doridi cum dialectis Ionica et Lesbiaca communis est pro οὖν, supra diximus §. 20, 11. Hic addimus singularem particulae collocationem inter praepositionem et verbum, quae

4) Greg. C. 242. τὸ ὄκκα ἀντὶ τοῦ ὀπηρῖκα καὶ ὀπότε καὶ ὀπου γρῶνται, cf. §. 14 not. 14.

Herodoto potissimum familiaris est, etiam apud Epichar-
mum reperiri fr. 19 ἀπ' ὧν ἠχθόμεν et fr. 82 ἐπ' ὧν
ἐπίομες. Similem collocationem supra §. 40 not. 3 in
Ther. 2448. VII, 10 restituimus: ὅσα κα μὴ ὧν πέπρωται.

6) Encliticam θην genuinae Atthidi ignotam Doris
cum epica dialecto communem habet, Syracusanorum
certe lingua. Legitur enim apud Sophronem fr. 10. 54.
92, Epich. 18 nec raro apud Theocritum. Eandem Ae-
schylus Prom. 930 Siculis debere videtur. Potestate non
multum a δή differt vid. Hartung. Partic. Gr. I p. 313.

7) ἄνις pro ἄνευ legitur Acharn. 800, quauquam
ibid. 764 ἄνευ in libris est. Idem commemoratur a Theo-
gnosto Ann. Oxx. II, 163, 8 ἄνις ἀντὶ τοῦ χωρὶς et legi-
tur praeterea Lycophr. 350, Nicand. Al. 419 et in epi-
grammate Cyrenaico Journ. des Sav. 1828 p. 184.

χωρὶς, quam formam grammatici προπερισπᾶσθαι do-
cent⁵⁾, pro χωρὶς legitur Ther. 2448. V, 7 et apud Cal-
limachum fr. 48, vulgare χωρὶς Coreyr. 1845.

ἄχρῖς, non ἄχρῖς, semper legitur in tabulis Hera-
cleensibus etiam ante vocales ut ἄχρῖς ἐς ποταμόν. Eadem
forma nescio an restituenda sit Coreyr. 1845, 135 pro
ἀχρῖς, quod Boeckhiius in ἄχρῖς mutavit.

De πέρυτις vel πέρυτι pro πέρυσιν diximus supra
§. 6, 7. Adverbia numeralia in κῖς non abjiciunt ς finale
nisi licentia poëtica, ut τετράκι in epigrammate metrico
Argivo nr. 35 Ross., τουτάκι Pind. P. IV, 28 et fr. 283 etc.

8) Ἐπειτεν, quod Ionicum pro ἔπειτα esse tradi-
tur ab Aelio Dionysio apud Eustath. 1215, 32 et dialecto
non nominata commemoratur a Theognosto Ann. Oxx.
II, 161, 29, legitur Acharn. 711 et Pindaro aliquoties a
Boeckhio restitutum est vid. Nott. Critt. ad Pyth. IV, 211.

ἐνεκα et ἐνεκεν eadem ratione differunt. Illud est
Megar. 1052, Rhod. 2525, b, Astyp. 2483. 2484. 2487
etc., hoc Calaur. 1189, Calymn. 2671, Astyp. 2488,
Gel. etc.

5) Et. M. 607, 23, Eustath. 122, 10 — 630, 25 — 1879, 55.

9) Ἄρμοι vel ἄρμοι (nam de spiritu dissentitur) Syracusanorum esse traditur pro ἀρτίως⁶⁾; altera explicatio, per ἀρμοδίως, quantum quidem nunc apparet, minus vera esse videtur. Legitur apud Theocritum IV, 51, Callimachum fr. 44. 230, Aesch. Prom. 618. Contra ἀρμῶ scriptum est in Pindari fragmento apud Eustath. Prooem. Pind. p. 12; dubia scriptura est apud Lycophronem Alex. 106 cf. Schneidew. ad Eustath. l. l. Tertia forma ἀρμῶ e Pherecrate Attico affertur⁶⁾ et a Doride abjudicatur.

10) ἕνας et ἐξένας, Laconice ἕναρ, solitis mutationibus sunt pro ἕνης, quod legitur Arist. Eccl. 796 vel ἐξένης Dio Cass. 47, 48 i. e. perendie. Praeter glossas Hesychianas⁷⁾ ἕνας reperitur apud Theocritum XVIII,

6) Et. M. 144, 49. ἀρμῶ σημαίνει τὸ ἀρτίως. ὁ δὲ τεχνικός λέγει, ὅτι παρὰ τοῖς Συρακουσίοις διὰ τοῦ ἰ γράφεται. ἐκείνοι γὰρ ἄρμοι λέγουσι κατὰ συστολήν τοῦ ὦ εἰς τὸ ὀ· ὡς παρὰ Καλλιμάχου· ἄρμοι γὰρ Δαναῶν γῆ ὡς ἀπὸ βουγείας: — σημαίνει τὸ ἀρτίως ἢ ἀρμοδίως, Ἄρμοι που κἀκείνῳ ἐπέτρεχε λέπτος ἴουλος: οὕτω Θίων ὁ Ἀρτεμιδώρου. προστίθῃσι δὲ, ὅτι τὸ ἀρμοῖ ψιλοῦμενον μὲν σημαίνει τὸ ἀρτίως, δασυτόμενον δὲ τὸ ἀρμοδίως. Μεθόδιος, ἔστι καὶ παρὰ Λυκόφρονι. — Eustath. 140, 13 et Ann. Oxx. III, 397, 8. ἀρμοῖ ἐπιτόρημα, ὃ δηλοῖ τὸ νεωσιτί, διφορεῖται μὲν κατὰ τοὺς παλαιούς· ἢ δὲ πλείων χρῆσις δασύνει αὐτὸ Συρακουσίων ὄν κατὰ τὸν τεχνικόν· ἀρμός γάρ φησι, ἀρμοῦ, ἀρμῶ καὶ συστολῆ ἀρμοῖ κατὰ τὸ ἕξω ἕξοι καὶ ἔνδοι ἔνδοι παρὰ Θεοκρίτῳ. — Eustath. Prooem. Pind. p. 12. ἀρμῶ, ἤγουν ἄρτι, ὃ παρ' ἑτέροις ἀρμῶι λέγεται, ὡς καὶ παρὰ Λυκόφρονι γινόμενον, ὅθεν καὶ τὸ ἀρτίως, οἶον· ἔλπισιν ἀθανάταις ἀρμῶ φέρονται, quod est fragmentum Pindaricum. — Ann. Oxx. I, 163, 13 de accentu adverbiorum in ω: εἰ δὲ που περισπωσθήσεται τὰ εἰς ὦ, Δώριά ἐστι· μόνον οὖν παραφυλάκτεον τὸ ἀρμῶ, ὅπερ ἐστὶ καὶ ἀρμοῖ, οὐ Δώριον. — Erotian. Lex. Hippocr. p. 50 ἀρμῶ· ἡσυχῆ, μικρῶς ὡς καὶ Φερενράτης ἐν Μεταλλεύσῳ. — Hesych. ἀρμοῖ, ἀρτίως, ἡσυχῆ, ἑλαφνης, προσφάτως et ἄρμῶ, ἀρτίως.

7) Hesych. ἕνας, εἰς τρίτην. — ἐξένας, εἰς τρίτην ἡμέραν. — ἕναρ, εἰς τρίτην· Δάκωνες. — ἐπέναρ, εἰς τετάρτην· Δάκωνες. — ἕνης, τὸ ἕνης, ὅπερ ἐστὶ εἰς τρίτην· Δωριεῖς δὲ νῆς λέγουσι, cf. Interrett. ad voc. ἕναρ. Male eodem retulerunt glossas εἶδας, εἰς αὐλον (quam ex ἕνας corruptam putant) et ἕναρο, αὐριον, quum ἕνας

14. Laconicum ἐπέναρ ab Hesychio explicatur εἰς τετάρτην, ut praepositio ἐπὶ eandem vim habeat, quam μετὰ in μεταύριον, perendie cf. apud eundem ὑπενες, εἰς τετάρτην. Corrupte νῆς Doricum dicitur ⁷⁾ pro ἔνης, cujus in locum νᾶς restituendum esse videtur. Ceterum vix dubium est, quin ἔνης et ἔνας olim primae declinationis genitivi fuerint, ita postea in adverbiorum naturam mutati, ut etiam cum praepositione εἰς jungi potuerint.

11) Mira forma utitur adverbium διπλεῖ Heracl. I, 61 vel διπλή Corcyr. 1845, quum διπλῆ postulemus.

§. 46.

Varia quaedam.

1) Pauca quaedam substantiva alio genere apud Dorienses utuntur atque in vulgari lingua. Primum femininum pro masculino est λιμός, ut Acharn. 709 in Megarensis oratione τᾶς λιμοῦ, quem locum spectant ii grammatici ¹⁾, qui feminini usum Doricum dicunt. Deinde masculinum pro feminino est ὁ φάρυγξ Epich. 9, quem locum et Phrynichus significare videtur, quum masculinum genus Epicharmo tribuit, et alii grammatici, quum Doriensibus ²⁾; ceterum masculini usum Atthis non omnino abhorret vid. Lobeck. ad Phrynich. p. 65. Terminatio simul mutata est in ὁ ψύλλος, quo Epicharmus

non sit cras, sed perendie. Nos cum his comparare malumus ἄας, εἰς αὔριον. Βοιωτοὶ et ἔνας i. e. ἔνης ἄς (pro ἐς ἄας) Creticum vel Argivum habemus vid. §. 14, εἶδας ex εἴσας corruptum existimamus.

1) Scholl. Arist. Acharn. 742 (709). Δωριεῖς δὲ θῆλυ λέγουσι τῆν λιμόν. Et. M. 566, 10. παρὰ μὲν τοῖς Ἀθηναίοις ἀρσενικῶς λέγεται ὁ λιμός, παρὰ δὲ τοῖς Δωριεῦσι θηλυκῶς ἢ λιμός, cf. Et. Gud. 371, 1. In Etymologici cod. Par. 346 teste Bekkero post Et. Gud. p. 950 locus Aristophaneus additus est.

2) Phrynich. p. 65. ὁ φάρυγξ ἀρσενικῶς μὲν Ἐπίχαρμος λέγει, ὁ δὲ Ἀττικῶς ἢ φάρυγξ et similiter Thom. Mag. p. 570. Et. M. 788, 37. θηλυκῶς μᾶλλον εἴθε λέγεσθαι, ὡς οἱ Ἀττικοὶ χρῶνται· ἀρσενικῶς δὲ οἱ Δωριεῖς προφέρουσιν. Similiter Choerob. ad Theod. 82, 9.

et Dorienses usi dicuntur ²⁾ pro ἡ ψύλλα; illud, quod apud Phrynichum p. 332 adeo barbarum audit, in recentiorem cōmūnem Graecitatem immigravit, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 332. Tum nonnullae voces in *ος*, quae vulgo masculino genere utuntur, declinatione, ut par est, simul mutata, apud Dorienses sunt neutrius generis: τὸ σκότος Epich. 19 e librorum lectione a nobis restituta, Gen. σκότειος Sophr. 80, quod vocis genus ne Attici quidem ignorant; τὸ σκύφος Epich. 61, quod non magis ab Attica consuetudine alienum est vid. Athen. XI, 498. D, sed masculinum τὸν σκύφον Sophr. 48; addimus τὸ μέγαρος pro τὸ μέγαρον, quae forma apparet e genitivo plurali μεγαρέων Sophr. 37 vid. Anecd. Ox. I, 277, 18. Postremo masculina pro neutris sunt ὁ τάρριχος, quo Epicharmus usus est teste Athenaeo III, 119. B. D, quum Attici utramque genus probaverint, et ὁ θάμβος, cuius singularem usum Simonides (Scholl. A. Hom. II. δ, 79) fortasse Doriensibus debet.

2) In comparativi et superlativi formatione nonnulla peculiaria aut certe notabilia observantur. Primum adjectiva in *ος* apud poetas Doricos irregulares comparativos et superlativos in *εστερος* et *εστατος* amant, neque Atticis neque Ionibus ignotos. Ab Eustathio in larga de ea re disputatione p. 1441, 11 seqq. ex Epicharmo afferuntur ἀλλοιέστερος, ἐπιηρεστέρα, ἀναγκαιέστατος, ὠραιέστατος, ex eodem εὐωνέστερος ab Athenaeo X, 424. D et Eustath. 746, 46 et διακονέστερος legitur in versu, qui eidem cum magna veri specie tribuitur fr. 159. Dinolochus Sicanus ex Eustathii testimonio γενναίεστατος dixit, Stesichorus ὑπερθυμέστατος, Aleman ἡδυμέστατος secundum Et. M. 420, 50; apud Pindarum sunt ἀπονέστερος et ἀφθονέστερος Ol. II, 60. 104, αἰδοιέστατος Ol. III, 44 (αἰδοιότατος P. V, 18), ἀρχαιέστερος fr. 20; ἐκαβολέστατος

3) Hesych. Phot. Suid. s. v. ψύλλα Epicharmam masculino usum esse tradunt. Scholl. Arist. Plut. 537 οἱ δὲ Λαοίτις ἀρσενικῶς λέγουσι τὸν ψύλλον.

est apud Archytam p. 30 Hartenst. Contrario modo peccatum est in *ὑγιώτερος*, Sophr. 61 inter muliebrium soloecismorum exempla. Apud eundem *καταπύγιος* fr. 22 a Dindorfio ad Steph. Thes. recte a *καταπύγων* duci videtur, ut ab *ἐπιλήσμων* fit *ἐπιλησμότατος* apud Aristophanem, non a *κατάπυγος*, quam vocis formam lexicographi commemorant. Α *πρόβατον* Sophr. 96 comparativum *προβάτερος* pro *προβατότερος* finxisse videtur et ab *οἷς*, *οἷς* ibidem *οἰότερος* 4). Postremo idem a substantivo *φῶρ* fecit *φώρτατος* fr. 28 5).

Quo jure Eustathius 6) *Δορες ἄσσιον* et *μάλλιον* pro *ἄσσον* et *μᾶλλον* dicere tradat, non apparet, neque magis num recte a Gregorio p. 463 *κάλιον* pro *κᾶλλιον* Doricum habeatur, quum certius Aeolicum sit vid. L. I §. 8, 11. — Ex uno Epicharmo fr. 164. commemoratur *βάσσων* pro *βαθίων* mutatione analogiam servante. De *κάρρων* pro *κρείσσων* supra dictum est §. 13, 4, de *κρέσσων* et *μέζων* §. 22, 6.

4) Et. M. 256, 30. ο δὲ Ἡρωδιανὸς λέγει μὲν καὶ τοῦτο οἱ συνεῖδραμε τὸ ἀριστος ἀριστερός καὶ τὸ δέξιος δεξιτερός· τοῦτο γὰρ συνεδρομὴ καὶ οὐ πλεονασμός, ὡσπερ καὶ παρὰ τὸ πρόβατον γίνεται προβάτιον· οἷος οἰότερον, ὡς λέγει Σώφρων. τοῦτο γὰρ οὐ λέγεται πλεονασμός, ἀλλὰ συνεδρομὴ τοῦ προβάτερον. οὕτω δεξιτερός ὡς ἀριστερός. In loco obscuro Sylburgius proposuit: *προβάτερον καὶ οἷος, οἰότερον* et deinde *πρόβατον* pro *προβάτιον*: Blomfieldius fr. 55 vult *προβάτερον, οἷον οἰότερον*. Neuter, si quid video, recte. Nos Sophronem *πρόβατον προβάτερον, οἷος οἰότερον* dixisse suspicamur, sed Herodiani nec verba nec sententiam extricare valemus.

5) Et. M. 573 extr. *μυπτίον Σώφρονα λέγοντα*· Φωροτάτους καπηλούς παρέχεται· οὐδὲ γὰρ τὰ εἰς *ω* λέγοντα ἔχηματα παρασχηματικῶν συγκριτικῶν καὶ ὑπερθετικῶν, ἐν ἀμαρτάνουσαν οἱ λέγοντες μαμάρτερος. Bene Blomfieldius correxit *φωροτάτους* et τὰ εἰς *ω*, nisi hic etiam rectius τὰ εἰς *ρ* scribendum est.

6) Eustath. 1643, 12 de iota pleonastico in *πολιπόρθιος, λισθιος, ὁμοῖος* etc.: *πρὸς τοιαύτην ἀκολουθίαν καὶ οἱ Δωριεῖς τὸ ἄσσον ἄσιόν φασιν, ὡς παραδίδοται, καὶ τὸ αἶψα αἶψιον καὶ τὸ μᾶλλον μᾶλιον· οὕτω δὲ καὶ τὸ ἔγγυς ἔγγιον*. Pessime de *αἶψιον* et *ἔγγιον* iudicatum est, qui sunt justii comparativi.

3) Inter deminutivorum genera nullum quidem est, quod Doridi proprium dici possit; paullo tamen frequentior apud Dorienses quam in reliquis dialectis terminatio *υδριον* fuisse videtur. Ea enim utitur *σκιφύδριον* Epich. 23 a *σκιφος* i. e. *ξίφος*, *μελύδριον* Theocr. VII, 51, *χερούδριον* Mosch. I, 13, postremo alia dilatatione accedente *Πριαμιλλύδριον* a *Πρίαμος* apud Epicharmum secundum Ann. Oxx. IV, 254, 8, cf. Theogn. Oxx. II, 126, 23 (Bekk. 1413), ubi auctoris nomen non proditur.

4) Dorienses feminina in *ω* amasse videntur. Propria certe illis sunt, quae Hesychius affert: *άνθρωπώ*, *ή γυνή παρὰ Λάκωσι* et *κινώ*, *κίησις*, *Δωριεύς*. Praeterea huc referimus *Συρακώ*, qua forma Epicharmus fr. 166 Syracusas appellavit vid. §. 22, 9, *μελλώ* Aeschyl. Ag. 1329, quam vocem poëta cum aliis multis e Sicilia apportaverit, *μορφώ* Archyt. ap. Stob. Ecl. I p. 710; nam *ἔστῳ* Archyt. Stob. Ecl. I p. 81 et *εὔεστῳ*, qua voce Aeschylus ter utitur, potius ad Ionicam originem revocanda esse videntur.

5) E substantivis neutrius generis in *αρ*, de quibus disputavit Lobeckius Parall. p. 204, duo ad Siculos referuntur: *σῦφαρ* 7), quod Sophron fr. 8 in decrepiti senis convicium vertit et *μῶμαρ* 8), qua voce Siculi (comicus quidam, nisi fallor) stultum appellasse feruntur, Quae voces quanquam non videntur Siculis peculiaries fuisse, attamen suspicari licet eos rarioribus et fere obsoletis nominibus in *αρ* saepius quam reliquos Graecos usos esse. Nec dissimile est Sophroneum *νίκωρ* Herod. π. μ. λ. 32, 24.

6) Gentilia in *ἴνος* in ipsa Graecia ignota, in orientalibus coloniis rara, ut *Ἀμοργῖνος* ab *Ἀμοργος*, rectis-

7) Scholl. Nic. Al. 91. τὸ ἐπιπολάζον τῷ γάλακτι, ὅπερ οἱ Σικελοὶ σῦφαρ καλοῦσι. Vulgo ὄφτως γῆρας significat vid. Hesych. et ibi interpret., Et. M. 737 in.

8) Fest. „momar, Siculi stultum vocant.“ Eadem voce teste Isidoro in Glossis Plautus usus est in hoc versu: „quid tu, o momar, Sicule homo, praesumis“, vid. Intt. ad Hesych. s. v. *μῶμαρ*.

sime a Stephano ⁹⁾ Siciliae potissimum et Italiae vindicantur, ubi nihil frequentius, ut *Ἀκραγαντῖνος*, *Λεοντῖνος*, *Ταραντῖνος*, *Μεταποντῖνος* etc. Ea Italicarum linguarum viciniam, unde Siceliotae et Italiotae eam terminationem assumpserant. — Obscura sunt, quae de Rheginorum adjectivis in *ωσιος* a genitivo plurali derivatis tradantur vid. L. I §. 30 not. 6. Exempla apponuntur *ἀνακώσιος* et *χαριτώσιος*, voces aliunde non cognitae; nam *ἀετώσιος* a grammaticis fictum est, unde *ἐτώσιος* duceretur.

7) Addimus voces quasdam, quas Siceliotarum et Italiotarum lingua cum Latina communia habet. Primum nummorum et ponderum multa nomina:

νόμος sive *νοῦμμος* apud Italiotas et Siceliotas monetae nomen fuisse traditur ut Latinum *nummus* ¹⁰⁾. Hanc formam genuinam esse accurata grammaticorum testimonia docent et legitur in Tab. Heracl. I, 75; *νοῦμμος* apud Pollucem scriptum est etiam in Epicharmi locis

9) Steph. Byz. s. v. Ἀμπέλος: ὁ πολιτῆς Ἀμπελῖνος ὡς Ἀσσωρῖνος, Ἀβρακαῖνος· ὁ γὰρ τύπος τῶν Ἰταλῶν. — Id. s. v. Ἀβρακαῖνον — τὸ ἔθνηκόν Ἀβρακαῖνος, ὁ οὐκ ἀγθὲς Σικελῶν, Μεταποντῖνος, Λεοντῖνος, Βρεντεῖνος, Ταραντῖνος, Ἀρῆγῆτινος, Ἀσσωρῖνος, Ἐρυνῖνος.

10) Phot. et Suid. νόμος — Λωρῆς δὲ ἐπὶ νομισματος χρῆται τῆ λέξει καὶ Ῥωμαῖοι παραστρέφαντες νοῦμμον λέγουσι. — Ann. Bekk. 100, 24. νόμον; τὸ νόμισμα, εἴς οἱ Ἰταλικοὶ νοῦμμον καλοῦσι. — In Scholio ad Gregor. Nazianz. apud Jungerm. ad Poll. IX, 87 νόμος scriptum est et μῶν aperte e νόμων corruptum. Idem μῶν, quod multo facilius e νόμων quam e νοῦμμων corrumpi poterat, est apud Suidam s. v. τάλαντον et Scholl. II. ε, 576 in ejusdem argumenti locis qui ex Apollodori libro de Sophrone manaverunt vid. Boeckh. p. 311. — Varro de L. L. V, 36 „in argento nummi; id a Siculo.“ Item Festus p. 172. 173 Müll. in loco nunc misere mutilo vocem nummus a Graecis derivaverat, quem Paulus Diaconus in hunc modum excerpsit: „nummus ex Graeco nomismate nascitur.“ — Pollux IX, 79. ὁ δὲ νοῦμμος· δοκεῖ μὲν εἶναι Ῥωμαίων τοῦτομα τοῦ νομισματος· ἔστι δὲ Ἑλληνικὸν καὶ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ καὶ Σικελίᾳ Λωρῶν (adduntur Epich. 92. 93 et Aristotelis testimonium). Id. IX, 87 νοῦμμος ex Aristotele affert de Siculorum talento disserente.

fr. 92. 93 et in Aristotelis verbis de Tarentinorum politia loquentis. At apud Epicharmum metrum primam syllabam brevem postulat; praeterea rectissime antiqui grammatici intellexerunt, vocem origine Graecam esse ut νόμισμα et e Graecis coloniis ad Romanos perlatam. Quare non dubitamus, quin Aristoteles quoque νόμος scripserit et altera scriptura recentissimo demum tempore e Romana lingua ficta sit, quanquam Boeckhius hanc non damnavit, egregie in reliquis de νόμῳ disputans in Disquis. Metroll. p. 310.

λίτρα Siceliotarum est pro Romanorum libra, et pondus et nummus ¹¹⁾. Legitur in titulis Tauromenitanis, Epich. 5. 6 et Sophr. 26, praeterea apud Simonidem fr. 196 in tripodis a Galone dedicati inscriptione et comicos Atticos Philemonem aut Diphilum in Sicelico et Posidippum in Galatea (Poll. IV, 175 et IX, 81), quae fabulae ad res Siculas pertinebant. Composita sunt ἡμίλιτρον ⁶⁾ sive ἡμίλιτριον, quae forma ex Epicharmi Chirone affertur ⁶⁾ et metri gratia restituta est Epich. 5, δεκάλιτρον ⁷⁾, quo utuntur Epicharmus fr. 6 et Sophron fr. 60, πεντηκοντάλιτρον, quo nomine teste Diodoro XI, 26 Siceliotae nummum Damaretium appellabant cf. Boeckh. p. 305, praeterea de pondere adjectivum τετρακοντάλιτρος, quo Dinolochus usus est, vid. §. 34, 1. Sophocles voce

11) Pollux IV, 173 seqq. voce λίτρα Siculos comicos de pondere et nummo usos esse tradit, exempla affert λίτρα et δεκάλιτρον e Sophr. 26. 60, τετρακοντάλιτρος e Dinolocho, deinde Aristotelem in Agrigentinarum et Himeraeorum politiis de λίτρα, ἡμίλιτρον, δεκάλιτρον cf. IX, 80. 81. — Phot. λίτρα: ἦν μὲν καὶ νόμισμά τι ὡς Δίφιλος· ἐπὶ δὲ τοῦ σταθμοῦ Ἐπίχαρμός τε καὶ Σώφρων ἐχρήσαντο· Σοφοκλῆς δὲ λιτροκόπον φησὶ τὸν ἀγγυραμοιβὸν ἀπὸ τοῦ νομίσματος. Ann. Bekk. 105, 32. ἦν μὲν καὶ νόμισμα Σικελικόν· ὅτι δὲ καὶ ἐπὶ σταθμοῦ, Ἐπίχαρμος Ἐλπίδι ἢ Πλούτῳ cf. Eustath. 1282, 42. — Hesych. λίτρα, ὀβολός· οἱ δὲ νόμισμα παρὰ Σικελίους. οἱ δὲ ἐπὶ σταθμῶν, οἱ δὲ Ῥωμαῖοι δὴ τὸ β λίβρα. — Id. λιτροκόπους, ἀγγυραμοιβὸς ἀπὸ τοῦ Σικελικοῦ νομίσματος, ὃ καλεῖται λίτρα. Ceterum vide Boeckh. p. 292 seqq.

λίτροσκόπος usus fertur ⁶⁾, scilicet, si quid videmus, in fabula ad res Siculas pertinente. Recentiores Graeci Romanam libram apte per λίτρα expresserunt. Sed verissime Boeckhius p. 293 iudicavit, vocem λίτρα, quae in Graeca lingua non habet quo referatur, a Siculis ex Italia acceptam esse.

ὄγκια vel οὐγκία apud Siculos Romanorum unciam exprimebat ¹²⁾. Illa forma, qua Epicharmus et Sophron usi traduntur (ὄγγια per errorem apud Eustathium scriptum est), egregie eo confirmatur, quod nummo Syracusano (vid. Boeckh. p. 365) ΟΙΚΙ inscriptum est. Parum recte Pollux Aristoteli οὐγκία obtrusit recentiorem usum secutus, qui Romanam pronuntiationem accurate imitabatur. Nec recte ἡμιούγκιον ex Epicharmo afferri videtur. Siculum poëtam ἡμιόγκιον scripsisse putamus et eidem fr. 5. 6 ex insignibus librorum corruptelis πεντόγκιον restituumus. Ceteram dubitare noli, Siceliotas vocem ὄγκια ab Italis mutatos esse.

ἕξας, qui commemoratur ab Epicharmo fr. 6, τέτρας et τριάς Sicula nummorum nomina sunt ¹³⁾, aperte ad Romanorum sextans, quadrans, triens similitudinem ficta. Grammaticorum de τέτραντος et τριάντος valore errores rectissime Bentlejus et Boeckhius p. 293 profligarunt et illum ter uncias tenere ut quadrantem,

12) Phot. ὄγκια: τὸν σταθμὸν Σώφρων καὶ Ἐπιχάρμος. — Eustath. 1282, 42. παρ' Ἐπιχάρμου, ὃς καὶ ὄγγια λέγει καὶ λίτραν. — Poll. IV, 175 et IX, 80 Aristotelem in politia Himeraeorum οὐγκίαν, Sicularum nummum, commemorantem affert.

13) Pollux IV, 175 ex Aristotelis politia Himeraeorum: Σικελιώται τοὺς δύο χαλκοὺς ἕξαντα καλοῦσι, τὸν δὲ ἓνα οὐγκίαν (MS. Jung. οὐγκίαν), τοὺς δὲ τρεῖς τριάντα (C. A. τριάντα). — Id. IX, 80 indidem ut Sicularum nummorum nomina: οὐγκίαν (ita Jung. e codice pro οὐγγίαν), ὅπερ δύναται χαλκοῦν ἓνα, καὶ ἕξ τάλαντα (male correperunt διέξαντα, rectius Bentlejus ἕξαντα), ὅπερ ἐστὶ δύο χαλκοῦς, καὶ τρία τάλαντα (Bentl. recte τριάντα, alii male τριξάντα), ὅπερ τρεῖς. — Hesych. τριάντος πόρνη, λαμβάνουσα τριάντα (cod. τριάκοντα), ὃ ἐστὶ λεπτά ἑκοσι. — Id. τετραίνθα, τετραγώνον τι σχῆμα· δηλοῦ δὲ καὶ τοὺς τέσσαρας χαλκοὺς.

hunc quatuor ut trientem demonstrarunt. Accentus earum vocum satis dubius est. In libris modo ultima acuto aut circumflexo instructa est, modo penultima acuto. Nos *τρίας* etc. praetulimus propter Latini triens analogiam, quanquam liceret etiam *τριάντιος* cum triéntis conferre.

κύβητον, Lat. cubitus, Siceliotarum vox esse videtur, unde Epicharum *κυβητίζων* derivatur¹⁴). Eadem tamen voce Iones et Hippocrates usi sunt, ut non ab Italis acceptam esse appareat.

κάρκαρον apud Sophronem carcerem significabat, apud Rhinthonem stabulum¹⁵). Vox Italis deberi videtur; nam quae apud Graecos similia sunt, diversam potestatem habent.

μοῖτος, Sicula vox, unde Varro mutuus dicit, vid. Sophr. fr. ult.

πανός; quod Messapiorum esse dicitur pro panis, vix recte ab Italiotis et Siceliotis receptum putatur. Nihil enim cum ea voce cohaerere videntur *πανία* pro *πλησμονή* et *τὰ πάντα* pro *τὰ πλήσμια*, quae e Siculis et Tarentinis poëtis afferuntur¹⁶).

πατάνα est apud Sophronem fr. 31 (neutrum *πάτανον* commemorat Pollux VI, 90 cf. Hesych. *πάτανα*, *τροβλία*), unde descendit compositum *πατάνευσις* anguillae epitheton apud Epicharum Poll. VI, 90 et diminutivum *πατάνιον*, cujus rustica forma *βατάνιον* diserto testimonio

14) Poll. IV, 141. καὶ κύβητον εἶποις ἂν ὡς Ἰπποκράτης. δοκεῖ δὲ εἶναι Λωρῖκὸν τοῖνομα τῶν ἐν Σικελίᾳ Λωρῖων. ὅθεν Ἐπίχαρος καὶ τὸ παῖνι τῶ ἀγκῶνι κυβητίζων λέγει. — Phot. κύβηττον: Ἴωνες τὸ ἄκρον τοῦ ἀγκῶτος· οὕτως Ἐπίχαρος, quae manca esse videntur. — Hesych. κυβητίζω, τοῖς ἀγκῶσι πλήττω et κυβητόν, ὁ ἀγκῶν. De Hippocratis usu cf. Erotian. et Galen. Gloss.

15) Phot. κάρκαρον· τὸ δεσμωτήριον. οὕτως Σώφρων. — Hesych. κάρκαρα — ἔνοι τὰς μάνδρας· Ρινθῶν.

16) Athen. III, 111. C. πανός, ἄρτος, Μεσσάπιοι. καὶ τὴν πλησμονήν πανίαν καὶ πάντα τὰ πλήσμια Βλαῖσος ἐν Μεσοτρίβῃ καὶ Λειώλοχος ἐν Τηλέφῳ Ρινθῶν τε ἐν Ἀμφικτύωνι καὶ Ῥωμαῖοι δὲ πάντα τὸν ἄρτον καλοῦσι.

Sicula vox dicitur ¹⁷⁾. Et deminutivum quidem frequentatur apud Atticos poëtas mediae et novae comoediae, sed tribus certe in locis ita, ut Sicula origo appareat, primum in Eubuli *Κατακολλωμένων* Meinek. III p. 228 ex Athen. IX, 396. A et Poll. X, 107 *καὶ πικτὰ Σικελὰ πατανίων σφραγύματα* (Athenaei libri *πατανίων*), deinde apud eundem Ebulum p. 265 Mein. *Σικελικὰ βατάνια*, postremo in Alexidis Asclepioclide Meinek. III p. 394:

*Οὕτως θ' ὄψοποιεῖν· εὐφραῶς
περὶ τὴν Σικελίαν αὐτὸς ἔμαθον, ὥστε τοὺς
δειπνοῦντας εἰς τὰ βατάνια ἔμβालεῖν ποιῶ
ἐπίστετε τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τῆς ἡδονῆς.*

Itaque reliqui non minus aut de Siculis rebus loquentes ea voce uti aut a Siculis eam mutati esse videntur. Scriptura valde ambigua est inter *πατάνιον* et *βατάνιον*. Nam quam Pollux X, 107 *πατάνιον* afferat ex Eubuli *Catacollomeno*, Antiphanis *Enthydico* Mein. III p. 51 et Alexidis *Asclepioclide*, *βατάνιον* e solo Hipparcho, novae comoediae poëta Meinek. IV p. 432, Athenaeus IV, 169. D in iisdem Antiphanis et Alexidis locis *βατάνιον* scriptum invenit, contra *πατάνια* in Antiphanis *Γάμων* Mein. III p. 39, ubi Antiatticista ¹⁷⁾ *βατάνια* legit, *Πατανίων*, coci nomen, in Philetaeri *Oenopione* Mein. III p. 292, postremo in Eubuli *Ione* Mein. III p. 223 *πατάνια* et *βατάνια* mirum in modum conjuncta; *βατάνιον* ab Hesychio Siculum dicitur, ab Antiatticista Alexandrinis tribuitur, a Polluce ad rusticam pronuntiationem refertur ¹⁷⁾, hoc recte, nisi fallimur. Ceterum *βατάνη* legitur apud Matronem *parodum* Ath. IV p. 136. D. Deminutivi tertii forma accedit *πατάνιον*, quam Athenaei libri in Eubuli

17) Hesych. *βατάνια*, τὰ λοπάδια· ἡ δὲ λέξις Σικελική. Id. *πατάνια* — τινὲς δὲ διὰ τοῦ β̄ *βατάνια* λέγουσι. — Poll. X, 107. ἐν δὲ ταῖς Ἰππάρχου Παννυχίων εὐρησθαι φασὶν κατὰ τὴν τῶν ἰδιοῦτων συνηθειαν ἐρημίον *βατάνιον*. — Antiatt. Bekk. p. 84, 15. *βατάνια*, τὰς λοπάδας ὡς Ἀλεξανδρεῖς. Ἀντιφάνης Γάμων. Phot. *πατάνια*: τὰ ἐκπέταλα καὶ τὰ ἀνακτεταμένα λοπάδια· οἱ δὲ πολλοὶ διαστρέφουσιν ἕως Ῥωμαϊκὸν τὸ ὄνομα.

Catacollomeni loco supra allato tunc addicente Hesychii glossa παντάνα, τρουβλίον. Itaque omnibus comparatis satis certum habemus, Siceliotas vocem πατάνα e Latino patina fecisse (nam apud Latinos eadem stirps latius regnat ut in patera), eamque et per rusticam pronuntiationem in βατάνα (fortasse etiam παντάνα) corrupisse et ad reliquos Graecos recentiores transmisisse.

πόλτος, qua voce Epicharmus utitur fr. 11, item a Latinorum pulsa descendere visum est nonnullis 18). Sed quum jam Alcman eandem noverit, ab origine Graeca esse videtur.

ξογός, Siculam nomen 19) horrei granarii fortasse cum Latino rokus recte componitur, quanquam hujus significatio ad aliam rem detorta est.

§. 47.

De universa Doride.

1) Postquam singulatim expositum est, quibus rebus vel universa Doris vel varia ejus genera cum reliquis Graecae linguae dialectis, praecipue cum Attica et cum lingua vulgari discrepauerint, restat ut dispersa colligamus atque in unum conspectum redigamus. Itaque infra varias Doridis discrepantias accuratius distinguemus atque describemus, quam ab antiquis grammaticis (vid. §. 2, 2) factum est; nunc levioribus omnibus et incertioribus omissis in succinctam enarrationem congerenda sunt, quibus omnium Doriensium lingua insignis fuit. Enumerabimus non solum, quae Doridi peculiariora sunt, sed etiam quae cum Aeolicis dialectis communia.

18) Varro de L. L. V, 105 „puls: haec appellata vel quod ita Graeci, vel ab eo unde scribit Apollodorus, quod ita sonet, quum aquae ferventi insipitur.“ Apollodorus, Heynio suspicante id Apollod. I p. 441, id dixerat in libro περι Ἐπιχάρμου.

19) Poll. IX, 45. ταῦτα δὲ (τὰ σιτοβόλια, τὰ πυρῶν ταμεία) ἰσοῦς Σικελιώται ἀνόματον· καὶ ἔστι τοῦνομα ἐν Ἐπιχάρμου Βουσίλιδι. — Iesych. ξογοί, ὄροι (?) σικενοί, σιτοβαλῆνες.

In accentus ratione Doris ignoravit Lesbiorum barytonesin, adeo acuti paullo amantior fuit quam Atthis, maxime vero cum hac eo differt, quod antiquum accentum propter literarum vel pronuntiationis rationem mutatam aut aliis de causis ab Atthide desertum saepe religiose servavit. — Ad Lesbiam psilosin quum antiquior Doris inclinare videatur, attamen in universum a vulgari spiritus ratione non multum receditur. — Digamma antiquior Doris e vetustissima lingua non minus retinuerat quam Aeolicae dialecti, quum in Iade et Atthide diu obsolevisset; sed inde a quinto fere saeculo pars Doriensium aversari id atque abjicere, quum pars, turbato tamen magis magisque usu, diutius retineret. — Inter consonas antiquum τ , quod ab Ionibus, Atticis, Lesbiis in σ mutatum est, a Doriensibus tenebatur, quem usum Boeoti in plerisque communem habent. Literam κ oppa ejusque priscum sonum sola antiqua Doris (si Crotonias Achaeos Doribus adnumerare licet) servasse videtur. Item Doridi peculiare est, quod in verborum in $\zeta\omega$ declinationis ubique ξ pro vulgari σ conspicitur vid. §. 11. Quod non e summa antiquitate traditum esse docuimus sed e rudiore quodam consonarum concursu natum, unde non minore jure Lesbiacum $\sigma\sigma$ prodiit (L. I §. 9), quod a Boeotis in $\tau\tau$ mutatum est (L. I §. 37, 3), ab Ionibus et Atticis in simplex σ . — Inter vocales α pro ε et o positum cum Doribus plerumque Boeoti commune habent (L. I §. 38), certe ubi α vetustum esse videtur, rarius Aeoles (ut Dor. $\alpha\lambda\lambda\omicron\kappa\alpha$, Lesb. $\alpha\lambda\lambda\omicron\tau\alpha$ — Dor. Lesb. $\alpha\nu\omicron\theta\alpha$), qui potius contrarias mutationes adamarunt. Productum $\bar{\alpha}$ pro η ut Dores ita Aeolicae dialecti (paucis quibusdam exceptis, quae Lesbii peculiari ratione proferbant) et omnis Graeca lingua praeter Iadem et Atthidem extremae antiquitati debent. In contractionis ratione $\alpha\epsilon$ Dorico more in η contractum utraque Aeolis non ignorat, eumque modum vocalium sono aptissimum esse apparet. Non minus $\bar{\alpha}$ ex αo et $\alpha\omega$ Dorice natum Lesbiis commune est et, quantum per contractionis fugam

licet, Boeotis. — In declinatione notamus dativum pluralem tertiae in *εσσι* exeuntem, quem Doris et utraque Aeolis ex antiquitate acceperunt, deinde Atticae declinationis vocum in *ες* et *εως* horrorem iisdem communem. — In pronomibus personalibus apud Doros et Boeotos reperiuntur genitivi singulares in *ς*, ut *ἐμοῦς*, et dativi singulares in *ω*. Nominativus apud eosdem et Lesbios in *ες* exit (Dor. Boeot. *ἀμές*, Lesb. *ἄμμες*), accusativus in *ε* (Dor. et vix aliter Boeotice *ἀμέ*, Lesb. *ἄμμε*). Articulus cum demonstrativis *ὄδε* et *οὗτος* in nominativo plurali apud Doros et Boeotos antiquum *τ* servat, relativum in iisdem et in Lesbiaca dialecto *τ* asciscere potest. Doridi propria sunt demonstrativa *τῆνος*, *τοσσηνος* et si qua fuerunt similia, reflexivum *αὐταντοῦ*, quod est ex *αὐτὸς αὐτοῦ* factum. — In conjugatione Dorica nihil insignius est quam futuri ratio ea, quae post *σ* inserit *ε*, in variis dialecti generibus diversissimis illud modis mutatum (§. 35, 3 et §. 26), qua formatione Doridem proprius quam reliquas dialectos ad priscam linguam accedere docuimus; futura passivi in Doride genuina objectiva forma uti videntur. E remotissima aetate manavit primae personae pluralis terminatio *μες* Doridi propria, nec minus tertiae pluralis terminatio *ντι*, quam notiores certe dialecti mutarunt (Att. Ion. *λέγουσι*, Lesb. *λέγοισι*, Boeot. *λέγονθι*, Dor. *λέγοντι*). Brevior tertiae pluralis praeteritorum conjugationis in *μι* forma aequae antiqua (*ἔγνον*, *ἔδικασθεν*) Aeolibus communis est. Eiusdem infinitivus in *μεν* exit apud omnes Dorienses exceptis Rhodiis, qui terminationem in *μειν* producant; illa ratio non minus Boeotica est. Participii perfecti feminini terminatio, qua antiquior Doris universa usa esse videtur, una cum vulgari *νῖα* et Ionica *οῖα* e rudi quadam prisca prodiit. E verbis irregularibus et defectivis maxime notamus nonnulla Doridi aut propria aut prae reliquis dialectis familiaria: *δήλεσθαι*, *θᾶσθαι*, *θῶσθαι*, *ἴσαμι*, *λῆν*, *μῶσθαι*, *πάσασθαι*. Quorum quum pleraque e summa antiquitate tradita eaque ipsa de causa a reliquis dialectis non omnino

sint aliena, ἴσαμι pro αἶδα errore quodam unius Doridis factum est. — Praepositionum apocopae antiquior Doris non minus assuevit quam omnes Aeoles. Multa Doridi peculiaris sunt in adverbiorum formatione. Quae quum maximam partem ad literarum mutationes referri possint (ut πῆ vel πῆ pro ποῦ — πᾶ pro πᾶ — ποῖς pro ποῖ — πόκα pro πότε), quanquam et in his Dorienses antiquissimam formam aut tenuisse aut minus immutasse videntur, adverbium tamen in ὦ locum unde indicantia, quae ex antiquis ablativis orta sunt, in sola Doride aetatem tulerunt.

Haec potissimum sunt, quibus universa Doris distinguitur. Quibus comparatis intelliges, quam difficile sit eam peculiarem Doridis indolem, quae in orationis sono versatur, nunc, quum vivum os Doricum silet, describere. Multo enim minore et vocalium et consonarum discrimine universa Doris distinguitur quam vel Lesbiaca dialectus vel Boeotica. Antiqui πλατειασμόν potissimum Doricae pronuntiationis notarunt¹⁾, in frequenti vocalis α usu positum, quippe quod patulo ore proferatur, atque eo grave quid et grandisonum effici non temere existimant. At α illud frequentatum, et breve et productum, Doridi non est peculiare, sed vix rarius in Boeotica dialecto apparet et ubicunque priscus usus religiosius ser-

1) Theocr. XV, 88 de mulieribus Doricis: τραγόνες ἐκπαιεῖται πλατειασμοῖσι ἅπαντα, ubi scholia: ἤγον Δωριζούσαι πάντα — οἱ γὰρ Δωριεῖς πλατυστομοῦσι τὸ ᾠ πλεονάζοντες. Eundem locum respicit Hermogenes de Id. p. 283. ὁ γὰρ Θεόφραστος ἀχθόμενον τινα πεποίηκε Δωριζούσας γυναῖκα διὰ τὸ πλατεῖναι τὴν φωνὴν τῷ ᾠ τὰ πλείστα χρωμέναις cf. Scholl. — Demetr. de elocut. §. 177. τὸ δὲ ὀγκυρὸν ἐν τρισὶ τραχύτητι, μήκει, πλατύτητι, ὅσον βροντὰ ἀπὸ τοῦ βροντῆ. καὶ γὰρ τραχύτητα ἐκ τῆς πρώτης συλλαβῆς ἔχει καὶ ἐκ τῆς δευτέρας μήκος μὲν διὰ τὴν μακράν, πλατύτητα δὲ διὰ τὸν Δωρισμόν. πλατῆ λαλοῦσι γὰρ πάντα οἱ Δωριεῖς. — Ann. Bekk. p. 662. δοκεῖ γὰρ τὸ Δώριον ἀνδρωδέστερον εἶναι τοῖς βίαις καὶ μεγαλοκρηπέσι τοῖς φθόγγου τῶν ἀνομιῶν καὶ τῷ τῆς φωνῆς τύπῳ.

vatus est, multo etiam saepius apud Eleos; producto certe α Lesbii aequum in modum utuntur.

Hoc et gravius est et certius apparet, Doridem prae reliquis dialectis priscae indolis tenacem fuisse, antiquiorem illam Doridem maxime dicimus, qualis ante quintum fere saeculum vigeat, priusquam digammi usus perturbatus esset et apud partem Doriensium obsolescere coepisset. Nam inter ea, quibus universa Doris ab Iade et Atthide distinguitur, sive ea Aeolibus communia sunt sive Doribus propria, pleraque summam antiquitatem redolent, paucissima sunt, quae paullo recentioris originis argui possint, ut pronomē *αὐταυτοῦ* et verbum *ἴσαμ*. Eam in prisca indole servanda constantiam laudabunt, qui probant perseverantiam in antiquis moribus, legibus, institutis, quique reputant, quaque linguae mutatione aliquid auferri solere e divino illo omnium partium, quasi corporis membrorum, consensu, qui eo insignior conspicitur, quo antiquiorem aut antiquae conditionis tenaciorē linguam contemplamur. Vituperabunt, qui amant mobilitatem quandam ingenii, ut ipse Jacobus Grimmus, ceterum antiquitatis minime contemptor, Germaniae inferioris linguae id vitio vertit, quod memorabilis illius consonarum mutarum mutationis, quae a superioris Germaniae dialectis, parum tamen constanter, effecta est, non particeps fuit. Nos primum antiquitatis praedicationem paululum restringendam esse arbitramur. Necessario enim fit, ut ea quae omnia Doridis genera communia habent, antiquiore specie utantur; solent enim et linguae cognatae et variae dialecti et ejusdem dialecti genera in iis conspirare, quae antiqua sunt, raro nec nisi casu quodam in iis, quae recentius mutata. At singula Doridis genera raro antiquiora praebent, multo saepius ea, quae recentiore aetate conformata esse apparet. Et ne linguae morumque constantiam conjunctissimam fuisse arbitremur, Lacones, qui prisci ingenii Dorici tenacissimi fuisse putantur, ante quartum saeculum, quo tempore et antiqua instituta vigeant et Atticum contagium

longe aberat, ab antiqua Graecorum lingua vix minus, diversam tamen in partem, aberant, quam Attici ingenii mobilitate insignes. Memineris etiam, quantas mutationes Romanorum, quem populum vix novorum studiosum dixeris, lingua subierit. Scilicet in linguae mutationibus nihil valet consilium, quod solum regnat in legibus et institutis novandis, multum potestatis exerceat in mores. Quibus potissimum rebus fiat, ut antiqua linguae ratio aut immutetur aut conservetur, et difficile est ad explicandum et ab hoc loco alienum.

2) In universum Doridem constantiae in antiqua lingua laude, si ea laus est, non privamus, antiquiorem potissimum Doridem cum reliquarum dialectorum per eandem aetatem conditione comparatam. Nam Doridem a prima usque dialecti origine non immobilem et intactam stetisse, sed varias mutationes subisse et ratio evincit et supra monitum est §. 1, 3. Jam paullo accuratius de iis mutationibus agendum est, quae universam Doridem tangunt; singulorum enim generum historiam infra, quantum licet, delineabimus.

Tres Doridis aetates distinguere licet, antiquam Doridem ante quintum fere saeculum, mediam per quintum et quartum saeculum, recentem a quarti saeculi exitu usque ad Doricae dialecti interitum. Vix opus est monere, non subito quodam impetu et quasi saltu in novam quamque aetatem transitum esse neque eodem tempore ab omnibus populis Doricis, ut Cyrenaei post annum ducentimum a. Chr. eam linguam servaverant, quam ad mediam Doridem referri oporteat. Nec magis uno eodemque tempore Doricam dialectum abrogatam esse, supra docuimus §. 1, 3.

De antiqua Doride propter fontium penuriam parum constat. Quum enim Alcman non sit pura Doride usus, pauci tituli, qui vel corruptissimi sunt vel brevissimi, soli aliquid certioris cognitionis suppeditant. His ducibus antiquae Doridi primum vindicamus psilosin Lesbicae similem i. e. asperi, qui non e consonis spirantibus

natus sit, fugam, ut *Ἰάρων*, *Ἰππομέδων*, *Ἀρμοξίδαμος*, *ἀνιοχίων* vid. §. 4, 3 seqq. Ut *Ἰάρων* jam in Hieronis galea aspero instructam reperitur, ita omnino Dorienses inde a quinto fere sacculo asperi spiritus amantiores facti esse videntur, modo in eandem rationem, quae apud Atticos spectatur, modo (in quibusdam certe generibus) ultra Atticum usum. — Digamma, cujus in Doride historiam supra delineavimus §. 5, 9, prima illa aetate et apud omnes Dorienses frequentatum esse videtur et eo usu e summa antiquitate tradito, quam postea ipsa Doridis genera prae reliquis priscae illius literae tenacia aspernarentur, quo pertinent *κλέφος* et *αἰφι* in antiquissimo titulo Crissaeo. Antiqui usus turbati primum certum exemplum est *Δι* pro *Διφι* in eadem galea Hieronis. Deinde in singulis Doridis generibus digamma diversissima fata expertum est. — Ad eandem Doridis aetatem referimus literae Koppa usum; nummis enim, qui priscam consuetudinem imitari amant, fortasse exceptis, recentissimum exemplum in titulo C. I. nr. 166 esse videtur, quem Boeckhiius ad n. 457 a. Chr. retulit. — Ceterum jam in antiqua Doride variorum generum discrimen apparet.

Melius de media Doridis aetate constat. Eo enim praeter inscriptiones paullo plures et graviore, Epicharmus et Sophron pertinent, Aristophanis Laconica atque Megarica (ut fontes suspectiores aut minus largos omittamus), postremo pleraque, quae grammatici de Doride tradunt. Ea tamen dialecti forma haud leviter inde ab Alexandri tempore mutata et corrupta est partim Atticae linguae magis magisque dominantis contagio, partim interna, ut ita dicam, dialecti conversione. Haec facile agnoscitur in iis, quae diversam ab Attica consuetudine rationem assumpserunt. Sed ne ea quidem, quae in recenti Doride contra antiquiorem usum cum Atthide conspirant, omnia ex hac ipsa derivari oportet; fieri enim poterat ut Doris recentiore tempore ad easdem mutationes ponte delaberetur, quas Atthis multo prius probasset.

Quanquam utramque mutationum originem discernere, apparet quam sit difficile.

Mutationem in formam non Atticam experta sunt *οὐ-θεις*, *μηθεις*, *μηθαμῶς* etc. (vid. §. 10, 7), quae in recenti Doride regnant, aliena illa a genuina Atthide ante Aristotelem et Theophrastum vid. Lobeck. ad Phryn. p. 181. Latet, unde pravus aspiratae usus, qui etiam apud recentiores Boeotos reperitur, derivari possit. — Producti \bar{a} usus pro η in Doride usque ad extremam aetatem perduravit; sed novissimis a. Chr. saeculis subinde, rarissime tamen in titulis, factum est, ut η , ubi per antiquum et genuinum usum non licet, hyperdorice in \bar{a} verteretur, ut *ἔγκτασις*, *πλᾶθος* §. 19, 3. b, *Ἀγαῖσιδαμος* ibid. 8, b, ut fontem minus limpidorum usum omittamus cf. §. 19, 1.

Plura sunt, quae ex Atthide recepta videri possunt. Primum antiquum τ , quod antiquior Doris contra Atticum usum servaverat, in recenti, exceptis formis verbalibus in $\tau\iota$ et $\nu\iota$ et praepositione *ποτι*, fere in σ abiit vid. §. 6. — Pro Dorico *ὀδελός* recepta sunt *ὀβελός* et *ὀβολός* vid. §. 10, 2. — Sigma geminatum in *μέσσοσ*, *ῶσσοσ* etc. simplici cessit vid. §. 13, 1. — Antiquum $\bar{\epsilon}$ pro ϵ respui solet; paullo diutius Cretenses tenuerunt et Cyrenaei vid. §. 16. Particula *ὄν* in Atticum *οὖν* abire solet vid. §. 20, 11. Pro $\bar{\iota}$ producto in nonnullis vocibus et formis $\epsilon\iota$ scribi coeptum est, ut *ἔλικαι* vel *εἰκαι* (hoc, si recte de Coreyraei tituli nr. 1840 aetate iudicavimus, etiam paullo prius), *πόλει*, *τρῆς*, vid. §. 22, 2. — In declinatione tertia longior dativi pluralis forma in *εσσι* (*ασσι*), olim apud omnes Dorienses frequens, in titulis inde a tertio saeculo scriptis breviori formae in *σι* fere cessit. Genuina articuli in nominativo plurali forma *τοί* et *ταί* per hanc aetatem obsolevit et articulo potestatis relativa tribui desita est. Memorabilem in modum genuina dialectus in numeralibus ita depravata est, ut nihil fere Dorici remanserit; regnant enim *τρῆς* pro *τρῖς*, *τέσσαρες* pro *τέτορες*, *εἴκοσι* pro antiquissimo *ἔικαι*, quod

jam antea in ἵκασι, εἴκασι, εἴκασι abierat, τεσσαράκοντα pro τετράκοντα, ἑβδομήκοντα pro ἑβδεμήκοντα, διακόσιοι pro διακάσιοι, τετρακόσιοι vel τεσσαρακόσιοι pro τετρακάσιοι et reliqua ejus generis. — In conjugatione primae personae pluralis terminatio μες raro servata est. Tertiae pluralis imperativorum antiquissimae terminationes πτω et σθω jam antea in nonnullis generibus ὦ finale asciverant; recens Doris longiores terminationes τωσαν et σθωσαν illis admiscuit, quae maturius in Attica dialecto deprehenduntur vid. §. 36, 4. — Praepositionum apocope abstinetur vid. §. 43.

Vides non temere Dorica Atticis mixta esse, sed leges quasdam conspici, quibus alia genuinae Doridi peculiariter religiose servantur, alia in Atthidis similitudinem abripiuntur. Cur singula quaeque aut mutata aut retenta sint, satis explicare non valemus. Numeralia etiam in hodierno Sassicæ dialecti usu, si recte observavimus, eo inclinant, ut dominantem superioris Germaniae dialectum sequantur.

§. 48.

De mitiore Doride.

1) Mitiozem Doridem eam diximus, quae declinationis secundae genitivum eum Atthide in ου terminat, ut ἵππου, et omnino Atticarum diphthongorum ει et ου mutatione in η et ω abstinet. Alia, in quibus minus quam severior Doris ab Atthide discedit, in sequente paragrapho apparebunt. Digamma, quod antiquiore tempore aequae ac severior Doris frequentaverat, per secundam aetatem in Atticae dialecti similitudinem abjectum est; scripti quidem certum exemplum non superstes est, quum pronuntiati aut hiatum excusantis apud Epicharmum vestigia quaedam reperiantur. Soli Argivi, Pamphylīi, Syracusani in mediis vocibus aliquoties β in antiqui digammi locum acceperunt. Jam singulas mitioris Doridia

species, quae aliquanto saepius cum Attica consuetudine differunt, perlustrabimus.

2) Vulgaris Doris ea mitioris generis species a nobis appellatur, qua plerique Dorienses Peloponnesiaci cum colonis suis post Olympiadum initium deductis usi sunt, praeter ea, quae universa Doris communia habet, nulla fere graviore re ab Attide distincta quam tertiae pluralis imperativi terminationibus $\nu\acute{\omega}$ et $\sigma\theta\omega$ ut $\nu\acute{\omega}\nu\tau\acute{\omega}\nu\omega$ et $\nu\acute{\omega}\nu\tau\acute{\iota}\sigma\theta\omega$. Vocales $\epsilon\omicron$ et $\epsilon\omega$ plerumque non contrahuntur; ubi contractio admittitur, in ou et ω Attico more coalescunt vid. §. 26, 5. 6. — Jam singuli populi enumerandi sunt:

Corinthii cui dialecto assueverint, in Corinthiacorum monumentorum clade e coloniarum lingua, certissime tamen, colligitur. Eadem enim dialecti ratio spectatur apud Coryraeos, quorum linguae satis luculenta monumenta in titulis supersunt, in inscriptionibus Acanthicis et Ambracicis, quorum dialectum e Corinthiorum coloniis manasse supra monitum est §. 1, 1, postremo in universum apud Syracusanos, de quibus mox plura dicemus.

Megarenses, quorum dialectum ex Aristophanis Acharnensibus et titulo mediae aetatis (cf. §. 47, 2) nr. 1052 cognitam habemus, cum colonis Byzantiis, Chalcedoniis, Mesembrianis, quorum linguam pauci tituli exhibent. Nam Byzantium decreto apud Demosthenem fidem non habendam esse docuimus §. 2, 14. Ceterum apud Aristophanem Megarensis Laconum et Boeotorum more ζ in $\delta\delta$ mutat, id quod ad pronuntiationem plebejam retulimus §. 12, 4, nec dubitamus, quin ipsi Megarenses ζ scripserint. In titulis et ipsorum et coloniarum casu nihil apparet.

Argolidis incolae praeter ipsos Argivos, Troezenii, Aeginetae, Hermionenses Dryopes, Calauratae. Omnium linguam e solis inscriptionibus novimus neque iis satis luculentis §. 2, 3; ex unico Troezenio mitius modo Doridis genus cognoscitur, non singularis ejus

species. Nihilominus et hos et Epidaurios, qui arctissima cognatione cum Aeginetis juncti erant, eadem vulgari Doride usos esse, qua vicini Dorienses, persuasum habemus. Sicyonios quoque, Phliasios, Cleonaeos, quorum de dialectis nihil accuratius compertum habemus, illis addere audeamus.

Messenii, quantum e titulis paullo recentioribus intelligitur. In Messaniorum Siculorum titulo I, 16 Torrerae certe mitior Doris apparet; quanquam haec quidem urbs in tanta incolarum mixtione Messeniorum colonia vix haberi potest. Antiquiores Messenios, sub Spartanorum potissimum dominatione, Laconicae dialecti participes fuisse, ad quam opinionem haud temere inclinaueris, non potest inde confirmari, quod Demosthenes apud Thucydidem IV. c. 3 Messenios post tertium bellum Messenicum Naupacti sedentes Lacedaemoniis *ὁμοφώνους* dicit eaque de causa ad Pylum occupandam aptissimos, Idem enim Demosthenes, Thucyde narrante III c. 112, Ambraciotas, qui vulgari Doride utebantur, oppressurus Messenios praemisit et alloqui jussit „*Δωρίδα τε γλώσσην ἰέντας καὶ τοῖς προφύλαξι πίστιν παρεχομένους.*“ Itaque Doricae dialecti, non singularis speciei communio ex utroque loco apparet. Ceterum confitendum est, vulgarem Doridem in titulis Messenicis eidem causae tribui posse, quam jam ad alios titulos adhibebimus.

Arcadici enim et Laconici tituli post a. 200 a. Chr. scripti vulgarem Doridem exhibent, quanquam Arcades peculiari dialecto et Lacones severioris Doridis singulari specie usos fuisse constat. Quomodo igitur factum est, ut contra antiquam consuetudinem ea aetate vulgaris Doris, in titulis certe et cultiorum fortasse hominum sermone (Laconicam enim proprietatem ne tempore quidem multo recentiore omnem extinctam fuisse docuimus cf. §. 49, 2) probata sit? Circa annum ducentissimum Aethi per Peloponnesum dominabantur, quorum foedere multi populi vulgari Doridi assueti continebantur. Quanquam igitur non constat, quae fuerit antiquorum

Achaeorum lingua, non dubitamus tamen quin vulgaris Doris communis concilii Achaici lingua fuerit et hinc in Arcadiam et Laconicam propagata sit. Megalopolitani enim mature Achaeis additi sunt, Tegeatae post pugnam Sellasiensem a. 222, Eleutherolacones a. 194, ipsi Spartani in breve tempus. Jam intelligis eandem explicationem ad Messeniorum, qui non minus per aliquod tempus Achaici foederis erant, inscriptiones adhiberi posse. Et erunt fortasse, qui de Hermionensium dialecto non aliter iudicandum esse censeant, quanquam hos antea alia dialecto usos esse non constat. Deinde dubitamus an vulgaris Doridis publicus ille usus etiam ad antiquiora tempora referri possit. Qua communi dialecto concilium Peloponnesiacum, cui Spartani praesidebant, usum esse putemus? utrum Laconica, an ea quae plebisque familiaris erat, vulgari Doride? Hanc ab Argivis peculiaris dialecti loco usurpatum esse in foedere apud Thucydidem V, 79, quanquam Argivi Peloponnesiaci concilii non participes erant, haud inepte suspicari licet, ut Thucydides a negligentiae crimine, quod propter Argivae proprietatis absentiam supra §. 14, 1 in eum coniecimus, vindicetur, cf. §. 2, 14, ubi non satis accurate foederis dialectum Argivam diximus.

Sicilia colonos Dorienses a Corinthe, Megaris, Rhodo accepit; Cretenses, qui cum Rhodiis Gelam condiderunt, pauciores fuisse videntur, quam qui in coloniae dialecto constituenda valerent cf. Müll. Dor. I p. 111, nec magis Messenii Zanclen commigrantes in censum veniunt. Geloj eorumque coloni Agrigentini patriam Rhodiorum dialectum servarunt, de qua infra dicemus. A Corinthiis et Megarensibus vulgaris Doris in Siciliam allata est, quae etiam ad populos origine non Doricos aut adeo non Graecos transmanavit. Haec Syracusanorum et plerorumque Sicularum, praeterea Issensium a Syracusanis oriundorum dialectus minus ex inscriptionibus cognoscitur quam e scriptoribus Syracusanis et grammaticorum testimoniis. Nonnulla peculiaris aut a vulgaris

certe Doridis usu aliena habet aut habere videtur. Eo pertinent λ ante linguales in ν mutatum, qui usus etiam Laconibus et Italiotis cognitus fuisse, minus recte universae Doridi tribui videtur vid. §. 15, 4; palatinae in verborum in $\zeta\omega$ declinamentis contra antiquam et genuinam rationem subinde assumptae ut *κεκρατήριχα*, cujus consuetudinis praeterea e Laconica dialecto exempla nonnulla innotuerunt §. 11, 4; iota in *ιστία* et *ιστιῶ*, quod certe Italiotis non minus familiare est §. 16, 3; ψ pro $\sigma\phi$ in pronomnibus assumptum ut *ψίν*; verba in *αζω* pro *αω* exeuntia ut *ἀκροάζομαι* §. 35, 1; aoristi secundi imperativus grammaticis testibus in *ου* desinens ut *δράμον* §. 37, 5; perfecta in indicativi singulari et participii feminino praesentium rationem secuta ut *γαγάθει* et *έστακοῦσα* §. 41, 1. 4. Omnia tamen aut ejus generis sunt, quae a reliqua vulgari Doride confidenter abjudicare non liceat, aut minus gravia et paucas voces tangentia. Quare Siculam mitioris Doridis speciem a vulgari Doride segregare nolimus. — Apud Epicharmum pauca syllabarum finalium correptarum exempla reperiuntur, *τός* pro *τούς* vid. §. 21, deinde, si recte suspicati sumus, infinitivorum conjugationis in *μι* Rhodiaco more in *μειν* terminatorum ut *θέμειν* pro *θέμειν*, *θείναι* vid. §. 39, 5. Ille usus rectius ad poetarum Doricorum licentiam quam ad Coam Epicharmi originem referri videtur; hic ad Gelenses a Gelone Syracusas traductos Herod. VII, 156. Consentaneum enim est, in aula Gelonis et Hieronis, ubi Epicharmus versatus est, Gelensium dialectum aliquamdiu servatam esse.

3) Argivorum dialectus, quae e paucis titulis et grammaticorum praeceptis parum accurate cognoscitur (de foedere Thucyd. V, 79 modo dictum est), a reliqua Doride mitiore, ad quam propter genitivos in *ου* referenda est, duabus rebus distincta erat: primum antiqua consonarum *υσ* conjunctione servata ut *ἔπυυς* pro *ἔπυυς* vid. §. 14, quem usum nonnulli Cretensium communem habebant, deinde sigma inter vocales in asperum mutato

ut ποιῆαι pro ποιῆσαι, qua mutatione praeterea recentiores Lacones, Pamphylia et extra Doridem Eretrienses et Oropii usi sunt vid. §. 9. Praeterea Argivi inter vocales subinde β pro digamma posuisse videntur cum Cretibus et Argivis ut ᾠβεια pro ᾠεα, ᾠά vid. §. 5, 9, quam mutationem recens Doris severior etiam ad vocabulorum initium adhibebat. — Pamphylia igitur et asperum pro σ, et β pro digamma (nec plura de eorum lingua cognita habemus) cum Argivis communia habent. Quare dubitanter eos hoc loco commemoravimus, quanquam mitiore Doride usos esse affirmari non potest.

4) Septentrionalis Doris ea mitioris generis species appellari potest, quae in Phocensium et recentiorum Delphorum, Locrorum, Aetolorum, postremo Thaumacensium, qui est Phthiotidis populus, titulis conspicitur. A vulgari Doride non discrepat praeterquam in praepositionis ἐν pro εἰς usu, qui Boeotis communis est vid. §. 43, 6, dativis tertiae declinationis subinde in οἰς exeuntibus ut ἀγῶνοις §. 30, 3 et aliis quibusdam, quae composuimus L. I §. 54, 3. Adde, quod vocalium εω et εω contractio multo etiam minus quam in vulgari Doride admittitur §. 26, 4. 5. 6. Gentes illas non recte a Strabone ad Aeolicam stirpem referri docuimus L. I §. 1, 1, neque meliore jure eorum dialectos Aeolicas haberi et e L. I §. 54 et ex hoc secundo libro satis superque apparet. Quodsi quis Doricam dialectum recentiore demum tempore in eas regiones illatam existimet quemadmodum in Arcadium, ei non solum adversatur, quod Dorienses vel coloniis vel imperio vel commercio parum ibi valebant, sed etiam quod levia quaedam sed constantia discrimina inter septentrionalem illam et reliquam Doridem intercedunt. Cur enim Aetoli et reliqui post Doridem receptam pertinaciter ἐν pro εἰς retinerent? Itaque vix possumus quin gentes illas ab antiquissimis temporibus Dorice locutas esse existimemus aut, ut accuratius loquamur, ea dialecto usas esse, quae a Doriensibus in alias terras propagata Doricae nomen accepit.

Unam suspicionem, quae mediocriter placere possit, contra concipi posse censemus: illam Doridis speciem olim solorum Aetolorum fuisse et postea Aetolici foederis auctoritate per vicinas regiones propagatam, sicuti vulgarem Doridem Achaici foederis dominatione per Peloponnesi populos circumlatam esse indicavimus. Delphos certe recentiores Aetolicam linguam adoptasse mox demonstrabimus. Sed horum antiquior quoque dialectus ad mitiorem dialectum pertinet. Accuratiores docebit inscriptionum earumque fortasse antiquiorum larga copia, quam mox in illis regionibus detectum iri speramus. Ceterum in titulis Loericis casu septentrionalis Doridis proprietas non apparet, neque tamen magis quidquam, quod eam dialecti speciem agnosci vetet. Acarnanicos titulos, quorum lingua aequae inter vulgarem et septentrionalem Doridem dubia est, olim huic adscripsimus, nunc propter Corinthiarum coloniarum in ea regione potestatem ad illam referre malimus.

5) Delphica dialectus antiquior memorabilem in modum a septentrionali Doride distincta est. Quae, quum vetustissimus titulus Crissaeus C. I. nr. 1 et Delphicus nr. 25 nihil habeant antiquae Doridi non commune, ex uno cognoscitur decreto Amphictionico nr. 1688 (vid. Append.), quod Ol. 100, 1 scriptum est. Neque enim dubitare licet, quin dialectus Delphica sit, quum de Delphicarum maxime rerum administratione agatur neque ullus alius populus cum aliqua veri specie excogitari possit, cujus lingua Amphictiones ea aetate usi sint.

Jam vero decreti dialectus ad septentrionalem Doridem eo pertinet, quod *iv* pro *eis* usurpatur et quod vocalium *eo* et *ew* contractione abstinetur. Contra differt extremarum syllabarum correptione eadem, quae apud Theraeos, Coos, plerosque Cretenses, Cyrenaeos observatur vid. §. 21. Tertiae declinationis dativus pluralis in *εσσι* desinit, non in *οις*, et tertia pluralis imperativum Attico more, quo etiam Cretenses et Theraei et, in subjunctivo quidem, Rhodii utuntur, in *ρων* et *σθων*, ut

διδόντων et *ελλέσθων*. Postremo notamus praepositionis *περί* elisionem in *πέροδος* l. 16, quae in purioribus fontibus Doricis praeterea non reperitur. — Vix quemquam latere putamus, quam insigni modo cum illa Doridis specie conspirent ea, quae in carminibus Hesiodicis Homericis usui adversa ad Aeolicam Hesiodi originem referri solent. Quorum alia sunt omnibus Doriensibus communia, ut *μελιᾶν* Opp. 144 et *θεᾶν* Th. 41, dativus *ἴν* fr. 134 Göttl., *ἔδον* Th. 30 et similia, *ἦν* pro *ἦσαν* vid. §. 40; alia paucis propria, ut correptiones in *κούρᾶς* Th. 40 etc. et adeo participio *δήσᾶς* Th. 521 secundum Choerobosci testimonium, et praepositionis *περί* elisio in *περίαχε* et *περοίχεται* Th. 678. 733, postremo praepositionis *ἐν* usus pro *εἰς*, quem in *ἐὴν ἐγκάθετο νηδύν* Th. 487. 890. 899 Goettlingius recte agnoscere videtur; nam quod G. Hermannus contra monuit, Atticos non minus *ἐμβάλλειν* et similia composita cum accusativo sine praepositione *εἰς* jungere, nobis quidem ejus constructionis exempla detegere non contigit. Ea igitur omnia in nulla dialecto conjuncta reperimus, praeterquam in Delphica, qualis in decreto illo Amphictionico conspicitur; Boeotica certe genitivos in *ᾶν* contractos ut *θεᾶν* et extremarum syllabarum correptionem ignorabat, nec constat de praepositione *περί* apud Boeotos elisionem passa. Contra si qua sunt alia Hesiodicae dialecto propria, quae Lesbiorum fuisse scimus, ut accusativi *ἄψιν* Opp. 426, *Θοᾶν* fr. 79 et verbum *αἴνημι* Opp. 681 (L. I §. 21, 1 et §. 26, 4), ea confidenter ab antiqua Delphorum lingua abjudicare non licet. Quidquid autem de his judicaveris, notabilis est Hesiodicae dialecti cum Delphica consensus eoque magis, quod Pythiae oraculis et Hesiodo elocutionis cognationem quamdam esse Goettlingius intellexit Praef. p. XIV.

Non minus Pindaricae dialecti pars ad Delphicam linguam referenda esse videtur. Illa enim ex Homericis, Lesbiaca et Dorica ita composita est, ut haec pro fundamento habenda sit. Jam vero finalium syllabarum correctio, qua poeta aliquoties utitur, et praepositio *ἐν* cum

accusativo juncta neque ex Homericâ lingua repeti possunt neque e Lesbica, neque utraque proprietas simul ex aliâ Doridis specie praeterquam e Delphica. Ne elisio quidem praepositionis *περί* (Ol. VI, 38 *περ' ἀλλάτων πάθας*, P. IV, 265 *περ' αὐτάς*, P. III, 52 *περάπτων*, N. XI, 40 *πέροδος*, fr. 126 *περιδαίος*) eodem jure ad Lesbiam dialectum referri potest, quo ad Delphicam. Nam illa praepositionem aut apocope afficit ante consonas ut *περθέτω*, aut pro iota ante vocales eliso *ρ* geminat ut *πέροχος*; simpliciter elisi iota exemplum non reperitur vid. L. I §. 28, 3. Quam vero arcte Pindarus cum Delphico templo junctus fuerit, apparet ex insignibus honoribus et vivo et mortuo dei jussu habitis vid. Boeckh. Prooem. Explic. p. 17. — Ceterum hanc de Hesiodi et Pindari dialectis quaestionem potius delibare quam ad liquidam perducere volumus.

Si tamen de utraque recte disputavimus, Delphicae dialecti proprietas, quae in Amphictionum decreto spectatur, antiquissima est. Eadem paullo post abolita est, si in titulo Delphico nr. 1690 linguam Delphis eo tempore familiarem agnoscere oportet. Cujus lingua quum transitum a media Doride ad recentem prodat (ut *τέρορες*, *τερώκοντα*, *έβδεμηκοντα*, *όδελος* et contra *τρεῖς*), ut ex eunte saeculo quarto scriptus esse videatur; abest quodque Delphicae proprietatis vestigium, ut accusativus *όδελους* sonat, non *όδελος*. Nec minus recentiores Delphici tituli omnes, inter quos nr. 1693 anno 275 scriptus est, dialecto nihil cum reliquis septentrionalibus differunt. Mutatae dialecti causam ad Phocensium per sacrum bellum dominationem non temere retuleris. Rectius tamen Aetoli, qui ab Ol. 140 per longum tempus Delphorum imperium tenebant (vid. Boeckh. ad C. I. nr. 1694 et Curtium in Mus. Rhen. Nov. II p. 115), linguam suam cum Delphis communicasse existimabuntur.

6) Insularis Doridis, quae in Sporadibus Doricis reperitur, insignis varietas est. Universa id commune habet, quod ad vocales eo Ionico more in *eu* conjungendas

magis minusve inclinatur, maxime, quantum scimus, apud Calymnios et Astypalacenses, minime apud Theracos, quam contractionis rationem a vicinis Ionibus mutuati esse videntur. Ceterum inter se differunt

a) Rhodiorum dialectus, quae eadem in Gelae, Rhodiorum coloniae, et Agrigenti a Gelensibus conditi titulis conspicitur. Vocales *eo* in titulis Rhodiis contractae *eu* efficiunt in genitivis vocum in *ης* et *ος*, quae tertiam declinationem sequuntur, ut *Εὐκράτους*, *ἄρεως*, contra vulgari ratione *ou* in verbis contractis et futuris vid. §. 26, 3. 5. Timocreontis tamen dialectus antiquior omnem vocalium *eo* et *ew* contractionem aversatur, quanquam synzesis amans, et in Agrigentinarum decreto, quod in verbis *ou* frequentat, *Διονηέος* est Rhodiaca contractionis expers. Itaque Rhodii Ionicum *eu* post coloniam Gelensem atque adeo post Timocreontem probasse videntur. Rhodiis eorumque colonis peculiaris est conjugationis in *μ* infinitivus in *μειν* ut *δομειν* pro *δομεν*, quod omnis reliqua Doris habet vid. §. 39, 5. Illi conjugationis in *ω* terminationem *eu* per malam analogiam ad conjugationem in *μ* transtulisse videntur. Quod Epicharmus aliquoties Gelensium in hac re usum imitatus esse videtur, vide supra nr. 2. Minus peculiaris est infinitivus perfecti *γεγόνειν*, qui et in Rhodio titulo et in Agrigentino legitur §. 41, 5. Contra apud alios Doriensium non reperitur Ionicum *ξείνος*, quo Rhodii et coloni usi sunt vid. §. 22, deinde verbum *τιμειν* pro *τιμᾶν*, *τιμῆν*, quod Rhodiis et Agrigentinis commune est, perfectum *εἰσχημαι* ab *ἔχω* apud eosdem. Tertia pluralis imperativorum objectivi secundum vulgarem Doriensium usum in *τω* exit ut *λαμβανόντω*, subjectivum, tertia quidem linguae aetate, *ν* assumpsit ut *πριάσθων*, vid. §. 36, 4; de colonorum Siculorum usu non constat. Vocum in *ευς* genitivi in *εως* maturius a Rhodiis quam ab aliis Doriensibus probati esse videntur vid. §. 30, 7.

b) Calymniorum et Astypalacensium lingua a vulgari Doride solo *eo* in *eu* contrahendi more, qui

etiam verba contracta et futura tangit, differre videtur ut *Μοιραγένεως, προωνεύμενος, διαλυσεῦντι*. Infinitivus conjugationis in *μι* terminatione vulgari utitur ut *δόμεν*, item tertia pluralis infinitivi ut *δόντω*; extremarum syllabarum correptio non usurpatur.

c) Theraeorum dialectus a vulgari Doride maxime syllabarum finalium correptione distinguitur ut *τὸς νόμος, λέγες, θύεν, ἀγαγέν* vid. §. 21; deinde tertiae pluralis imperativi terminatione *ων* ut *ἔχόντων, πορευέσθων*; vocales *εο* non coalescunt in *ευ* nisi in nominibus cum *κλῆς* compositis ut *Ἰσοκλεῦς*, quum in reliquis genitivis et in verbis *ου* nascatur, ut *Πραξιτέλους, ἀφαιρούντων, δεξοῦνται*. Infinitivus conjugationis in *μι* vulgarem Doricam terminationem servat ut *δόμεν*. — *Co*i cum Theracis finalium syllabarum correptionem communem habebant, ut apparet e titulo nr. 2508. Eos magis quam Theracos diphthongum *ευ* contrahendo effecisse, noli e nr. 2513 colligere. Ea enim inscriptio, quam Fourmontus aperto errore Chio tribuit, Boeckhius e conjectura inter Coas posuit, Rhodo vindicanda esse videtur cf. nr. 2545. 2546.

Quo Anaphaeorum lingua referenda sit, non satis apparet. Propter arctam cum Theracis cognationem, de qua vide Rossium in Actis Academiae Monacensis Hist. Phil. 1837 p. 401 seqq., similem Theracae dialectum apud Anaphaeos suspicamur. Nullo tamen exemplo indicatur, utrum extremas syllabas corripuerint, id quod Theracis praecipue peculiare est, necne; *ευ* in genitivis saepius quam Theraci admiserunt, ut *Τελεσκράτεως*; num tiam in verbis, non patet. Infinitivus conjugationis in *ι* vulgaris terminatio est ut *δοθῆμεν*. — Minus etiam accurate de Meliorum dialecto constat, quum e titulis nihil appareat nisi mitiore Doride usos esse genitivos secundae declinationis in *ου* terminantē; in Pholegandriis inscriptionibus ne genus quidem Doridis discerni potest.

§. 49.

De severiore Doride.

1) Severiore Doridis genere Lacones usi sunt, Italiotae Dorici (de Tarentinis potissimum constat eorumque colonis Heracleensibus), Cretenses, Cyrenaci. Eo maxime distinguitur, quod pro diphthongis *ei* et *ou*, quas mitior Doris cum Iade et Atthide communes habere solet, saepe secundum certas quasdam leges, de quibus exposuimus §. 20 et 25, longas vocales *η* et *ω* profert, ut *ἵππῳ* pro *ἵππου*, *ἡμεν* pro *εἶμεν* i. e. *εἶναι*. Qua in re severior Doris conspirat cum dialectis Arcadum et, nisi opinio nos fefellit, Eleorum, deinde Lesbiorum, nisi quum liquidarum geminationem sibi propriam habent ut *ἔμμεναι*, postremo Boeotorum, praeterquam quod *η*, ubicunque est in severiore Doride, in *ei* mutantis vulgaris Doridis similitudinem receperunt ut in *εἶμεν*. — Alia, quae jam enumerabimus, Laconibus, Italiotis, Cretensibus communia fuisse scimus, quum de Cyrenacis propter fontium penuriam non constet. Primum digamma post primam Doridis actatem in solo severiore genere, turbato tamen usu, aliquanto diutius resedit et recenti tempore in *β* mutatum est tam in primis quam in mediis vocabulis, quum Argivi, Pamphylii, Syraeusani, qui sunt mitioris Doridis, in mediis tantum vocibus idque raro *β* pro antiquo digamma accepisse videantur vid. §. 5, 9. — Tum notamus assimilationis amorem quendam, ut Lac. *ἀκκόρ* pro *ἀκόρ*, Tar. *Ἄφραττος* pro *Ἄφρασφας*, Cret. *Λύττος* pro *Λύκτος* vid. §. 13, 4. — Non minus severiori Doridi peculiaris est vocalium *eo* in *eo* aut *ω* aut *o* aut *ω* et vocalium *eo* in *ω* mutatio, quanquam in hoc ipso loco differentiae quaedam spectantur vid. §. 26, 1. 2. — Postremo omittere nolumus rariores formas *αιές* et *αις* pro *αἰε* vid. §. 45, 1, et augmentum *η* pronomiibus personalibus additum ut *ἐγώνη* et *ἐμίνη*, quod quum Lacones et Tarentini usurpasse tradantur, universae severiori Doridi vindicare audemus vid. §. 32, 5.

2) Laconica lingua plura peculiaris habet et a reliqua Doridis, etiam severioris, consuetudine aliena, quam ulla alia Doricae dialecti species. Ejus proprietas his potissimum continetur:

Vocales η et ω pro diphthongis $\epsilon\iota$ et $\omicron\upsilon$ saepius exhibet quam reliqua Doris severior. Abhorret enim cum vulgari lingua consonarum $\nu\sigma$ conjunctionem, quam pars Cretensium cum Argivis servarunt, et extremarum syllabarum correptionem, cui plerique Cretenses et Cyrenaci, minus Italiotae assueverunt, in quotidianum usum non admittit. Itaque Laconica sunt $\mu\omega\sigma\alpha$, $\acute{\iota}\pi\pi\omega\varsigma$, $\lambda\acute{\epsilon}\gamma\eta\nu$. — Vocales $\epsilon\omicron$ semper in $\iota\omicron$ aut $\iota\omega$ abeunt, $\epsilon\omega$ in $\iota\omega$, nisi quum immutatas teneri oportet, ut $\acute{\alpha}\pi\omicron\rho\rho\iota\omicron\mu\epsilon\varsigma$, $\delta\mu\iota\omega\mu\epsilon\theta\alpha$, $\acute{\epsilon}\pi\alpha\omega\iota\omega$ vid. §. 26, 1. Aequae plerique Cretensium. Notamus etiam $\sigma\iota\omega\varsigma$, quod apud partem Cretensium $\theta\iota\omega\varsigma$ sonabat, pro $\theta\epsilon\omega\varsigma$ vid. §. 17, 3. — Cum Italiotis verbi substantivi participium $\acute{\epsilon}\nu\tau\text{-}\omicron\varsigma$ commune habent vid. §. 40.

Sequentia a reliqua severioris Doridis usu discedunt. Sigma inter vocales in spiritum asperum convertendi mos, ut $\acute{\epsilon}\pi\omicron\lambda\eta\acute{\epsilon}$, Argivis communis est et, grammatico quodam teste, Pamphylis, Eretriensibus, Oropiis vid. §. 9. — Sigma in ρ mutatum est a Laconibus ut ab Eleis, Eretriensibus et fortasse Chalcidensibus. Ejusdem apud Cretes mutationis unum vestigium reperitur vid. §. 8. — Laconibus solis proprium est σ pro ϕ , cujus mutationis extra Laconicam dialectum nullum usquam exemplum superstes est praeter unam glossam Carystiam vid. §. 7. — Pro duplici consona ζ in primis vocabulis Laconice δ ponitur, in mediis $\delta\delta$ ut $\delta\omega\mu\omicron\varsigma$, $\delta\delta\omega$ vid. §. 12, pariter atque in Boeotorum dialecto; e Doriensibus soli Megareses aliquatenus ejus consuetudinis participes fuisse videntur. — Item Lacones cum Boeotis σ aliquoties in vocabulorum fronte ante κ et ϕ abjectum commune habent ut $\phi\acute{\iota}\nu$ pro $\sigma\phi\acute{\iota}\nu$ vid. §. 15, 3. Postremo communi recentiorum Laconum et Boeotorum more $\omicron\upsilon$ pro υ scribitur vid. §. 18.

Haec fere sunt, quibus Laconica lingua maxime di-

stinguitur. Quae non esse omnia e summa antiquitate religiose servata, vix opus esset admonere, nisi C. O. Müller Laconibus eandem linguae atque morum et institutorum constantiam vindicaturus in diatriba de dialecto Dorica, quae clarissimo de Doriensibus operi addita est, magis minusve aperte significasset, ut Doridem prae reliquis dialectis (de qua re supra diximus), ita Laconicam linguam prae reliquis Doridis generibus antiquitatis laude insignem esse. At ea, quae Lacones contra reliquae severioris Doridis usum peculiariter habent, omnia originem magis minusve recentem prae se ferunt. Apparet spiritum asperum e sigma ortum esse, non sigma ex aspero, ut in *ἔποληέ, ὄρμαον*, quum sigma aoristo primo proprium sit; apparet ρ e σ degenerasse, quae mutatio etiam in Latina lingua et vernacula spectatur, ut arbor est pro antiquiore arbos, Theotisce war pro was; certissimum est, σ pro ϑ depravatæ elocutioni deberi, nec minus simplicem sonum δ et semibarbarum $\delta\delta$ in locum elegantioris et Graeco ori proprii ζ , qui e dj coaluit, successisse; de σ ante consonas abjecto non est quod moneamus. Superest *ou* pro utroque *v* positum, quam scripturam non posse ad tempus paullo antiquius referri satis a nobis demonstratum est L. I §. 41; sonum, qui novata illa scribendi ratione exprimitur, a Boeotis et Laconibus ex antiquitate servatum esse libenter concedimus. — Adeo cum aliqua veri specie aetas computari posse videtur, qua illae mutationes apud Lacones primum invaluerint. Quum enim nulla earum ad colonos Tarentinos transierit, omnes post a. 710 in usum venisse videntur, et maturius quidem reliquis σ pro ϑ , quo jam Alcman usus est, qui floruit circa Ol. XXVII. Inter Alcmanem et Aristophanem sigma in asperum mutari coeptum esse, grammaticorum quoque testimoniis freti demonstrare conati sumus §. 9, 2. Ad eandem aetatem retuleris δ et $\delta\delta$ pro ζ , quorum prima exempla apud Aristophanem sunt et Epilycum. Paullo recentiori aetati tribuimus σ in ρ mutatum, cuius quum apud Aristophanem unicum exemplum *παλεόρ* legatur,

usum eo tempore ut rarum ita novum fuisse colligimus. Post Aristophanem poëtam, sed ante Aristophanem grammaticum *ou* pro *u* scribi coeptum esse indicavimus §. 18. Postremo β pro digamma positum, quod Italiotis et Creteisibus commune est, tantum abest ut ad antiquissima tempora referri possit, ut post nostram demum aeram ex inculta rusticae plebis pronuntiatione arreptum esse videatur, vid. §. 9, 5. — Intelligis, Laconicam linguam magis magisque depravatam esse, ut fit in populo literis parum dedito; nihil enim linguam magis stabilis atque firmat quam literarum studium per omnes populi partes fusum.

Quomodo explicari possit, quod in titulis Laconicis post annum ducentesimum a. Chr. scriptis omni proprietate Laconica abjecta mitior Doris regnat, supra indicavimus §. 48, 2. Ea aetate propriam Laconum linguam non extinctam fuisse, luculentissime inde apparet, quod in titulis duobus ferme saeculis post nostram aeram scriptis Laconicae proprietatis (ut σ pro θ , σ inter vocales ejectum, β pro digamma) reliquiae quaedam, in propriis potissimum nominibus, supersunt; praeterea grammaticorum de Laconica dialecto praecepta et glossae Laconicae maximam partem ad recentiorem illam aetatem pertinere videntur. Neque apud Cretenses et Cyrenaeos (de Italiotis parum constat) ante saeculum post nostram aeram exactum severioris Doridis proprietates, ut terminatio ω in genitivo declinationis secundae, obsolevit. — Ceterum ibidem diximus dubitari posse, an mitior Doris, quae est in recentioribus titulis Messenicis, non magis genuinam Messeniorum dialectum referat.

3) Inter Dorienses Italiotas potentissimi erant Tarentini, Spartanorum coloni, qui una cum Thuriis Heracleam in Siritide condiderunt; Tarentinos tamen in colonia praevaluisse et aliunde constat et e lingua appa-

ret, quae cum Tarentina nihil differre videtur. De utroque linguae fontibus vide §. 2, 7. 16. Reliquarum urbium Italiotarum nulla purae originis Doricae erat. Rhegii tamen Messenii ut imperio ita dialecto praechalcidensibus valuisse videntur; certe in una ex inscriptionibus Rheginis a Morrisano collectis p. 59 ῥήιος extat (de aliis, quae male ad Rheginorum dialectum referuntur, vide §. 14, 2. 3 et §. 37, 2, praeterea §. 46, 6); eandem linguam Buxenti regnasse credideris, quae colonia a Messaniis, qui Rhegio Zanclem commigraverant, circa Ol. LXXVII deducta esse fertur. Latet, quo Doridis genere utraque urbs usa sit. Locrorum Epizephyriorum origo obscurissima est; Doriensium et Spartani et Syracusani coloniae aliquam partem habuisse videntur vid. Müll. Dor. I; 127 et II; 228. Dialecti unicum specimen superest in carmine populari Λοῦτφόσ apud Athenaeum XV p. 697; Doris apparet, maxime in ἔσοῦης et μολέν, et in hoc, si recte scriptum est, Italiotica infinitivi correptio. Pleraque Italiae urbes Graecae ab Achaecis conditae erant, ut Sybaris et Croton cum coloniis suis; Crotonis aliqua pars Laconibus vindicatur Müll. Dor. I p. 126. Valde tamen dolemus, quod de Achaecorum Italiae lingua non magis constat quam de Peloponnesiorum. Petiliam a Philoctete conditam esse, cf. Boeckh. ad C. I. nr. 4, haud facile credimus; tessera Petiliensis Doricam dialectum ita exhibet, ut genus propter antiquam scripturam discerni nequeat. Superest instriptio in Bruttis nescio ubi reperta, in qua severius Doridis genus apparet. Hoc igitur ultra Tarentinorum et Heracleensium fines late per Magnam Graeciam sparsum fuisse suspicamus. Jam Italiotica severioris Doridis species a reliquo severiore genere his potissimum rebus distinguitur:

Cum Laconibus Italiotae η et ω pro vulgaribus ϵ et ou communia habent exceptis infinitivis, qui Laconice in $\eta\upsilon$ desinunt; nam in his quidem Italiotae correptionem

ultrae cum Cretensibus et aliis probaverunt, ut ἴππος, ἦς, μῶσα, φέρων vid. §. 20 et §. 21, 6. — Vocales εο et εω plerumque Laconico more in ιο et ιω mutantur ut κλαμαριόφωνος, μετριόφωνος, ἀθλιών, sed in futuris primis nonnullorum Cretensium more ε vel ι ante sequens ουτ ejicitur ut δοκιμαζόντι, ἐσσόνται vid. §. 26, 2. Similiter duplex contractionis ratio spectatur in pronominum personalium genitivo singulari, cujus Tarentinae formae traduntur ἐμεῖο, ἐμῶν, ἐμῶς, ἐμῶς (ex ἐμέο et ἐμός) etc. — E solis tabulis Heraeleensibus cognita est dativi pluralis in tertia declinatione terminatio ασι ut πρασσόνασι, neque alibi reperitur infinitivi perfecti terminatio ημεν ut πεφροτευκήμεν. In iisdem spiritus et digammi ratio multa singularia habet, quaequam non licet affirmare, quatenus cum reliquorum Doriensium usu differtur. — Tertiae plurali imperativorum vulgaris terminatio Dorica est ut ἀγγραπάντω et ἐπιλάσθω. — Tarentinis tribuitur verborum terminatio ζω in σσω mutata ut σαλπύσσω (quam rationem tabulae Heraeleenses ignorant) §. 12, 5, et minore, si recte suspicati sumus, jure ζω pro σσω ut ἀνάξω §. 13, 8. Hisdem vindicatur singularis adverbii forma αἰή, quum in tabulis Heraeleensibus vulgo αἰή, seu αἰές legatur.

In universam antiquam linguam multa cum fide ab Italiotis servatam esse, docent et tabulae Heraeleenses exeunte saeculo quarto scriptae et pauca illae Rhinthonis, qui circa a. 300 vixit, et Blassi, qui multo recentior esse videtur, fabulis superstitionis.

4) Cretenses plerique circa saeculum tertium et secundum a. Chr. severiore Doride usi sunt; si titulus Tejo-Creticis plus fidei habere liceret, in decretis Polyrrheniorum, Lappacorum et Pransiorum nr. 3054: 3055. 3057, quorum sola initia tradita sunt, antius Doridis genus agnosci oporteret. Ceterum eas ipsas urbes, quarum

linguae monumenta supersunt, Doricos colonos accepisse non constat, unica fortasse Minoa Cydoniatarum excepta, ejus in agro titulus nr. 2558. repertus est; nam Cydoniam aliquantisper Aeginetae tenuerant vid. Hoeck. Cret. III. p. 412.

Severioris Doridis per omnem Cretam, non una eademque species valebat, sed haud leves spectantur differentiae, ejus tamen generis, quae certas quasdam Creticae dialecti species accurate discerni non permittant.

Gravissima differentia in accusativo plurali secundae declinationis apparet. Laconica enim et Italiotica terminatio *ως*, ut *νόμος*, in solo Latiorum et Olontiorum foedere nr. 2554, quod horum linguam referre videtur, quum Latiorum decretum nr. 3058 dialecto differat, et in Epimenidis epistola conspicitur vid. §. 20, 2. d. Quum autem iidem Olontii infinitivorum terminationem corripere videantur ut *ἔξομιζεν* vid. §. 21, 6, in vocalium *η* et *ω* pro vulgaribus diphthongis *ei* et *ou* non plane cum Italiotis conspirant. — Contra plerique Cretensium cum Cyrenaeis et aliis Doriensibus extremarum syllabarum correptionis amantes, *τὸς νόμος* proferunt, quae ratio apparet in titulo Hierapytnio nr. 2555, foedere Priansiorum et Hierapytniorum nr. 2556, in quo horum lingua agnosciposse videtur, in decretis Minoae Cydoniatarum nr. 2558, Arzadum nr. 3052, Cnossiorum 3053. A, incertae urbis nr. 3053. C. Eodem populos in infinitivis correptione uti consentaneum est, vid. §. 21, 1. 6. — Postremo alii Cretenses antiquissimam accusativi formam *τὸν νόμον* servarunt, non minus alias consonarum illarum cum Argivis patientes, ut *τιθένς*, *πάνσα*, *ὑπάρχονσα*, quae apud reliquos Cretenses *τιθής* vel *τιθές*, *πᾶσα* et *ὑπάρχουσα* sonarent. Reperitur ea ratio in decretis Vaxiorum nr. 3050 et Latiorum nr. 3058, a grammaticis male Creticae dialecto in universum tribuitur vid. §. 14. Ceterum

iidem infinitivos corripere videntur. — In reliquis titulis Creticis, qui genuinae dialecti corruptionem per lapidas passi sunt, discerni nequit, quae e tribus illis rationibus cuique populo peculiaris fuerit; Allariotas tamen, in quarum epistola nr. 2557 dativus *μετέχῳσι* pro *μετέχουσι* (quae sunt e *μετέχουσι* orta), et infinitivus *χαίρειν* leguntur, consonarum conjunctionem *υς* abhorruisse apparet.

Alia differentia in vocalibus *εο* et *εω* posita est. Nam pars Cretensium eas non mutabat, si fidem habere licet titulis Eleuthernaeorum nr. 3047, ubi *ἐπαινέομεν*, et Arcadum nr. 3052, ubi *πολεμέωσι*, deinde Epimenidis epistolae, ubi *ἀλγέοντι*. Alii Laconum more eas in *ιό* et *ιω* mutant, quae ratio apparet in decretis Istroniorum, Sybritiorum et Latorum nr. 3048. 3049. 3058 ut *πραξιόμεν*; in Latorum et Olontiorum foedere nr. 2554 prima et secunda ratio mixtae sunt, unde in formas illam secutas corruptelae suspicio cadit. Tertia ratio spectatur in titulis Hierapytniorum nr. 2555. 2556 et Allariotarum nr. 2557, ubi *εω* et *εο* in *ω* contrahuntur, nisi quod quum *ο* ante duas consonas est, *ε* ejicitur, *ἐξῶ* pro *ἐξέω*, *ἀνώομενος* pro *ἀνεόμενος*, *πωλόντες* pro *πωλέοντες*. De reliquorum usu propter titulorum Tejo - Creticorum foedam corruptionem judicare non licet.

In digammi usu Cretes a Laconibus non multum differunt; valde tamen singulare est *ρ* pro antiquo digamma in glossis Hesychianis *τρέ* et *δεδροικῶς* positum vid. §. 5, 7. Ex eodem Hesychio solo constat de *λ* in *υ* mutato ut *αὔσος* etc. vid. §. 15, 5. — *Πρεῖγυς* pro *πρέσβυς* aut potius ejus vocis derivata in titulorum parte leguntur vid. §. 15, 6. In Vaxiorum decreto nr. 3050 *φυλάδω* esse videtur pro *φυλάσσω* §. 13, 6. Creticum esse dicitur *θιός* et in Olontiorum foedere nr. 2554 scriptum fuisse videtur vid. §. 17, 3, quum in reliquis inscriptionibus, etiam melioris fidei, *θεός* legatur. *Πορσι*

μο πρός, forma Cretibus propria, est in decretis Istro-
niorum, Vaxiorum, Rhauçiorum et Cnoasiotum nr. 3048.
3050, 3051, 3053, quum vulgaris Doriens forma *ποτι* re-
pariatur in titulis Allaziotarum nr. 2557, Eleuthernaço-
rum nr. 3047 et eodem Rhauçiorum nr. 3051. *Πρός* in
Vaxiorum decreto esse videtur, ut est apud Epimenidem
et in antiquis titulis Argivis. — Omnibus Cretensibus
contra plerorumque Doriensium usum tertiae pluralis im-
perativorum terminatio *ων* cum Theraeis et antiquioribus
Delphis communis fuisse videtur ut *ἐπιόριων* et *ποιησά-
σθων* vid. §. 36, 4.

Vides, quanta Creticae Doridis fuerit varietas, quan-
taque in nonnullis praesertim populis (Vaxii et Latii in-
primis notandi sunt) vel antiqui situs tenacitas vel nova-
tionis mira proprietas. Singula exempla praeterea passim
attulimus.

5) Cyrenaeorum dialectus in titulis inde a se-
cundo a. Chr. saeculo scriptis multo antiquiorem colorem
habet quam omnis reliqua Doris, qualis per eandem ae-
tatem cognoscitur; maxime ille apparet in prisco *α* pro *ε*,
quod in vocibus ab *ἰερός* derivatis tituli ante nostram ae-
ram scripti accurate servant, recentiores haud raro exhi-
bent vid. §. 16. Item *ων* in secundae declinationis geni-
tivo, severioris Doridis certissimum indicium, vulgari
terminationi *ου* non cedit nisi in titulis Tiberio recentio-
ribus et ne in his quidem cum aliqua constantia. A re-
liqua severiore Doride, quantum in fontium penuria in-
telligi potest, Cyrenaeorum lingua duabus potissimum
rebus distinguitur: primam extremarum syllabarum cor-
ripiendarum insigni amore vix ullis Doriensium aequae
familiari, ut *τὸς θεός*, *ἱερός* pro *ἱερεῖς* vel *ἱερεῖς*, *Φυκός*
pro *Φυκεῦς*, quo etiam Callimachi Cyrenaei insolentiores
correptiones revocandae esse videntur vid. §. 21; deinde
vocalium *εο* contractio in *ευ* ut *Εὐφάνευς* et *Θεῦτιμος*,
quae a reliqua severiore Doride, praecipue in genitivis,
aliena est.

§. 50.

De Doridis generum et specierum origine.

1) Constat cum Attica lingua, qua mitius Doridis genus a severiore distinguitur, non recentis originis esse neque ei potentiae deberi, quam Atheniensium ingenium magis magisque in reliquos Graecos exercebat, supra §. 20 et 25 satis demonstratum est. Restat ut quaeramus, quo tempore illa Doridis divisio nata esse videatur. Primum a recentiore et cognitiore aetate ad vetustiore et obscuriore ascendentibus utrumque Doridis genus in inscriptionibus apparet, ex qua diphthongi *ei*, *ou* et longae vocales *η*, *ω*, quo in loco gravissimum generum discrimen positum est, scriptura distingui coeptae sunt. Antiquissimus titulus, in quo mitius genus ceruitur, est decretum Amphictyonum nr. 1688, quod Ol. 100, 1 scriptum est; severius in titulis Creticis et Gyrenaicis vel post nostram aeram conspicitur, vulgaribus formis raro intermixtis. Quomodo factum sit, ut in Laconicis titulis post a. 200 mitius genus omnem proprietatem Laconicam propulerit, supra §. 48, 2 explicare conati sumus. In universum tanta est generum usus constantia in variorum populorum Doricorum inscriptionibus, ut vel hinc intelligatur, illam divisionem multo antiquiorem esse. Idem docent poëtae Dorici, qui ex iis civitatibus oriundi, quarum inscriptiones mitiorem Doridem praebent, ea ipsa quinto saeculo usi sunt, Epicharmus et Sophron Siculi, Timocreon Rhodius; deinde Aristophanes in Acharnesibus Megaricam dialectum imitatus, quem ne suspiceris hoc in loco Attica temere immiscuisse, Laconicae dialecti in Lysistrata imitationem comparato. Ad Epicharmum et Sophronem retulimus gravissima grammaticorum testimonia de Syracusano *Μοῦσα* et antiquiore Dorico s̄c vid. §. 20, 12. — Ultra quintum saeculum Alcmanis carmina severiorem Doridem exhibent, sed cum minus puram;

cent. Non magis nobis persuademus, ποτέονται Alc. 35 et ὠρχεῦντο Sapph. 76 ex epica lingua manasse. Illud toleravimus, quia Lesbiaca ποθήω et ἀδικήω aliquatenus Ionicam formam tutari visa sunt, quanquam in frustulo incertissimi metri corruptelae suspicio in promptu est (Cens. Darmst. proponit λάταγες δὲ πότηνται); alterum damnavimus ut omnes formas verbales, quae diphthongum *eu* contractione natam habent §. 26, 13, primum quod nusquam metro confirmantur, deinde quod nonnullis in locis meliorum librorum auctoritate propellantur, postremo quod duo triave, quae restant, exempla apparet quam facile et ipsa a librariis Lesbiacae proprietatis parum gnaris intrudi potuerint. Nam quod Schneidewinus εὔσα Sapph. fr. 27 certum esse dicit, errorem subesse infra ad eum locum docebimus. Postremo Schneidewinus tuetur ὀππόταν, quod damnavimus §. 29, 1. At legitur Sapph. 3 apud Eustathium, ubi omnis fere proprietas Lesbiaca deleta est, et in corruptissimo frustulo Alc. 31, 4; deinde patet et exemplo docuimus, quam facile ὄτα et ὀπποτα a librariis indoctis in ὄταν et ὀππόταν corrumpi potuerint; postremo particulae ἄν ab Aeolibus usurpatae nulla alia exempla extant, quum *ne* in poetarum fragmentis et titulo Lesbiaco nr. 2166 frequentetur. Itaque neque incaute egisse nobis videmur neque in hac voce magis quam in reliquis epicae dialecti immixtae documentum cernimus.

Pag. 9 l. 12. Quod in Erinnae reliquiis nihil fere Lesbiaci inesse affirmavimus, Schneidewinus non recte dictum putat p. 1519. Immo vero rectissime; unicum enim in illis ἔμμι legitur fr. 5, quod neque ad epicam dialectum neque ad Doricam referri possit, sed ad solam Lesbiacam. Contra multa Dorica reperiuntur, quae non sunt eadem Lesbiaca, ut in solo fragmento secundo ἔντι, τίν, ποτέθηκα, ἦς, quum Lesbiaca sint εἶσαι, σοῖ, προς-έθηκα, ἦν.

Pag. 10 l. 3 extr. Arcadii locus est de Accent. p. 174, 24.

Pag. 13 not. 9. Adde Arcad. 37, 7. τὰ διὰ τοῦ αὐοῦ δισύλλαβα ὀξύνεται, ναῦος, αῦος (leg. αὐος) ὁ ξηρός. τὸ δὲ ἀγανὸς τρισύλλαβον. Pessime ὀξύνεται pro προπερισπᾶται aut βαρύνεται scriptum esse, notus vocis αὐος accentus et oxytoni ἀγανός exceptio patefaciunt.

Pag. 14 init. De vocibus Aeolice in αῖς pro as exeuntibus adde Arcad. 92, 7. τὰ εἰς αῖς πολυσύλλαβα Αἰολικῶς ὀξύνεται (leg. βαρύνεται). Ἀτρείδαις ἀπὸ τοῦ Ἀτρείδης, Ὀρέσταις καὶ τὰ σύνθετα ἄπαις, εὔπαις, ἀνδρόπαις. Exempla Ἀτρείδαις et Ὀρέσταις pessime apposita sunt, vid. L. I §. 15, 3.

Pag. 26 l. 7. Cum ἄτερος conferas ἄτερο, ἄτεροθε, ἀτᾶρο, quae ad eam stirpem referenda esse indicavimus L. II §. 16.

Pag. 29 l. 5. Multum dubitavimus de Aeolico vocis ἄλιος spiritu. Quum enim certissimum videatur, in ἠέλιος et ἀέλιος (quod retinimus Sapph. 79) lenem pronuntiatam esse, haud cunctanter ἄλιος scripsissemus Alc. 70 et Sapph. 111, praesertim quum forma contracta apud Pindarum et in epigrammate metrico Corcyraeo lenis spiritus indicia quaedam habeat vid. L. II §. 4, 4, nisi retinuisset nos cognatarum linguarum comparatio. Neque enim dubitari potest, quin ἀφέλιος (vid. L. II §. 5, 5) non diversum sit a Gothico savil, Litthuanico saule, Latino sol, quare et asper in ἄλιος rectissime e sigma prognatus et plenior forma ἀέλιος leni non legitimo instructa esse videtur. Nunc intelligere nobis videmur, unde mira illa spiritus discrepantia originem traxerit. In Graeca enim lingua (fortasse etiam in Lesbiaca dialecto) haec lex valet, ut α et η ante sequentem vocalem ne spiritu aspero oriantur. Quum igitur antiquitas ἀφέλιος pronuntiarī potuisse videatur, post digamma ejectum oportuit lenem assumi, qui post vocalium contractionem in ἄλιος quasi postliminio rediit. Nostro igitur jure in ἄλιος asperum tenemus, paullo dubitantius lenem in ἀέλιος, quum haud improbabile sit, Lesbios ἀφέλιος pronuntiasse.

Pag. 30 not. 2. In Tryphonia verba post Ἰωάνη excidit καὶ Διολεῦσι.

Pag. 37 l. 2. In Hesychii codice est αὔεοῦλλαί, ἄελλαι π ἄκλ, unde Musurus vulgatam lectionem finxit αὔελλαι παρὰ τὸ ἄελλαι. Rectius scripseris αὔελλαι, ἄελλαι παρὰ Ἀλκαίῳ. Lesbicum praeterea apud Hesychium esse videtur εὐέθωκεν, εἴωθεν vid. L. II §. 42 s. v. ἔθω.

Pag. 41 not. 5. Non Alcmaeonem Crotoniatam cum Lobeckio intellexi, sed Alcmanem, qui se ipse Ἀλκμᾶσφ vocavit et aliquoties in libris Ἀλκμᾶτων scriptus est vid. Fix. in Thes. Steph. Par.

Pag. 42 l. 8. De σάμβαλα, quae vox non apud solos Lesbios reperitur, vid. Bergk. ad Anacr. p. 101.

— l. 15. Ποικιλόφρον' et ἔλω' in iis libris leguntur, quibus nihil auctoritatis tribuendum est. Alcmani fr. 14 (25) Bergk. nuper probabili conjectura πολύφρονος restituit i. e. πολύθρονος. Ad Aeolicum αἰφήν confer glossas Hesychianas: ἀμφήν, αὐχήν et ἀμφήν, αὐχήν, τράχηλος.

Pag. 46 init. Διά legitur in titulo Delio l. 6 et Sapph. 1, 12 (sed vide infra ad eum locum), δι' Sapph. 4. 18, καρθία Sapph. 2, 6, Διονυσόδωρος Del. 9.

Pag. 47 l. 3. Adde αἰθυσσομένων Sapph. 4.

— l. 25. Adde ἄζει Alc. 31, Ζαῖλος Del. 9.

Pag. 51 l. 5. Idem μῆνος legitur Del. 5, unde apparet alteram v post longam vocalis jam ante Romanorum dominationem omissum esse.

Pag. 52 nr. 4. Κλειναγόρα est in recenti titulo Cramerio C. I. nr. 3525. Vere Lesbicum est κλέενος a κλέος, sed contractione κλήνος fieri debebat.

Pag. 55 l. 13. Unum tamen v scriptum est in προξενία Cum. 3523.

Pag. 58 not. 28. Adde Hesych. ἔλλειν, ἰλλεῖν, κατέχειν et ἔλλᾶσαι, συγλῆσαι, κωλύσαι.

Pag. 59 et 60 init. Adde Γυρίνω, quae erat Sap-

phus amica fr. 66 et Maxim. Tyr. XXIV, a γυρίνος vid. Et. M. 243, 51. Διονυσόδωρος, vulgaris forma, est Del. 9. Deinde Schneidewinus, p. 1514 ex Hesych. Vindob. ed. Kopitar. p. 20 attulit: Ἦπερος — ὄνομα κύριον. οὕτω καλουμένην χώραν Αἰολεῖς Ἄπερον ὠνόμασαν· ἀλλὰ καὶ οἱ Δωριεῖς, ubi corrige Ἄπερον; neque enim recte Schn. solēmi ista corruptela lectionem περάτων Alc. 25 defendi dicit. Ceterum Dorienses superioris dialecti Ἀπηρός dixerunt vid. L. II §. 20, 6. Praeterea adde Ἐρραφιώτῃς pro Ἐραφιώτης apud Alcaeam secundum Anecd. Parr. III, 121, 7.

Pag. 60 not. 41. Cyrillus in Anecd. Parr. IV, 192, 10 Eustathii loco in breve contracto male Alcaeo τερρών tribuit.

Pag. 64 l. 18. Rectius cum Hermanno ἔνη Sapph. 117 verbi νέω, Lesbicae νῆμι, imperfectum habueris. Notabilis tum est liquidae post augmentum geminatio, cuius nullum praeterea exemplum reperitur.

Pag. 66 init. Adde μέσσοις in titulo Delio et Aeolicum μέσσει, quod Hesychio pro μεσσί restitui literarum series iubet.

Pag. 67 l. 13. Adde κρύπτω Sapph. 3.

Pag. 68 l. 3. Accedit ὄντι Cum. 3523.

Pag. 69 init. Aegre nobis persuademus, eosdem Aeoles ὄθμα pro ὄμμα dixisse, quare Hesychii glossa ὄθματα, ὄμματα· Αἰολεῖς, quomodo facili sane emendatione pro Νεολεῖς scriptum est, dubitationem admittit. Voce usus est Nicander Ther. 178. 443, Alex. 33 et Auctor hymni Isiaci Col. IV v. 20. Similia sunt στέθματα, τὰ στέμματα Hesych. et γράθμα pro γράμμα, quod cum ὄθμα commemoratur in Ann. Oxx. I, 102, 30.

Pag. 70 l. 17. Huc pertinet ἐπίγνοις C. I. 2170, si quidem integrum est in titulo valde mutilo. Certe Boeckhius non debebat ἐπιγνούς corrigere.

Pag. 73 l. 15. Μύρρα pro σμύρρα Sappho dixerat secundum Anecd. Bekk. 108, 22.

Pag. 76 extr. Quae de ὄπετον disputavimus, non

probavit Censor Darmstadiensis, haud dubie in eo lapsus, quod pro *ἄρπυς*, quam vocem Hesychius et Et. M. 148, 33 per *ἔρως* interpretantur, *ἀρτύς* reponendum esse censet; nimirum in Et. M. vox ab *ἀρπάξω* ducitur. Recentissime Meinekus iudicavit. Anall. Alexx. p. 266, insuper suspicatus Hesychianas glossas Ὀρπα, Ἐρινός et ὄρπαξ, θρασὺς ἄνεμος Aeolicas formas haberi posse pro *ἄρπη* et *ἄρπαξ*. Nos jam intelligimus, *ἔρπετόν* vix recte ab *ἔρπω* derivari; quid enim, quod Simonides Amorginus fr. 12 eam vocem de cantharo volante usurpavit (*ἔρπετον παρέπτωτο*)? Neque apud reliquos antiquiores *ἔρπετόν*, ut volunt, est quodque animal in terra incedens, sed de rapacibus feris et belluis dicitur, ut solet *θηρίον*. Ita apud Homerum Od. δ, 417 cf. 456 *ἔρπετά* nominantur leo, draco, aper; Pindarus Pyth. I, 25 Typhoeum monstrum appellat *ἔρπετόν* et fr. 73 canem Lacaenam. Simonides igitur talem cantharum descripserit, quales erant ingentes illi Actnaei, vid. Aristoph. Pac. 73 cum scholiis. Recentiores demum etymon vocis, quod apparere videbatur, sequuti, omnia animalia terrestria *ἔρπετά* vocarunt, quorum est Theocritus, qui XV, 118 *ἔρπετά* et *πετεηνά* inter se opponit, aut adeo vocem de reptilibus interpretati sunt. Jam vero Aeolici *ὄρπετον* potestas optime cum genuino illo usu conspirat. Sapphoni fr. 20 Eros est *ἀμάχανον ὄρπετον* i. e. *κακὸν θηρίον*, nec minus Theocritus XXIX, 15 *ἄγρια ὄρπετα* feras et belluas dixit, Itaque jam concedimus *ὄρπετον* pro vulgari *ἔρπετόν* esse, ita tamen, ut hoc ipsum non ab *ἔρπω* descendere existimemus. Neque non probabile videtur, vocem a Cretico *ἀρπετόν* non diversam et cum reliquis, quae conguessimus, cognatam esse, unde et Aeolicum *ο* et psilosis explanationem habent.

Pag. 77 l. 16. Adde glossas Hesychianas: βρόσσομος (leg. βρόσσονος), βραχίερου (ita codex) pro βράσσονος i. e. βραχίονος; κορτερά, κρατερά, ισχυρά; μορνάμενος, μαχόμενος pro μαρνάμενος.

Pag. 78 l. 15. Quum *ἄνθος* traditum sit Alc. 52

Besley: 1842. p. 55, quod aperte et pro certo contendissemus, *θεῖνας* e *θέμ(ε)νας* *λέγαν* e *λεγεσθαι*, *λεγέμ(ε)νας* factū esse, etque explicationem falsam esse proclamat, primam quod *μ* ante sequens *ν* a Graecis non ejectum sit, deinde quod *λεγεσθαι*, id quod ipsi indicavimus, non extet. Primum argumentum contra ipsum Curtium convertere licet, qui haud tunc tunc *θέμην* et *λεγέμεν* e *θέμενας* et *λεγέμενας* orta esse, idque verissime contendit, quamquam diphthongi in fine vocabulorum objectae alterum exemplum non extat; neque raro in singulis quibusdam eae consonarum conjunctiones spretae sunt, quae in plerisque nihil offensionis habuerunt, ut *έμν* in *έμνι* mutatum est, quamquam consonis *σμ* junctis, nihil in Graeca lingua frequentius. Alterum argumentum, iis non multum valere videbitur, qui meminerint, quam saepe in formarum grammaticarum derivatione per ea procedendum sit, quae aut nunquam in usu fuerunt aut mature obsoleverunt. Ceterum ipse Curtius infinitivi antiquitas duplicem terminationem fuisse statuit, *μεναι* et *ωναι*. Ad hanc refert *παλόναι*, suspectissimam apud Parmenidem formam, *πέδόναι*, *διδοῦναι*, quod e *ἀδοσεναι* ortum dicit etc. Quia in re primum hoc temere fluxit, eam terminationem verborum in *ω* purae radici affigi potuisse, deinde neglexit, antiquiorem linguam omnino brevem vocalem ante terminationem *ναι* ignorare uno *ίεναι* excepto, denique ea excogitavit, ne haeremus in re ab hoc loco alieniore, quae parum probabilia videantur.

Pag. 93 l. 25 leg. Eustath. 1535, 49.

— l. 30. Metrum etiam *ὄρεος* patitur Alc., 74 et versus Sapphoni e conjectura adscriptos fr. 44, 7. 8 nunc etiam certius damnamus. Ceterum *ὄρεος* est Sapph. 21.

Pag. 94 l. 25. Adde *θίρωρος* Sapph. 49, quum *αἰλαρός* Doricum esse videatur L. I §. 24, 8. Et hic quidem *ω* adeo ex *ωω* factum videtur.

Pag. 97 l. 17 leg. §. 21, 6.

— l. 23 leg. §. 22.

Pag. 98 nr. 7. Aeolica esse videntur, quae Arca-

dus affert de Acc. p. 165, 23. τὰ εἰς ὦ καθαρόν παραληγόμενον τῇ υἱ βαρύνεται, εἰ μὴ παρ' ὄνομα εἴη; ἀλυίω, ἀπυίω· τὸ δὲ γυνῶ περισπᾶται, ubi ἀπυίω pro ἀρπυίω restituumus e codice Havniensi in Dindorfii Gramm. Graec. Vol. I.

Pag. 99 l. 11. Iota subscriptam dativi abest etiam in titulo Delio, ubi ἀγάθα τύχη, ἐν Μασθύμνα, ἐμ μέσσω, et in Cum. 3523.

Pag. 100 nr. 1. Ἄλιος nunc restituumus Alc. 24; Τμήκας etiam in inscriptione Cyrenaica metrica a Letronnio edita (Journ. des Savans 1828. Mart. p. 184) legitur. Μελάντας pro Μελανταῖος est in titulo Delia.

— nr. 2. Turpi errore Ἐάδια, pro ἀδαῖα esse voluimus. Est enim neutrum pluralis, quum τέτις masculino genere utatur.

Pag. 101 inif. Fortasse rectius εὔωθα Aeolicum putatur vid. supra ad p. 37. Tum in grammaticorum locis scribendum videtur: καὶ εὔωθα· οἱ δὲ (pro γὰρ) Διολεῖς τὸ εὔωθα εὔωθα λέγουσι.

Pag. 105 l. 6. Cf. χοῖτα Callim. Lav. Pall. 28.

— l. 18. Adde παῖς Sapph. 16; sed Sapph. 30. 56 rectius παῖς scribendum esse videtur; παῖδων nunc certa emendatione restituumus Alc. 42.

— not. 1. Arcadii locus legitur de Acc. p. 121, 25.

Pag. 106 not. 4. Dialecto non nominata κόϊλος commemoratur ab Apollon. de synt. p. 7, de pron. 111, Arcad. de acc. 55, 22 cf. Bergk. ad Anacr. p. 92. Ceterum dele alterum Priaciampi locum.

— not. 5. De Νείλος, quod jam non Aeolicum, sed a grammaticis fictum esse suspicamur, vid. L. II §. 20 not. 11.

Pag. 107 l. 15. Pleonasmum vocalis *a* grammatici agnoverant in ἄωρος, somnus: Et. M. 111, 15. ὠρος καὶ ἄωρος κατὰ πλεονασμὸν τοῦ *a* μηδὲν πλέον σημαίνοντος; ὠρος γὰρ ὁ ὕπνος, quibus praeter Sapph. fr. 97 aliae quaedam explicationes subjunguntur, cf. Hesych: ἄωρος, αἰπνος, ubi corrigunt ἄωρος, ὁ ὕπνος· Μηθυμναῖοι. At

ἄσπος de somno dictum suspectissimum est vid. Neue ad Sapph. fr. 39. Rectius ille pleonasmus agnoscitur in ἄσποι et ἄσποι pro σποι et σποι vid. §. 23, 6.

Pag. 109 l. 13. Vocativus *νύμφα* ultima correpta legitur Sapph. 56.

Pag. 111 l. 1 leg. 35 pro 38.

— l. 4. Aliud testimonium nunc legitur in Aneedd. Parr. III, 313, 25. *θεοῖο · γενική Βοιωτική και Διολική.*

— nr. 4. Item in Delio titulo est αὐτοῖσι et in Cum. 3523 praeter articulum τοῖσι plenior dativi forma regnat paucis vocibus exceptis.

Pag. 115 l. 12. Malmus nunc *Ψάπφ* e *Ψάπφα* factum, hanc vero vocativi formam ultimae correptione quadam e *Ψάπφοι* ortam existimare. Neque enim aliter Sapphicum *αὐα*, quod ab Apollonio inter metaplasmata exempla affertur, vid. §. 22, 3, vocativus vocis αὐαῖς esse videtur; nam si nominativus esset, non recte metaplasma agnosceretur. Postremo fortasse *Γύρρινα* apud Maximum Tyrium pro *Γυρίνω* Sapph. 66 et Et. M. 243, 51 e vocativo correpto factum est. Ad primae declinationis similitudinem transitum esse videtur, quod *Ψάπφο* et similia parum arriderent. Neque tamen in tanta rei obscuritate pertinaciter Schneidewino refragor, qui cum aliis ipsos nominativos *Ψάπφα*, *Γύρρινα* apud Lesbios in usu fuisse contendit.

Pag. 116 l. 21. In titulo Delio (vid. supra ad p. 7) nominum in ης exeuntium genitivos formae notata dignissimae detegere nobis visi sumus, *Πολυδεύκη*, *Ἐννεγένη*, *Ἐρμιογένη*; *Δ. . η*. Memorabilem in modum continet grammaticorum de dialectis praeceptum (vid. not. 7): τῶν γενικῶν πτώσεων (τῶν εἰς ἧς ὀνομάτων) τὸ ε̅ ἀφαιρούσθαι, *Σωκράτου* etc. Quod quum per se incredibile sit quam maxime, attamen si Lesbio *Σωκράτη* dixerunt, genuinum praeceptum id fuisse suspiceris, ut Aeoles genitivum nominativi sigma abjecto facere dicerentur. Deinde satis probabile videtur, Lesbios *Ἐρμιογένης*, *Ἐρμιογένη*, *Ἐρμιογένη*, *Ἐρμιογένην* flexisse ad analogiam primae et se-

cundae declinationis et aliorum, de quibus vide L. II §. 30, 8. Nam quod Choeroboscus Bekk. p. 1188 nullos genitivos in η exire tradit praeter $\Lambda\rho\eta$ et $T\rho\eta$, ea regula Aeolicam dialectum tangi non credimus. Postremo non absonus est Latinus genitivus Dioceli a Diocles. et similia vid. Zumpt. ad Cicer. Verr. p. 655. — Dativus Καλλικλῆ legitur in recentiore titulo Lesbio apud Rossiam II nr. 197. c, ubi R. non recte Καλλικλῆ scribere videtur. Vocabivum iidem grammatici in ϵ exire docent ut $\Sigma\acute{\omega}\kappa\rho\alpha\tau\epsilon$, cujus terminationis exemplum esse $\mu\epsilon\lambda\lambda\iota\chi\acute{o}\mu\epsilon\iota\delta\epsilon$ Alc. 45 Seidlerus p. 226 rectissime intellexerat. Nam quaecumque cum $\mu\epsilon\iota\delta\acute{\alpha}\omega$ composita sunt, omnia in $\eta\varsigma$ desinunt ut $\epsilon\acute{\upsilon}\mu\epsilon\iota\delta\acute{\eta}\varsigma$, $\phi\iota\lambda\omicron\mu\epsilon\iota\delta\acute{\eta}\varsigma$ et ipsa vox $\mu\epsilon\iota\lambda\iota\chi\omicron\mu\epsilon\iota\delta\acute{\eta}\varsigma$ Hesychio restituenda est e codicis lectione $\mu\epsilon\iota\lambda\iota\chi\omicron\mu\epsilon\iota\delta\acute{\eta}\varsigma$, $\mu\epsilon\iota\lambda\iota\chi\omicron\mu\epsilon\iota\delta\acute{\eta}\varsigma$, $\mu\epsilon\iota\lambda\iota\chi\omicron\mu\epsilon\iota\delta\acute{\eta}\varsigma$, quum Musurus male scripserit $\mu\epsilon\iota\lambda\iota\chi\acute{o}\mu\eta\tau\iota\varsigma$, $\eta\delta\acute{\upsilon}\varsigma$, $\mu\epsilon\iota\lambda\iota\chi\omicron\mu\epsilon\iota\delta\acute{\eta}\varsigma$, $\eta\delta\acute{\upsilon}\mu\epsilon\iota\delta\acute{\eta}\varsigma$.

Pag. 119 l. 8. De $\mu\omicron\lambda\upsilon\tau\acute{\omicron}\rho\iota\delta\iota$ adde Et. M. 42, 37, Eustath. 407, 35 cf. Lobeck. ad Phryn. p. 326, Nev. ad fr. 111.

Pag. 122 l. 3 leg. fr. 35 pro fr. 88.

Ibid. l. 14. Ω $\gamma\upsilon\eta\eta$, quod Schneidewinum sequuti ad Alcaicum lyricum retulimus, Meinekius verissime Comico vindicavit Comice. Graecc. II p. 834.

Pag. 123 not. 8. In Herodiani loco (leg. 10, 13) Ποσειδᾶν traditur et postea l. 25 $\epsilon\acute{\iota}\rho\eta\tau\alpha\iota$ $\delta\acute{\epsilon}$ $\delta\acute{\omicron}$ $\delta\alpha\iota\mu\omega\upsilon\iota$ $\mu\epsilon\tau\alpha$ Ἄλκαϊον $\delta\iota\acute{\alpha}$ $\tau\omicron\upsilon$ $\bar{\alpha}$ $\mu\epsilon\iota\omicron\upsilon\tau\omicron\varsigma$ $\tau\omicron\upsilon$ $\bar{\eta}$ (leg. $\bar{\omicron}$) $\mu\omicron\sigma\epsilon\iota\delta\acute{\alpha}\nu$, ubi additur Alc. 18.

Pag. 128 l. 8 lege cardinalium.

Pag. 129 l. 9. Augmentum contra vulgarem usum Alcaeus addidit in $\epsilon\sigma\upsilon\eta\eta\kappa\epsilon$ secundum Et. M. 385, 9 cf. Anacr. fr. 116 Bergk. Augmentum syllabicum propter digamma est in $\epsilon\acute{\alpha}\nu\omicron\sigma\sigma\epsilon$ Alc. 53.

Pag. 131 nr. 1. Quod de Aeolico $\mu\acute{\alpha}\nu\omega$ pro $\mu\acute{\iota}\nu\omega$ coniecimus, jam egregie confirmatur Arcadii testimonio de Acc. 160, 4: $\text{Τὰ εἰς } \bar{\nu}\omega \text{ παραληγόμενα φύσει μακρῶ φωνήεντι, ὅποτε μὲν (leg. μῆ e codice) εἶη κατ' Αἰολίδα διάλεκτον; περιπῶται, σκηνώ, θρηνώ, σφηνῶ, φωνῶ, ἄνω$

καὶ ἀνοῦμαι, κοινωνῶ. τὸ πᾶνω βαρύνεται ὡς ἴδιον Αἰολικόν (leg. Αἰολίων e cod. Havn.). Apparet πῶνω corrigendum esse, quum in penultima aut η aut ω postuletur. Idem πῶνω infra ad p. 209 Boeotis vindicabimus. — Fortasse e testimoniis §. 15 not. 2 appositis colligere licet, Aeoles *μυαίω* dixisse pro *μυμήω* cf. *μυμήσκεια* Anacr. fr. 69 Bergk.

· Pag. 141 l. 12. Etiam Alc. 12 *μεθύσθη* est in libris Athenaei.

— l. 23 leg. *venditant* 18).

· Pag. 143 l. 18. Et. M. 225, 7. *γέλαν, ὅλον γέλαν* δ' ἀθ' ἀνάτοι θεοί — κατὰ συστολήν λαμβάνεται, ὡς ἡ μετοχή δηλοῖ. *γέλαντος* γὰρ ἡ γενική κατὰ συστολήν τοῦ ᾠ. τὰ δὲ ἐνδέοντα συλλαβῇ τρίτα πρόσωπα τῶν πληθυντικῶν καταλήγουσιν εἰς τὴν παραλήγουσαν τῆς γενικῆς τῶν μετοχῶν. οὕτω Ζηνόδοτος. Vix dubium est, quin et *γέλαντος* Lesbicum sit et versus allatus Alcaei aut Sapphus, recte iudicante Bergkio ad Anacr. p. 37.

· Pag. 144 l. 6. Brevioris formae exemplum est *γέλαν*, quod modo commemoravimus, longioris *ἐπόησαν* Sapph. 70.

— l. 15. Adde *φιλημαι* apud Choerob. in Theod. p. 569, 23.

· Pag. 149 init. Alcaeo fr. 62 nunc restituimus *ἀκούσεις*, Theocrito XXIX, 16 jam olim *αἶνεσε*. Prima pluralis in *εἰμεν* exhibat apud Aeoles teste Choerobosco in Theod. p. 564, 20 seqq. *ιστέον* ὅτι τὰ εἰς ᾠ λήγοντα ἐνικά, δηλονότι πρῶτα πρόσωπα, προσθέσει τῆς *μεν* πληθυντικῆ γίνεταί· ὅλον τέτυχα τετύφαμεν, ἐποίησα ἐποίησαμεν etc., deinde: *Δεῖ προσθεῖναι, καὶ χωρὶς τῶν Αἰολικῶν εὐκτικῶν* τοῦτο δὲ πρόσκειται, ἐπειδὴ οἱ Αἰολεῖς προσθέσει τῆς *μεν* τὸ πρῶτον πρόσωπον τῶν πληθυντικῶν (deest οὐ) ποιοῦσιν· οὐδὲ γὰρ λέγουσι τυφείαμεν ἀλλὰ τύψειμεν. Comparet *θεῖμεν* a *θειήν*.

· Pag. 149 l. 22. Alcaei frustulum fr. 99 Meinekius Comicc. Graecc. II p. 833, quanquam certiore ratione

non innixus, Comico dedit (ceterum legitur in Scholl. Arist. Av. 847, non apud Apollonium); sed aliud certius exemplum praepositionis apocopen non passae est Sapph. 24 παρὰ δ' ἔρχεθ' ὄρα.

Pag. 150 nr. 3. Censor Darmst. affirmat, non recte apud Theocritum XXIX, 25 a nobis πέρρ ἀπαλῶ scriptum esse; neque enim illam scripturam compositorum ut πέρροχος analogia satis defendi. Non meminit, ex antiqua Graecorum consuetudine praepositiones, quas nos dirimere solemus, easdem mutationes pati atque in compositione; deinde non perpendit, de quo admonueramus, κακ, ποτ et similia per se non minus barbara esse quam πέρρ. Postremo comparato Boeoticum ἔσσ pro ἔξ ante vocales. L. I §. 47, 4. Rectius scripseris περραπαλῶ, κακκεφαλᾶς, ποττόν. Ceterum ipsi olim emendati a nobis versus sensum non recte intellexeramus. Πέρρ ἀπαλῶ στύματός σε πεδέρχομαι est per molle tuum os te obsecro, ut πέρρ pro ὑπέρ positum sit, quod cum πρὸς in precibus usitatum est. Ad eundem usum spectare videtur Hesychiana glossa περσέ, πρὸς σέ; constat enim σε post praepositionem inseri solere ut πρὸς σε θεῶν. Cum hac glossa Koenius recte composuit πρρσέ, quod apud Joannem Grammaticum et Gregorium (vid. §. 12 not. 9) Aeolicum esse dicitur pro πρὸς σέ, et πρρσέ e περσέ corruptum esse suspicatus est.

Pag. 156 nr. 4. In titulo Delio legitur αἰε; contra recte apud Sapphonem fr. 47 αἰ πάρθενος restitutum esse, nisi quod rectius etiam compositum ἀἰπάρθενος agnoscitur, nunc apparet ex Epimerismis Homericis in Anecd. Parr. III, 321, 12 seqq. πάντα δὲ τὰ ἀπὸ τοῦ αἰ συντιθέμενα διὰ τῆς εἰ διφθόγγου γράφονται, οἷον αἰωνηστας, αἰγενέτης, αἰεφρουρος, αἰεπάρθενος, αἰεφανής κλην τοῦ αἰδίου. Deinde duodecim vocis formae enumerantur, ubi de Aeolicis haec: καὶ αἰτ̄ διὰ τοῦ ἰ παρὰ τῆς Αἰολεῦσι καὶ αἰεῖν (leg. αἰῖν) σύντονα παρ' αὐτοῖσι ὁμοίως ἢ παρ' αὐτοῖσι καὶ αἰεῖ (leg. αἰῖ) βαρύτερον διὰ τοῦ ἰ καὶ τυστολή τῆς ἀρχούσης, ἔξ οὗ καὶ τὸ αἰδίου ἰ γράφεται καὶ

σημαίνει τὸ αἰεὶ ὄν. δεῖ δὲ γινώσκειν ὅτι καὶ τὸ ἀεπιάρθενος διὰ τῆς εἰ διφθόγγου γράφεται κοινῶς, Αἰολικῶς δὲ διὰ τοῦ ἰ. Priora eorum causa adscripsimus, quae in nota ex Etymologicis minus plena de vocis αἰεὶ compositis allata sunt. Ceterum Censor Darmst. valde dubitat, an Aeoles non vere noverint quatuor hujus adverbii formas: αἰῖ, αἰῖν, αἰῖ, αἰῖν. Non aperuit tamen, cur optimorum grammaticorum testimoniis fidem habere noluerit, praesertim quum nihil convenientius sit, quam ut i Lesbiaco more modo ejiciatur modo teneatur, v ἐφ. modo addatur modo absit.

P. ag. 160 not. Adde Eustath. 1214, 27 οἱ Αἰολεῖς ἐκ πρωτοτύπου πληθυντικῆς γενικῆς ποιοῦσι τύπους κητικούς, ὡς ἔτερος ἑτέρων ἑτεράνιος· ἄλλος ἄλλων ἀλλάνιος· ἐτύμων ἐτυμώνιος· ἀνέμων ἀνεμώνιος καὶ δε' εὐφωνίαν ἀνεμώνιος. οὕτω καὶ Ἑλλικαὶ Ἑλικῶν Ἑλικώνιος.

§. 32. Praeclarae Boeoticarum inscriptionum copiae accesserunt haec :

Orchomenii tituli, unus in Leakii Itinere per Graeciam septentrionalem Vol. II nr. 37, cujus pars media jam edita erat Corp. Inscr. nr. 1573; duo ab Ernesto Curtio editi in Mus. Rhen. Nov. II p. 186 sqq. nr. 7 et 8, quorum prior difficillimus erat ad legendum.

Lebadeensis brevior est apud Leakium II p. 32.

Copensem breviorē praebet Ulrichsius in *Itinere Graeco* Vol. I p. 203 et ibidem alius inediti pauca verba.

Thebanum ineditum inter Boeckhii copias vidi. Eum qui in Corp. Inscr. nr. 1578 editus est, Leakius et emendatiorem et ab initio auctiorem repetiit II nr. 45.

Ptoium titulum i. e. muneris a concilio Boeotorum Apollini Ptoio dedicati inscriptionem Ulrichsius l. l. p. 247 publici juris fecit, quo judice paullo post Thebas restauratas Ol. 116, 1 scriptus est.

Thespiensis paucorum verborum Praxitelis operi pulcherrimis literis subscriptus apud Leakium II nr. 77.

Ceterum ex iisdem libris editorum subinde emendatior lectio suppetit.

§. 33. De accentu Boeotico duo graviora Arcadii testimonia negleximus. Alterum nostrae opinioni quam maxime adversari videtur: p. 39, 8 *Τὰ εἰς ὄς ὑπὲρ δύο συλλαβάς τῶ ἢ παραληγόμενα τὸ αἰζηὸς ἐστὶν ὀξύνομενον* (sic). τὸ γὰρ πάληος καὶ ἄρχηος κατὰ τροπὴν τῆς αἰ διφθόγγου ἐγένετο καὶ προπαροξύνεται. τὸ δὲ ὄρηος καὶ αὐτὸ παροξύνεται (leg. προπαροξύνεται) κατὰ τροπὴν τῆς αἰ (leg. εἰ) διφθόγγου γεγονός. τὸ δὲ ἐχένηος καὶ πολύνηος παροξύνεται (leg. προπαροξύνεται). σύνθετα γάρ. Nam πάληος et ἄρχηος Boeotica sunt vid. §. 40, 1. Vide tamen, ne haec regula perturbatissima sit. In ultimis correximus, quae corrigenda erant. Initium e Theognosto Oxx. II, 51, 18 et Et. M. 32, 4, qui aperte ex eodem fonte, Herodiano, hauserunt, nisi quod de accentu tacuerunt, in hunc modum supplendum esse videtur: τὰ — παραληγόμενα ἀπλᾶ κατὰ κοινὴν διάλεκτον οὐκ ἐστὶν εὐρεῖν, εἰ μὴ τὸ αἰζηὸς ὀξύνομενον. Itaque ne media quidem, quae ad Boeoticum accentum pertinent, suspicionis contagium evitare possunt, quanquam certa medela non suppetit.

Alter Arcadii locus e contrario iudicium nostrum de Boeotica accentus ratione egregie confirmat: p. 93, 21 *Τὰ εἰς ἰς πολυσύλλαβα κοινολεκτούμενα παροξύνεται, δαφνήεις, κητώεις. αἰ δὲ μετοχαὶ ὀξύνονται, τυφθεῖς, τυπεῖς. τὸ δὲ κτεῖς ὀξύτονον ὡς μονοσύλλαβον καὶ τὸ κλεις. καὶ οἱ Βοιωτοὶ τὸ ἦ τῶν εἰς ἦς εἰς εἰ τρέποντες ὀξύνοουσιν αὐτὰ, εὐγενεῖς ἀντὶ εὐγενῆς, ἀγενεῖς ἀντὶ ἀγενεῖς.* Corruptelae in tota regula nullum vestigium. — Postremo Boeoticum δῆς pro δαῖς ut oxytonon affertur ab Arcadio p. 106, 9, quum Lesbiaca dialectus circumflexum postulet.

Apparet etiam ex his Arcadii praeceptis, non caute egisse Ernestam Curtium, qui in Boeoticis, quas edidit, inscriptionibus nostro iudicio spreto Lesbiacam accentus rationem sequutus est.

Pag. 168 l. 21. Accedit *HEPMEIA* in antiquo titulo Coroneensi inedito, quem vidi apud Boeckhium.

Pag. 169 infr. *FAδων* in lapide esse testatur Ulrichsius p. 230.

Pag. 170. Voces digamma instructae e novis fontibus accedunt hae: *FAσκων* Leak. nr. 33; *FAστίνιος* Curt. nr. 8, et *FAστυμειδόντιος* Ulr. p. 247, utrumque patronymicum et ad *FAστυ* pertinens; *FIστορες*, i. e. arbitri ut apud Homerum, restituimus in Leakii titulo Orchomenio nr. 37 l. 12 pro *EΙΣΓΟPE* in extremo versu, quum magistratus aut muneris appellatio desideretur, ut *σούνδομος* l. 9; *FIλαρχιδόρων* cum Leakio II nr. 31 pro *ειλαρχιόντων* nr. 1588 restituendum est (de vocis *ειλη* digamma cf. Tarentinum *βειλαρμόστας* L. II §. 9, 4).

Pag. 171 nr. 2. *ἘπιFάλτεις* in titulo Ptoio Ulr. p. 247; vocis tamen lectio incertior esse dicitur.

Pag. 172 l. 5. Non dubito, quin Boeoti *πέμπε* dixerint, quanquam *δεκάπεντε* a Leakio lectum est in titulo corruptissimo Lebadeensi II nr. 32 (C. I. 1571 l. 14).

— l. 19 *γλάχων*, ut in aliis dialectis pro Attico *βλήχων* est Acharn. 840.

— l. 21 *Ἐρμάϊκος* nr. 1593 in lapide esse affirmat Curtius l. l. p. 108, neque tamen ideo verum existimari potest, sed lapicida erravit. Confer quod de eo nomine supra diximus ad p. 7.

Pag. 173 in. Lucianus Jud. Vocall. c. 7 per jocum ad Lysimachum comicum *Βοιωτίον τὸ γένος ἀνέκαθεν* revocat *τ* pro *σ* et *ττ* pro *σσ* pronuntiata. Contrariam mutationem statuit Ulrichsius I p. 174, qui cum fluvium *Προβατίαν* prope Lebadeam a Theophrasto Hist. Plant. IV, 11 p. 157 Scha. commemoratum non diversum esse a *Προβασία* C. I. nr. 1569, e bene intellexisset, (idem eodem tempore vidit Keilius Spec. Onomat. p. 112) hanc formam Boeoticæ dialecto propriam vindicat. Nos e

contrario *Προβατία* ipsorum Boeotorum antiquiorem pronuntiationem esse existimamus.

Pag. 174 l. 25. Cens. Darmst. *βλεῖρει* apud Hesychium vel repugnante literarum ordine in *βελεῖρει* mutari jubet, quanquam *ἔλτος* cum derivatis nullum digammi vestigium habet neque unquam in Boeotica dialecto β pro digamma scriptum reperitur.

Pag. 175 nr. 1. *Δεύς* Acharn. 871 nunc e Ravennate a Dindorfio receptum est; *Δεύξιππος* pro *Ζεύξιππος* legitur in titulo Orchomenio Curtii nr. 8.

Pag. 176 l. 6. Suspicionem nostram de mira illa voce *ὀπίττομαι* vel *ὀπλίττομαι* non probabit Cens. Darmst., neque ipsi enixe defendimus, sed probabiliorum explanationem libenter accipiemus.

Pag. 178 l. 15. Item Boeoti *στροτός* cum Lesbii dixere, si aliquid fidei habendum est voci dubitationis plenae in titulis Orchomeniis Leakii nr. 37 l. 27 et Curtii nr. 8 l. 6. Quum enim in illo lectum sit *τυ . . ρατον-εστροτευαόν*, Curtius legit *τὸν πρῶτον ἐστροτευάθη[σαν]*, ultima supplens, quum in hoc titulo lacuna in extremo versu ante sequentem catalogum ferri possit, in Leakii autem titulo ne unius quidem literae lacuna significata sit. Dummodo igitur verbum *στροτευάω* tolerari possit, Leakius rectius legisse videtur. Deinde Curtius ad *τὸν πρῶτον* suppleri jubet *στρατόν* vel *στόλον*. Quod vix recte factum est; sed in Leakiano titulo legendum esse videtur *τύδε* (aut *τῷ*) *πρῶτον ἐστροτευάων*, in Curtiano *τοῖ π. ἐ.* Simplicis articuli parem usum observamus in titulo Copensi Ulr. p. 203 *τοὶ ἀπεγράψαντο ἐμ πελοφόρας*. Item in alio Copensi nr. 1574, ubi apographum *τον. γεγ. αφαντ.* etc., quae Boeckhii in *το[ῖδε ἀ]πεγράψαντο* etc. mutavit, potius *το[ῖ ἀ]πεγράψαντο ἐν ὀπλίτας* restituendum esse videtur. Contra *τύδε ἐνίκωσαν τὰ Χαριτεῖσια* est in Orch. 1585. Aliud Boeoticae formae *στροτός* documentum fortasse latet nr. 1578 (Leak. II, 45), ubi Pocockii apographum, quo Boeckhii usus est, *Μνασισροτιος* praebet (B suspicatur *Μνασιβρότιος*); Leakii *Μνασιστροάτιος*, et in

manco patronymico . . . *εστροτιος* (fort. *Δαμοστρότιος*) in ejusdem tituli initio, quod apud solum Leakium extat.

Pag. 179 l. 3. Corrige *Τιμασίθιος* cum Keilio Anall. p. 149. Idem nomen supplendo effecit Curtius nr. 8 *Τιμασ[ίθ]ιος*. Adde praeterea *Θιογίτων* Leak. nr. 37, *Θίων* Curt. nr. 7, quod nomen etiam Leak. nr. 37 l. 32 pro *ΟΙΩ*. restituendum, *Κλιάρετος*, ut ibidem l. 29 pro *ΚΑΙΑΡΕΤΟΣ* scribendum, *ἀδελφίος* in Copensi Ulr. p. 203 etc.

— l. 23. Adde *Μεγαλίας* Leak. nr. 37.

Pag. 180 in. Accedit *Νέων* Lebad. nr. 33 Leak. Addimus hic singularem diphthongi *ει* pro *ε* usum in *Θεισπιεύς*, quam formam a Boeckhio in nr. 1593 expulsam in ipso lapide extare testatur Ulrichsius p. 188 nec minus in titulo Ptoio p. 247. Magis etiam mirum est patronymicum *Ἐαστυμειδόντιος*, quod idem in eodem Ptoïo legit, i. e. *Ἄστυμεδόντιος*. Errorem legentis in hac quidem voce non minus suspicor quam in similibus, de quibus diximus L. II §. 22, 7. Ulrichsium in eodem titulo saepius iota addidisse infra notabimus ad p. 215. Alia ióta errore describentium inserti exempla vide apud Boeckhium ad nr. 1564. Quanquam *ιου* pro *ου*, *υ* positum nunc minus confidenter damnari posse videtur, vid. seqq., et *Πινδάριος* Corinn. 12, quod cum Boeckhio rejecimus, fortasse confirmatur epigrammate apud Boeckh. Pindar. II p. 10 et Eustath. Prooem. Pind. p. 16 Schneidew. Nam secundum versum *ἐκλαυσαν πινται Πινδάρου θυγατέρες* Schneidewinus recenti poëtae condonat, plerique transponendo sanare praeoptarunt *Πινδάρου ἐκλαυσαν θυγατέρες πινται*. Quid vero, si scriptum fuerit *Πινδαρίου θυγατέρες*? Aliam medelam adhibuit Meinekius Del. Anth. p. 239, *Πινδαρίου* ab Ungero Theb. Parad. p. 321 ante nos inventum spernens.

Boeoti cum Lesbiis et Doriensibus (vid. L. II §. 17, 5) *ὄνυμα* dixerunt, quod praeter *ὠνούμηεν* Cor. 4 apparet ex *Ἐνούμαστος* (rectius *Ὀνούμαστος*) in titulo Ptoio Ulr. p. 247.

Pag. 181 l. 6. Multa exempla accesserunt: Orchom. nr. 37 Leak. *σούνδικος, Εύρουφάων, Ξοδύμαχος Λούκανος*; Orchom. nr. 8 Curt. *Θιοκούδειος*; Cop. Ulr. p. 203 *οιδίος* etc. Memoratu dignissimum est, quod subinde *ιον* pro *υ* et scriptum et pronuntiatum esse videtur. Unicum ejus rei exemplum, quod olim cognitum erat, *τιούχα* nr. 1564, cum Boeckhio damnaveramus (*τούχα* legitur Curt. nr. 7); sed accedunt nunc *Διονιούσιος* Curt. nr. 8 l. 18 i. e. *Διονύσιος*, deinde Leak. nr. 37 l. 29. 30 *ΑΙΟΤΣΙΑΣΟΝ-ΤΟΥΝΠΙΩΝΟΣ* leg. *Λιουσίας Ὀλιουνπίωνος* i. e. *Λυσίας Ὀλυμπίωνος*. Quibuscum si Anglicam vocalis u pronuntiationem contuleris et Zacones Thierschio teste *φιούχα* i. e. *ψυχή* et *νιούτα* i. e. *νύκτα* proferre memineris, vix dubitabis, opinor, quia Orchomenii (omnes enim illi tituli Orchomenii sunt) eadem pronuntiationis ratione subinde, sed sine ulla constantia usi sint.

Addimus Scholl. Arist. Ach. 889 et Philem. p. 46 *ἔγγελον Ἀττικοί, ἔγγελον Βοιωτοί* et, quod testimonium Schneidewino debemus, Gramm. in Mingarelli Codd. Nann. p. 492 *εὔρον καὶ τὸ ἔγγελος διὰ τοῦ ι παρα Βοιωτοῖς*. Eustathio teste p. 1240, 22 etiam Aristoteles *ἔγγελος* dixit. Quare Schneidewinus vix recte Lesbiacam vocalis *υ* in *ι* mutationem comparat; sed ex Attico plurali *ἔγγελλεις, ἔγγελλίων* recentior nominativus *ἔγγελος* (ut *πόλις*) factus esse videtur, quem propter *ἔγγελλεις* in Boeoti Aristophanei verbis temere Boeotis tributum esse suspicari licet.

Pag. 182 l. 13. Adde *νῆσσα* Ach. 841.

Pag. 183 not. 3 extr. Adde Grammat. apud Peyronium post Etym. Orion. p. 241 *τὸ η̄ εἰς τὴν εἰ̄ διφθογγὸν τρέπουσιν οἱ Αἰολεῖς. εἴρωες λέγουσιν ἀντὶ τοῦ ἥρωες*.

Pag. 184. Multa accesserunt exempla, quorum notata digniora haec sunt: *μεῖ διαγράψει* Leak. nr. 37, quae pro *μῆ διαγράψη* esse videntur, *Ἀγείσιλαος* ibid., *Ἀγείσανδρος* et *Θιογενεΐδας* Curt. nr. 8, *Ἄντομείδεις* in Ptoio a *μήδομαι*.

Pag. 185 l. 10. Eodem refer *τὰ Βασιλῆα* Leak. nr. 37 pro Ionico et Aeolico *Βασιλήϊα, Βασιλῆα*. Alterum *iota* omissum est, quum in *μαντεῖα* servetur.

Pag. 185 l. 17. Dele, quae de *εἰλαρχιόντων* dicta sunt, quum rectius *Φιλαρχιόντων* legatur, vid. supra ad p. 170.

— l. 28. Non veriora sunt ἤμὲν Curt. nr. 7 et *Ἰσμηνηῖος* nr. 95 Leak.

Pag. 186 l. 7. Nunc *νεί* etiam v. 833 in Ravenate esse dicitur, et idem e cod. A a Brunckio receptum erat.

— l. 13. Adde *πρᾶτος* Leak. nr. 37, Curt. nr. 7 et Boeoticum nomen *Θεαρίδας* Pausan. X, 20, 3 a *θεαρός*.

Pag. 187 et 188 in it. Adde *γέγραπτη* Curt. nr. 7, *ἔληον* Leak. nr. 33, *Φήδιμος* Leak. nr. 37.

Pag. 188 l. 16. *Πλαταεῖος* item est in Ptoio Ulr. p. 247.

— l. 24 seqq. Leakius nr. 29 (C. I. nr. 1575) *Λεβαδειοῖς* tradit, quare *Λεβαδειήοις* restituendum esse videtur. Justae gentilium formae *Ταναγραῖος* et *Θειβῆος* sunt in titulo Ptoio. Valde veremur ne terminatio *ιος* ubique legentium errori debeat.

Pag. 188 not. 2. E Leakii auctoritate *Νικεῖος* legendum est.

Pag. 192 l. 4. Adde *Μύριχος* nr. 1579 et Leak. nr. 37 i. e. *Μοίριχος*.

Pag. 194 l. 6. Accedunt τοῖ bis Lebad. nr. 33 Leak., *Ἀπόλλωνι Πτωῖοι* Ulr. p. 247, τοῖ δάμων nr. 7 Curt., ubi δάμοι restituere non dubitamus.

Pag. 195 seqq. Quae in hac paragrapho disputaveramus, novorum titulorum usu omnia fere haud mediocri cum gaudio confirmata vidimus. Ad prius titulorum genus pertinet titulus Orchomenius Leak. nr. 37, in quo *ν* nunquam non in *ου* aut *ιου* mutatur (nam pro *ΥΓΕΡ* l. 5 lege *οὔπερ*, quum lacuna antecedit), item *οι* in *υ*; nec reliquae mutationes negliguntur praeter *πόλει* l. 4 quod parum certum est; deinde Copensis Ulr. p. 203, ubi *οὔδον* et *τῶς θιῶς*. Alterius generis sunt: Thebanus titulus Leak. nr. 45 (cujus pars C. I. nr. 1598), ubi *Λύσιππος* et *Ἰπατόδωρος*, et alter ineditus inter Boeckhianos, in quo *Λυκίσκος* et *Πυθίας*; deinde Leba-

deensis nr. 33 Leak., in quo *Νέων* et *τοῖ* pro *τῶ* (e nr. 1588 Leakio auctore II nr. 31 adde *Μύτωνος*, quum nunc *Ἀριστωνος* legatur); tum Thespiensis nr. 77 Leak., ubi *Θρασύμαχος* et *τοῖς*. et Copensis frustulum Ulr. p. 203, ubi *τοί*. Et in his quidem titulis nusquam *ου* pro *υ* et *υ* pro *οι* vel *ω* reperiuntur. Mixta quaedam ratio primum est in titulis Ptoio et Orchomenio nr. 8 Curt., qui productum *υ* mutant, correptum servant, diphthongum *οι* et servant et pro *ω* ponunt, ut in Ptoio sunt *Πούθων*, *Φαστυμέδων*, *Γουλλίων*, *Ἄνύμαστος*, *Βοιωτοί*, *Βοιωτοῖς*, *Πτωλοί* pro *Πτωῶν*, et in Orchomenio *Θιοκούδεις*, *Πουθίας*, *Πούθων*, *Πουθόδωρος*, *Πολύρχειτος* (?), *Θρασύλαος*, *Ὀλυμπίχιος*, *Εὐρύλοχος*, *Μύρων* (quod Curtius temere in *Μούρων* mutavit), *Βοιωτοῖς*, *Ἐρχομενίοις*, *τοῖς* *πυλεμάρχοις*; ceterum eandem rationem jam observa in C. I. nr. 1565, ubi *τύχα* et *ἀσουλία*. Postremo in Orchomenio nr. 7 Curt. omnia temere mixta deprehenduntur: *τούχα*, *ἀσουλία*, *Φυκία*, *ἔσγόνους*, *τοῖς* *ἄλλοις* *προξένους*, *τοῖ* *δάμω* (?), *αὐτῷ* pro *αὐτῶ*. In iisdem his titulis, qui Boeotismum minus perfecte referre videntur, observa, quae prae reliquis etiam magis Boeotica habent: *ἀνέθειαν* in Ptoio, patronymica in *ιος* desinentia in Ptoio, Thespiensi et utroque Curtii Orchomenio frequentata, quibus Orchomenius Leakii nr. 37 omnino abstinet. — Itaque novorum quoque titulorum Thebani et Lebadeensis ad alterum genus pertinent, quod minus Boeoticum visum est; deinde Thespiensis titulus Praxiteleo operi subscriptus, qui reliquis paullo antiquior est, et Ptoius item antiquior, quippe qui Ulrichsio iudice paullo post Ol. 116, 1 scriptus sit, quae egregie cum nostro iudicio conspirant.

Pag. 198 l. 5 extr. leg. nr. 1599 *Ἀέσχρονας*.

Pag. 199 not. 3. Adde *Κροεσος*, quod est in vase teste Leakio II p. 472.

Pag. 201 l. 10. In libris est *ψιάθους*, quod Bentlejus mutavit.

— l. 20. *Διονιούσιος* nr. 8 Curt. in lapide esse aegre credimus.

Pag. 201 in. Contractionis neglectae exempla accedunt *Ἀγείσθαος* Leak. nr. 37, *Θρουσάλαος* Curt. nr. 8, *Ἰόλαος* Acharn. 833, *Εὐρουφάων* Leak. nr. 37; contractionem passum est *Λακράτες* Curt. nr. 8, Thebanus, qui *Τιμόλαος* apud Demosth. de cor. p. 241, Dinarch. adv. Demosth. p. 167 Bekk. et Athen. X p. 436 B, *Τιμόλαος* scribitur Demosth. de cor. p. 324 et Polyb. XVII, 14, 4.

— l. 4. *Σωκράτες* item est Leak. nr. 37.

Pag. 202 l. 4. ● Adde Hesych. *ἰδῆφιν* (ita codex), *ἴδες* · *Βοιωτοὶ* leg. *Ἰδηφιν*, *Ἰδης*. Sequens scholion ad *παλαμῆφι* legitur etiam in Anecd. Parr. III, 160, 8.

— l. 17. *Ἀρχέλαο* a nominativo *Ἀρχέλαος* legitur Leak. nr. 37 l. 32, sed facile ex *Ἀρχελάω* corruptum existimari potest. Utut est, de *Τιμόλα*, quod not. 2 commemoravimus, jam vehementer dubitamus, praesertim quum Keilius Spec. Onomat. p. 115 alia corruptelae indicia sagaciter perspexerit.

Pag. 203 l. 10. Ipsum *Χαρετίδαο* est in Leakii apographo II nr. 45.

Pag. 204 l. 4. Adde Anecd. Parr. III, 313, 25 *θεοῖο* · *γενικὴ Βοιωτικὴ καὶ Αἰολικὴ*.

— not. 5. Ipsum *ἵππασίη*, quod proposuimus, traditur in Leakii apographo II nr. 31.

Pag. 205 init. Masculina in *ις* Dorico more *δ* aversantur ut *Χιόνιος* Leak. nr. 37, *Φιάλιος* (leg. *Φίλλιος*) Curt. nr. 8. Nec credimus in corruptissimo titulo nr. 1565, ubi traditum est *ΙΠΠΙΔΟΣΤΜΑΡΙ. ΔΟ*, recte a Boeckhio scribi *Ἰππίδος Εὐμαρίδαο*, sed facilius *Ἰππίαιο Εὐμαρίδαο* emendabitur.

— not. 7. Eadem tradit Grammaticus apud Peyronium post Et. Or. p. 241 et Theodosius Alexandrinus e codice Taurinensi ibidem allatus, et hic alio loco: *οὐδέ ταχίος φάμεν Βοιωτικῶς, ὡς Ἀχιλῖος, εἰ καὶ οὕτω οὐχ εὐρίσκειται ἢ παραλήγουσα τῆς γενικῆς μείζων τῆς ληγουσῆς τῆς εὐθείας. οἱ γὰρ Βοιωτοὶ τότε ποιοῦσι τοῦτο, ἥντεκα οἱ*

Ἄττικοί εἰς ἑωῶς καὶ Ἴωνες εἰς ἠῶς. Nihilominus Boeotos ταχὺς dixisse crediderim.

Pag. 206 extr. Vulgo Ach. 865 ἰὼν Dicaeopolidi datur; nunc Dindorfius ἰὼν scripsit et Boeoto vindicavit.

Pag. 208 nr. 7. Notabilis est articuli usus pro ὄδε vid. supra ad p. 178.

Pag. 209 l. 6. Item conjunctivus esse videtur μεῖ διαγράφει Leak. nr. 37.

— nr. 2. Neglexeramus Eubuli ex Antiopa fragmentum Athen. X p. 417 B (Meinek. Comicc. Graecc. III p. 208), unde quaedam de conjugatione Boeotica colligere licet. Recte enim Eustathium p. 954, 33. a Boeoto ea dicta putare, minus recte Dobraeum et Meinekium a Lacone, ipsa dialectus satis docebit. Nunc fragmentum ita scriptum legitur:

*Πονεῖν μὲν ἄμμες καὶ φαγεῖν μὲν ἀνδρικοὶ
καὶ καρτερῆμεν, τοὶ δ' Ἀθηναῖοι λέγειν
καὶ μικρὰ φαγέμεν, τοὶ δὲ Θηβαῖοι μέγα.*

Dalecampius in versione πίνειν expressit nec male, quum nulla verba frequentius jungantur quam πίνειν et φαγεῖν. Si tamen memineris Lesbios πῶνω dixisse pro πίνω (vid. L. I §. 35, 1 et supra Addend. ad p. 131) idque Alc. 12 in πονεῖν corruptum esse, vix dubitabis quin etiam hic πῶνειν restituendum sit. Meinekium πονῆμεν proposuit. Deinde in AP. est ἄμες, in B. ἄμες, unde haud dubie ἀμές, quod non magis Doricum est quam Boeoticum, restitui oportet. Pro φαγεῖν Meinekium cum Dobraeo aliud verbum Laconi aptum desiderat, simul in φαγεῖν μὲν infinitivi formam in μὲν latere ratus. Idem olim μέγ' ἀνδρικοὶ conjecerat, Dindorfius Porsoni emendationem μάλ' ἀνδρικοὶ recepit. Nos probamus μέγ' ἀνδρικοί. In secundo versu vulgo est καρτερῆσαι e VL., καρτερῆσαι μὲν in BP, καρτερῆ μὲν in A, unde Dobraeus et Meinekium καρτερῆμεν effecerunt; bene, nisi quod accuratior Boeotismus καρτερεῖμεν postulat. Deinde τοὶ δ' Ἀθηναῖοι a Casaubono scriptum est, quum codices praebant τοῖς δ' Ἀθηναίοις. Quare, quum praeterea ultima

nimia inconcinnitate laborent, transpositione utendum et totum fragmentum in hanc rationem restituendum esse arbitramur:

*Πώνειν μὲν ἄμες καὶ φαγεῖν μέγ' ἀνδρικοὶ
καὶ καρτερεῖμεν τοῖδε Θηβαῖοι· λέγειν
καὶ μικρὰ φαγέμεν τοῖς Ἀθηναίοις μέτα.*

Jam reliqua, exceptis nominibus gentilibus, Boeotismum paullo antiquiorem accurate referunt; contra Laconicam dialectum praeter πώνειν peccarent infinitivi in *μεν* exeuntes. Infinitivi partim in *ειω* desinunt ut *θεριδδεν* apud Aristophanem, partim in *μεν* ut *κρηιδδέμεν* apud Strattidem; *καρτερεῖμεν* aut e *καρτερεόμεν* factum est aut conjugationem in *μι* sequitur. Censor quidem Darmstadiensis vituperavit nos, quod *θεριδδεν* Boeoticum esse credidissemus, et *θεριδδην* dialecto postulari pronuntiavit. Scilicet non intellexit, quae satis aperte indicasse videbamus, ideo Boeoticum esse *θεριδδεν*, quod Doricum (Laconicum) esset *θεριδδην*. Boeoti enim diphthongum *ει*, quae est in vulgari lingua, non mutant in *ι* sed servant, quum in severiore Doride *η* est vid. L. I p. 185. — Tertia pluralis praeteriti vulgarem terminationem servat in *ἑστροτεύαον* Leak. nr. 37, nisi ea vox corrupta est.

Pag. 210 nr. 3. Insigne exemplum verbi contracti conjugationem in *μι* sequenti nunc detexi in Corinnae loco, quem Schneidewinus meus mihi indicavit. In Scholl. Vict. Hom. II. ρ, 197 ad vocem *γηράς* haec adnotantur: *καὶ κ' ἄρινα* (Schneidew. *Κόριννα*) *βροντήας ἀντὶ τοῦ βροντήσας*. Male scholiasta vocem e *βροντήσας* factum putat, ut *γηράς* e *γηράσας* in breve contractum putarunt: potius *βροντήας* a *βρόνταμι* ducendum est.

Pag. 210 l. 18. Cens. Darmst. recte monuit vulgo *ἀδικειμένος* scribi, ut sit perfectum. Elmslejus tamen numeri causa praesens *ἀδικειμενος* praetulit, quod nos est cur ab antiquioribus Boeotis abjudicemus.

— not. 3. Ad Aeolicum idioma referuntur *ἐμάθοσαν*, *εἶδοσαν* et similia a Grammatico apud Peyronium post Etym. Orion. p. 241.

Pag. 211 l. 5. Confirmatur ἀνέθειαν a Leakio et idem legitur in titulo Ptoio Ulr. p. 247. Notamus etiam *πρῖασο* pro vulgari *πρῖω* Acharn. 836.

Pag. 212 l. 19. In Hesychii codice est *σεῖα*.

Pag. 213 l. 7. Suspicio nostra confirmatur Copen-
sis tituli frustulo Ulr. p. 247 τοὶ ἀπεγράψαντο ἐμ πελο-
φόρας.

— nr. 3. Accedit ἔππασις Curt. nr. 7.

Pag. 214 init. Addimus hic de Boeotorum adverbis quaedam, quae omnia fere ex Acharnensibus cognoscuntur. Primum Boeoticum *τιῖδε*, ἐνθάδε Hesychio restitimus pro *τίδαι* §. 40 not. 4. Justa mutatione id e Dorico *τεῖδε* factum esse apparet. Eodem sensu Acharn. 869 legitur *τᾶδε*, quod vix ferri potest vid. L. II §. 44, 8; suspicamur *τεῖδε* scriptam fuisse, quum diphthongus *ει* in Acharnensium Boeoticis non mutetur. Adverbia in *α* rationem et modum indicantia (vid. ibid.) leguntur *πᾶ* 861, ut e codicum AB lectione *παῖ* pro *πᾶ* restitui oportet, i. q. *πᾶς* et *ἄπερ* i. e. ὥσπερ 873. Deinde in v. 850 *ἔκβαθι τῶδε κήπιχάριται τῷ ξένῳ*, quanquam Dindorfius in editione Oxoniensi durum hyperbaton exemplis Atticis tutari studet (cui M. Hauptius in Observationibus Criticis p. 56 adversatus quo jure, quanquam *τῶδε* cum *ξένῳ* jungit, hyperbaton inesse neget, non intelligimus), erunt tamen, opinor, quibus placeat, si cum Brunckio *τῶδε* scribentes non *σπυριδιου*, ut ille voluit, suppleamus, sed adverbium agnoscamus, qualia sunt in dialecto Dorica L. II §. 44, 10, i. e. hinc. Tum fortasse non spernenda est codicis A lectio *χαμούς* pro *χαμαί* v. 835. Quid enim, si Boeoti *χαμοῖς* dixerint, ut Dorienses *ποῖξ* et similia L. II §. 44, 7? Postremo a nominibus propriis derivantur *Θεῖβαθι* Ach. 834, 'Αθάνασ' 866, quam formam Dindorfius post Elmslejum recte e scholii lem-
mate 'Αθάνας pro 'Αθάναις restituit, quum etiam in Attica dialecto rectius 'Αθήνησι quam 'Αθήνησι scribatur, et *Θεῖβαθεν* 828. 877.

Pag. 214 nr. 1. Addantur *Καλλιῶνδας* et [*Χη*]ρών-

δας aut [Χα]ρώνδας Leak. nr. 37, Ἐρμαιώνδας Thebanus Thucyd. III, 5, Φαιδώνδας, qui Thebanus fuisse videtur, Plat. Phaed. p. 49 et Xenoph. Mem. I, 2, 48, Παγώνδας Pindari pater et Thebanus Thucyd. IV, 91, Σκιρφώνδας Thebanus Thuc. VII, 50, Διαγώνδας Thebanus Cicer. Legg. II c. 15, quod nomen omisit Papius, Ὀρφώνδας Thebanus Pausan. X, 7, 7, Κλειώνδας Thebanus apud Eusebium teste Papiro.

Patronymica in *ιος* nunc multa accedunt e titulis Thespiensi nr. 77 Leak., Ptoio Ulr. p. 247, utroque Orchomenio Curtii. Nomina in *δας* etiam in his patronymica non admittunt, ut in Thespiensi Ἀρχίας Θρασύμαχος, Θρασύμαχος Χαρμίδαο; sed in Orchomeniis Curtii aliorum quoque nominum genitivus causa non ubique apparente patronymico praelatus est, nr. 7 Ἐνδικος Θίωνος; nr. 8 Θρασύλαος Τιμασιθίω, Πρωτων Μνασίλωνος (ita restituas pro ΠΤΩ -- ΑΝΑΣΙΩΝΟΣ, quum Curtius Πτω...ανος Ἴωνος dubitanter dederit), Ἀριστοκλείς Ἀριστωνος, Ὠνάσιμος (rectius Ὠνάσιμος) Βιόττω, Εὐάγγελος Θιοτίμω, Μενέδαμος Θιοτίμω, l. 24 Μνασίων Μνασιθίω (Curt. Μνασιθίων, sed *N* ad sequentem corruptam vocem pertinet). Item Νικίων Γρυλλίωνος est in Ptoio; posterius tamen nomen ab Ulrichsio incertius esse traditur. Patronymica a nominibus in *ος* et *ων* derivata desinunt in *ιος*, ut Curt. nr. 8 Θιοδότιος, Καλλιγιτόνιος; l. 20 Καλλιώνιος (ita corrige ΚΑ - ΙΑΙΩΝΙΟΣ, ubi Curtius dubitanter Καραιώνιος), in Ptoio Νικολαΐος, Φαστυμεδότιος etc. Quae a nominibus primae declinationis descendunt, terminatione *ης* utuntur: Νικιῆος, quod pro Νικαΐος nr. 1578 e Leak. nr. 45 rescribi oportet, Ἀγασιῆος in Ptoio, quae vox etiam in Curt. nr. 8 restituenda est l. 11. 12, ubi ex ΑΓΑΣ - ΙΟΣ Curtius dubitanter fecit Ἀγάσσιος, postremo Ὀρνηῆος et Ἀθανηῆος Curt. nr. 8. A nominibus in *ης* derivantur: Curt. nr. 7 Μνασιγένειος, nr. 8 Θιοκούθειος, Ἀμνοκλείος, Νικοκλείος, et ΛΑΚΡΑΤΙ l. 15 rectius in Λακράτ[ειος] quam a Curtio in Λακράτιος suppleri videtur. At in Ptoio ejusdem originis patronymica

in *ειός* exeunt, *Ἀντιγενεῖος* et *Ἀυτομεδεῖος*, quae vera esse aegre mihi persuadeo, praesertim quum Ulrichsius etiam in *Ἐδοτυμεδόντιος* prius *iota* non recte inseruisse videatur. Minus aegre ferrem *Νικοκλειός* et similia. Ceterum observa, in nullo eorum titulorum terminationem *ειος* in *ιος* mutari. Neque in Lebadeensi C. I. nr. 1571 recte semel *Φιλοκράτιος* legitur, quum Leakius II nr. 32 ubique *Φιλοκράτειος* exhibeat. — *Κρονιδῆς*, quod Corinae restituimus, Censori Darmst. valde dubium videtur; quibus de causis, nescimus.

Ceterum quod diximus patronymica Boeotica non recte ad adjectiva *κτητικά* in *ειος* exeuntia referri, Thessalicis patronymicis, qualia sunt *Ἀντιγόνειος* et *Νικούνειος* i. e. *Νικάνειος*, vid. infra, refelli videtur. Nihilominus aliquatenus in sententia persistendum est, maxime propter *Καλλιῆος* et similia, quae non e *Καλλειος*, ut voluerat Boeckhius, sed e *Καλλιαῖος* etc. orta esse nunc etiam luculentius Thessaliorum exemplorum comparatione apparet. Nec facile poni potest e *Καλλιάειος* primum Boeotica mutatione *Καλλιαῖος*, deinde *Καλλιαῖος*, *Καλλιῆος* facta esse; nam et Thessali, quorum *Καλλιαῖος* est, omnino diphthongi *ει* mutationem ignorant et eadem eae ipsae inscriptiones Boeoticae, in quibus patronymica frequentantur, abstinere solent. Deinde eadem Boeoticorum titulorum ratio obstat, quominus *Ἀντιμάχιος*, *Θρασάνειος* et similia ex *Ἀντιμάχειος*, *Θρασάνειος*, quae terminatio Thessalorum est, facta putemus. Itaque paullo accuratius, quam fecimus, rem ita expediendam esse censemus. Adjectiva possessiva vel patronymica a nominibus propriis derivata insignem in modum inter terminationes *ειος*, *εος*, *ιος* ambigua sunt vid. Lobeck. ad Ajac. v. 108, ita tamen, ut vulgaris Graecitas primam maxime probaverit. Nobis antiquissima ex illis terminatio *ιος* esse videtur, quacum compares patronymicorum Sanscritorum terminationem *jas* ut *Dhaumjas* i. e. filius Dhumae et Latinorum *ius* ut *Julius*, i. e. qui a Iulo descendit. Eam igitur Boeoti servaverant, ea etiam in

Thessalicis *Εὐκλειδαῖος* etc. agnoscitur. Quomodo factum sit, ut plerique Graeci, etiam Thessali et fortasse Lesbii, tempore paullo recentiore *εις* praeferrent, satis explicare non valemus.

Pag. 216 l. 26. Cf. Scholl. Arist. Ach. 871 ὄρα-
λιχων δὲ τῶν ἀλεκτρούωνων κατὰ τὴν τῶν Βοιωτῶν διάλεκτον.

§. 49. Non satisfacimus hac paragrapho Censorii Darmstadiensi; cujus ipsa verba apponemus: „Der folgende Paragraph — befriedigt in minderm Grade; denn die Behauptung Hr. A's, die übrigens nicht weiter ausgeführt und begründet ist, der Boeotische Dialect trage gar nicht das Gepräge des hohen Alters an sich, dürfte sich schwerlich rechtfertigen lassen.“ At primum ipsi indicavimus, Boeotos nonnulla ex antiquiore lingua retinuisse, quae reliqui Graeci mutassent. Hoc solum contendimus, nec solum contendimus, sed ampla disputatione (§. 41) demonstrare studuimus, diphthongorum et vocalis *υ* mutationes apud ipsos Boeotos recentiore demum tempore invaluisse. Alia, quae a sequentium librorum disquisitionibus pendent, necessario ad omnium dialectorum comparationem reservanda erant. Multa tamen jam nunc ex iis, quae de Laconica dialecto disputavimus, lucidius apparebunt.

Pag. 218 seqq. ad §. 50 de dialecto Thessalica.

1) Accesserunt egregii Thessalicae dialecti fontes in Leakii Itinere per Graeciam septentrionalem Vol. III. IV, quos titulos emendatos et suppletos hic addere placet.

№ 1.

. . . . οσιναγυμασια — — — — —

. . . . Μυσκαλειοι εἰ[δ]ο[ξε] τοῦ κοινοῦ τᾶς
πόλιος· ἐπ[ει]δε[ι] Ἰππόδρομ[ος] (τοῦ δέινα)
Λαρισ[αῖ]ος διετέλει εὐεργε[τέ]ς τὸ κοι-

5 νὸν τᾶς πόλιος, δεδόσθαι αὐτοῦ καὶ τοῖς

- 10 ἐς]γόνοις πολιτείαν κατὰ [καὶ τοῖς πολι-
ταις] τοῖς Κραουννίοις ὑπάρχ[ει
καὶ π]ροξενίαν αὐτοῦ καὶ [ἐς]γόνοις καὶ ἐπ-
μει]ει[θ]εῖμεν [τ]α[μίαν ὄπ-
σους τὸ] ψάφισμα ὀνγραφεῖ ἐν κίον[α καὶ ὄντε-
θει ἔ]ν. τὸ Ἄσκαπιεῖον, καὶ τ' ἐν ταῦτα
γενόμ]ε[ν]ον ὀνάλουμα δόμεν — — —
. . ἐς]τ[ύουν]. κοινάουν πο[θ]όδουν.

№ 2.

- Στροτα]γάτος κοῦν Πε[λασγιουτάουν . .
. ουνος] Πανσανιαῖοι Ματροπολ[ίτιαο
ταγευό]ντων Σιλάνοι Ἄστο[μαχαιοί
5 . . . ουνος Ἄντιγενεῖοι, Γεν[νάοι Ἄρισ-
τον]οεῖοι, Γεννάοι Δίσχυλ[εῖοι
... Ἄλαισο[υ]νεῖοι, ταμιε[υόντων
... Ἀ]ρτιγονεῖοι, Φεῖδουνοσ Εὐ[δόξε]οι,
ουν]ος Ἄντιγενεῖοι λέξαντο[ς· ἐπειδὴ
10 . . ουν Πανσανιαῖο[ς]· Ματροπ[ολίτιασ
διετ]ε[λει εὐεργετῆς τὸ κοινὸν [τᾶς
πόλι]ος ἐν τε τοῖς πρότερο[ν χρόνοις
καὶ ἔ]ν τᾶ ἀρχᾶ τᾶ ἑαυτοῦ καὶ κ
. . οὐ] δικασῖ [ᾶ]λ[λ]αν α[ῦ]τοῦ χρεῖαν [γίνεσθαι
. . ἔδοξ]ε τοῦ κοινού τᾶς πόλιος
15 αἰανταετταπροαγγῆς — — —
. π]οσιτᾶν [π]ύλιν καὶ πο[ττὸ κοινὸν
τοῦν]. πολιτάουν καὶ δεθό[σθαι αὐτοῦ
κα[ί] ποῖς ἐς]γόνοις α[ῦ]τε[οῖ
ἔστυλ]αν καὶ ἰσοτιμίαν καὶ [τᾶλλα
20 πάν]τα αὐτοῦ ὑπαρχέμεν τίμια [ὅποττα
καὶ] τοῖς λοιποῖς προξένοις καὶ [ἐπ]μειλειθεῖ-
ει]. τα[μ]ιαν Φεῖδουνα Εὐδόξε[ον ἀπὸ
τᾶς] τοῦν ταγοῦν γνούμασ [ὅπους τὸ
ψάφισμ]α ὀνγραφεῖ ἐν κίονα λ[θ]ιν[ον
25 εοα . ακρον ἐν το[ῦ] ἱαροῦ τοῦ Σ[. καὶ
τὸ ὀ]νάλουμα τὸ γενόμενον [ἐν ταῦτα ἐν-
γραφέ]μεν ἐν τοῖς λόγοις τᾶς πόλιος.

		№ 8.
№ 3.		ούνειο[s] Ἀκτιγέ-
"Ερμαο Χθονίου.		νει[s] Ἰβυρσι[δ]αῖ[ο]-
		ς Ἀστόμα[χ]ος [Δ-
		αμαρέτιος [Ἄθ-
№ 4.	5	άναϊος . απ
Νικάσιππος Νικούνειος.		. νειος
		. ηίας Εὐκλε[ιδ]-
		αῖος Ἀνδρομ[αχ]-
		ο]ς οροδοττο
№ 5.	10	. . αυας Εὐ
Ἀτύλα Εὐρυποθεία		. σφάλλειος Δ[ι-
		σνύσιος Κλο[μαχ]-
		ιδ]αῖος Παρμ[έν-
		ων] . . ευταιος
№ 6.	15	ων Α[δ]ριαδαῖος
Ἀγλαῖς Ἰππολυτεία		[Ἐ]ρακλειδας
ευκαθεαι.		. . λαν . . . ιος
		Ἰφιέλιμος
		Ἐρμειῖος
№ 7.	20	εροτοκλια : [Ἐ]-
Φυλῖκα Εὐβιοτεία		ρακλειδαῖος
		νμοστρα

№ 1. 2 (Leak. III. nr. 149 p. 169) in eodem lapide, qui a Paleá Larissa, ubi antiquam Crannonem stetisse Leakius ex ipso titulo colligit, in vicum Hadjilar translatus est. Literae sunt optimae aetatis; ab initio quatuor vel quinque versus interierunt, ab utroque latere paucae literae.

№ 1 l. 2 extr. ΕΛΟ cf. nr. 2 l. 15. L. 3 extr. ΔΡΟΜΙ, Hippodromus Larisaeus sophista commemoratur a Philostrato. L. 6 cf. C. I. nr. 2161 Thasiorum: εἶναι Πολυάρετον πολίτην καὶ τοὺς παῖδας — καὶ μετῆσαν αὐτοῖς πάντων ὧν καὶ τοῖς ἄλλοις Θασιεῖς μετῆσαν. L. 9. ΕΙΟΕΙΜΕΝΜΑΤ. L. 11 extr. ΚΑΙΓ. L. 13. ΤΤ. ΚΟΙΝΑΟΤΝΗΟΟΟΑΟΤΝ.

№ 2 l. 1. Ab initio haud cunctanter *στροτα]γέντος* supplevimus (Thessalos probabile est *στροτός* dixisse ut Lesbios et fortasse Boeotos vid. supra Add. ad p. 178) et in versu tertio *ταγευό]πτουν*, quam etiam in alia inscriptione Thessalica communis dialecti Leak. IV. nr. 216 p. 495 unus Thessalorum strategus, de quo magistratu vide Leakium, et quinque urbis tagi appareant. Patet autem e literis *IEE* in extremo versu superstitibus, in hoc titulo strategum non omnium Thessalorum esse, sed, nisi valde decipimur, Pelasgiotidis, ad quam Crannon pertinebat. Constat enim e Demosthene Phil. III p. 117 Philippum tetrarchias in Thessalia instituisse; ex hoc titulo discimus singulis tetrarchiis strategos praefuisse. Ceterum Matropolis, cujus civis erat Pausanias, non est notior illa superioris Thessaliae, sed altera, quam in Pelasgiotide sitam fuisse Leakius intellexit Vol. III. p. 371. L. 3. Astomachi nomen legitur nr. 8. L. 4. Aristonous Larisaeus commemoratur Thucyd. II, 22. L. 6. *ΑΑΙΣΟΣΝΕΙΟΙ*. Dubitamus tamen de novo nomine *Ἀλαίων*; fortasse licet *Κ]α[λ]ισ[τ]ο[υ]ρειοι* restituere a *Καλλιστων*. L. 7. 8. Phidon Eudoxi f. recurrit l. 22 et Antigenis f. unus e tagis esse videtur. L. 13. *ΑΑΙ-ΑΝΑΙΝΤΟΥ*. L. 15 fort. *τρι[ά]κ[υ]οντα ἔ[ε]α*. L. 16. *ΡΟΛΙΝ*. L. 17 extr. *ΔΕΛΟΧ*. L. 18. *ΚΑΤΟΙΣ — ΑΤΤ*. L. 20 in. *ΠΑΑΤΤΟΥ*. L. 22. *ΤΑΝ.ΑΝ*. L. 24 extr. *ΑΙΟΙΝ*. L. 25. *ΤΟΙΣΙΑΡΟΥ*.

№ 3. 4 (Leak. III. nr. 150. 151 p. 366) tituli Crannonii.

№ 5 (Leak. IV. nr. 209 p. 441) in campo Dotio repertus; literae optimae aetatis.

№ 6 (Leak. IV. nr. 211 p. 443) Pheraeus literis optimae aetatis.

№ 7 (Leak. IV. nr. 185 p. 373) haud procul ab antiquo Pteleo in Phthiotide, quod a. 171 dirutum est, repertus.

№ 8 (Leak. IV. nr. 219 p. 509) Metropolitanus superioris Thessaliae; literae optimae aetatis sed valde

detritae. L. 1. *ΟΥΝΕΙΟΕΑΝΤΙΟ*. L. 2. *ΝΕΙΕΠΤΡ-
PINAL*. L. 3. *ΜΑΚΟΣ*. L. 9 fort. *Θεοςδότειος*. L.
10. 11 fort. *Ἐργοφιλινεος*. L. 12. 13. *Cteomachidas est*
nomen Thessalicum vid. Pap. Lex. L. 14 fort. *Κρεν-
γαῖος*. L. 16. *ΠΡΑΚΑΕΙΔΑΣ*. L. 20 fort. *Ἐρατοκλίας*
i. e. *Ἐρατοκλέας vid. Addend. ad L. II p. 146.*

2) Accentum in titulis exprimendis ad vulgarem ra-
tionem conformavimus, quanquam eo inclinamus, ut
Thessalos Lesbiacae tonosis participes fuisse existime-
mus. — Spiritu aspero Thessalos non caruisse apparet
e *πόθοδος* nr. 1 extr. Ispis tamen Lesbiis in *ὄδος* aspe-
rum concessimus. — Digammi ne ullam quidem vesti-
gium reperitur, ut *ισοτιμία* nr. 2, *Ἀστόμαχος* nr. 2. 8.

3) De *Κίριον* sive *Πίριον* cf. *Leak. IV p. 563*,
qui confert duplicem nominis formam *Πύδνα* et *Κύδνα*
apud *Steph. Byz. s. v. Κύδνα*. — Ad miram vocem
δαύχνα (?) pro *δάφνη* confer *Scholl. Nicand. Ther. 94*
Ἀντίλονος δὲ λέγει δαύχμου· ἔστι δὲ δάφνη πικρά, ε
Heesych. δαυχμὸν, ἔγκαστον ἔυλον δάφνης (suspicio *δά-
φνην*), postremo *Nicand. Alex. 198*.

Πολλάκι δ' ἢ οἴνης ἀμυγῆ πόσιν ἢ ἀπὸ δάφνης
Τεμπίδος ἢ δαυχοῖο φέροις ἐκ καυλῆα κόψας,
ἢ πρώτη Φοιβοιο κατέστεφε Δελφίδα χαίτην.

Restituimus *δαυχοῖο* e libris pro *δαύκοιο*, et apparet
Τεμπίδος cum *δαυχοῖο* jungendum esse atque *τὴν δαυχὸν*
id ipsum lauri genus appellatum fuisse, quod *Apollini*
Τεμπεία et *Pythio* sacrum erat. Itaque suspicio oritur,
ne *ἀρχιδαυχμαφορείας* corrigendum sit; deinde satis du-
bium esse videtur, utrum *δαυχμός* (*δαύχνα*?) sola dialecto
a *δάφνη* diversum sit an casu aliqua soni similitudine
utatur. — Duplex liquida spectatur in *Κρανουνίσις* nr. 1
l. 7, sed lapicidae, ut videtur, culpa perverse collocata
pro *Κρανουνίσις*. — Consonans κ praefigentes *Thessali*
καπάνα dicebant pro *ἀπήνη* vid. *L. II. §. 19, 5. c.*

4) Contra *ἱαρόν* est nr. 2 l. 26, quem titulum anti-
quiores putamus quam nr. 1766. — O pro α est in

ὄνγραφεῖ nr. 1 l. 10 et nr. 2 l. 27, et ὀνάλογμα pro ἀνάλογμα nr. 1 l. 12 et nr. 2 l. 26. — E Boeotico more in *ι* mutatur, si recte legitur: Κλιωμαχιδαῖος nr. 8 l. 12 et Ἐρατοκλίας l. 20. Ubique *υ* servatur.

Longum *α* pro *η* est in ψάφισμα et Ἀσκληπιεῖον nr. 1, κακῶνα pro ἀπήνα vid. supra. — Boeotico more *ει* pro *η* est in ἐπειδεί et [ἐπιμελ]ειθεῖμεν pro ἐπιμεληθῆμεν nr. 1, ὄνγραφεῖ nr. 1. 2 pro ἀναγραφῆ vel potius ἀναγραφῆ; item in διετέλει nr. 1. 3 pro Lesbico διετέλη, postremo in Μοψείων, quod teste Leakio III p. 377 in Mopsii nummo est, pro Μοψήων. — More Thessalis proprio *ω* ubique in *ου* mutatur: Κραννονίους nr. 1, Φεῖδουνος et γνούμα nr. 2 (ut corrupta nonnulla et mutila omittamus), ὀνάλογμα nr. 1. 2, Νικούνειος nr. 4; deinde in dativo secundae declinationis αὐτοῦ nr. 1 et 2 l. 20, τοῦ κοινοῦ et ἱαροῦ nr. 2 l. 14. 26; postremo in genitivo plurali, nr. 1 κοιμάουν ποθόδουν, nr. 2 l. 1. 3. 17. 23 τοῦν, . . . ν-τουν, πολιτάουν, τοῦν ἱαροῦν, item Φεραλοῦν in nummo teste Leakio III p. 365.

Diphthongi *ει*, *αι*, *οι* in titulis nunquam mutantur, nisi quod *αι* aliquoties Lesbico more ante sequentem vocalem *ι* abjicit, ut δικαιοῖ nr. 2 l. 14 pro δικαιοῖ et N. P. Γεννάος l. 5. Eodem pertinet Thessali nomen Θρασυνδαῖος Demosth. pro cor. §. 295, quae verior lectio esse videtur quam Θρασύλαος, quum nomen Θρασυνδαῖος in Aleuadarum gente usitatum sit vid. Herod. IX, 58.

Ultimarum syllabarum correptione Thessali eadem usi sunt, qua Doriensium pars vid. L. II. §. 21. Quod apparet e participio εὐεργετῆς nr. 2 l. 10 pro Lesbico εὐεργετῆεις ab εὐεργετήμῃ i. e. εὐεργετῶ. Intelligitur inde eosdem ἵππος dixisse pro ἵππους, χαρίεις pro χαρίεις etc., corripuisse ultimae vocalem in πύλας, πράξας.

Iota subscriptum ubique omittitur, cuius rei exempla accedunt ἐν τᾷ ἀρχᾷ nr. 2 l. 13 et dativi secundae declinationis τοῦ κοινοῦ etc., de quibus supra diximus; accedit etiam tertia persona conjunctivi ὄνγραφεῖ nr. 1. 2 pro vulgari ἀναγραφῆ, Lesbico ὄνγραφῆ, Dorico ἀγγραφῆ.

5) Declinationis primae genitivus singularis legitur Ἐρμᾶο nr. 4, dativi Τεμπεῖτα nr. 1767 et ἐν τᾷ ἀρχᾷ nr. 2 l. 13; Gen. Plur. κοινάου nr. 1, πολιτάου nr. 2 l. 17, contra per contractionem Γομφουῶν in nummo Mionn. Suppl. III. p. 284. — In declinatione secunda genitivi in οἰ desinentis, cujus unicam exemplum tutati eramus, nunc multa exempla accedunt: nr. 1 Μυσαελίοι, nr. 2 Παισανιαίοι, Σιλάνοι, Ἀντιγενεῖοι, Γεννάοι, Ἀλασουνεῖοι, Ἀντιγονεῖοι, ut lacera nonnulla omittamus. Contra Ἐρμᾶο Χθονίου legitur nr. 4, ubi nisi corruptela subest, Χθονίου e Χθονίω, quod reliquorum Aeolensium et superioris Doridis est, per Thessalicam mutationem natam existima, ut Thessali duplicem terminationem, οἰ et ου, habuerint. Dativi singularis in ου et genitivi pluralis in ουν exempla supra proposuimus. Dativus pluralis in οἰς desinit ut ἐργόνοις, Κραννοννίοις nr. 1. 2. — E tertia declinatione nihil apparet praeter πόλιος nr. 1. 2.

In conjugatione conjunctivi tertia persona est ὄνγραφῆ, de qua supra diximus. Conjugationis in ω infinitivus Boeotico more in εμεν exit, ut ὑπαρχέμεν nr. 2 l. 20. Conjugationem in μι Lesbiaco more verba vulgo contracta sequuntur, id quod maxime apparet in participio εὐεργετές nr. 2 l. 10, deinde in [στροτα]γέντος nr. 2 l. 1. Nec refragantur διετέλει nr. 1. 2 pro Lesbiaco διετέλη nr. 1. 2 et δικάοι nr. 2 l. 4, quod aequè Lesbiacum foret. Infinitivus in μεν exit Dorico et Boeotico more [ἐπεμελ]εῖθῆμεν et δόμεν nr. 1, nisi hic secundum Lesbiorum usum δόμεν[αί] supplendum esse existimas.

Praepositionis ἀνά apocopen passae et vocalem mutantis exempla ὄνγραφῆ et ὀνάλουμα supra attulimus. Κατά apocope affectum est in καττά nr. 1, quod praeterea observa pro καθ' ἃ dictum esse, cf. L. II. §. 33. Pro πρός ut apud Boeotos et Dorienses est ποτί, apocopae obnoxium, ut πόθοδος nr. 1, ποτιάν nr. 2 l. 16. Pro εἰς ut apud Boeotos et reliquos Graecos septentrionales ἐν usurpatur, ut ἐν κίονα nr. 1 et nr. 2 l. 24,

ἐν τῷ Ἀσπυλακιδῶν nr. 1. Postremo ἐξ Boeotico more in ἐς mutatur, ut ἐσγόνους nr. 2 l. 18.

Patronymicum Boeotici typi Κρεωνίδαι i. e. Creontis posterii, Scopadae praebet Theocritus XVI, 39. In inscriptionibus tamen Boeotico more regnant patronymica in ιος desinentia. Quae quum a nominibus primae declinationis derivantur, in αιος exeunt: Πικουσανιδῶς nr. 2 l. 2. 9, Πυρριδῶς, Εὐκλειδῶς, Αἰνιανδῶς, Ἐρμιῶς, Εἰρακλειδῶς nr. 8, Πολεμαρχιδῶς C. I. nr. 1766. Quum a nominibus secundae vel tertiae declinationis descendunt, in ιος desinunt: Μυσκίλειος nr. 1, Ἀντιγόνιος et Εὐδόξειος nr. 2, Λαμινέτιος nr. 8, et feminina Εὐρυποθεία nr. 5, Ἴηπολυτεία nr. 6, Εὐβιοτεία nr. 7; Ἀλαισοῖνιος nr. 2 l. 6, Νικούνιος nr. 4 a Νίκων cf. ... ουνιος nr. 8, Ἀντιγένιος nr. 2 l. 4. 8. Observa, contra Boeoticum morem a nominibus in δας patronymica derivari. De aliis supra dictum est.

Pag. 223 extr. Thessali, ut nunc intelligitur, praeterea cum Lesbiis communia habent: iota e diphthongis ante sequentes vocales objectum et iota subscriptum in dativis omissum; cum Boeotis conjugationis et in ω et in μ infinitivos in μεν desinentes et praepositivum ἐν et ἐς usum pro εἰς et ἐξ; cum utrisque verborum vulgo contractorum flexionem secundum conjugationem in μ. Peculiare inter Aeoles Thessalis est extremarum syllabarum correptio Dorica.

Pag. 225 seqq. §. 52. De dialecto Eleorum vide quae infra ad Eleorum et Heraeensium foedus disputabimus. Hic pauca addimus haec:

Pag. 226 l. 20. Ad Eliacum βαδύ cf. Hesych. βᾶδῆδοι. ἠχεῖοι, ubi valde placet Pearsoni emendatio βαδύ, ἠδύ· ἠλεῖοι. Aliud digamma in β mutati exemplum praebet Strabo VIII. p. 338, qui Elidis oppidum Βοιωνά commemorans addit τὴν γὰρ Οἰνόην οὕτω καλεῖν εἰώθασιν, ut recte Βοιωνά aut Βοιώνα rescribi videatur.

Aliud exemplum σ in ρ mutati Schneidewinus sibi

detegere visus est apud Theognostam Oxx. II. p. 10, 26 *παίραος παρὰ Ἑλλείοις ὁ παῖς*, corrigi iubens *παῖρ παρὰ Ἑλλείοις*. At quum in ejusdem regulae principio commemoratum sit *παῖς καὶ εἶτε παρ' αὐτό*, vix credibile est postea idque alienis interjectis de *Ελλείο παῖρ* per diphthongum proferendo praecipì.

Pag. 229. Dorico more ex *ao* factum est *a* in *Ελεῖ* nomine *Λαστρασίδαο* Paus. VI, 6, 3.

Pag. 232 l. 2. 12. Titulus ille non Arcadicus est sed Laconicus, vid. L. II. §. 2, 1, quare vereor ne apud Teleclidem comicum homo Spartanus *Ἐνιτηῖοι* dixerit neque Arcadibus sigma ejiciendi mos communis fuerit.

Pag. 233 l. 20 leg. *Θραστέων* pro *Ἐων* vid. Keil. Anall. p. 70.

— l. 26. Dorica ea contractio praeterea spectatur in his nominibus propriis Arcadicis: *Λαδοῦσσα*, regio Arcadica Pausan. VIII, 44, quae apud alios *Λαδοῦκία* vid. Poppo Proleg. Thucyd. I, 2 p. 185, *Λάδοκος* Paus. VIII, 44, *Λαράνης* Herod. VI, 127, *Λασθενία* vel *Λασθένια* vid. Papii Lex.

Titulus Megalopolitanus C. I. nr. 1536 et Ross. I. nr. 12, miserrime lacer, quem quum in Philopoemenis sepulcro positum fuisse Keilius Anall. Epigr. p. 9 seqq. sagacissime detexisset, doctissima disputatione et acuminis plena illustravit, Arcadica dialecto, non vulgari Doride usus esse videtur, si fides haberi potest voci *σπεφνώτω* l. 44, quae in vulgari Doride *σπεφνωύτω* sonaret. Praeterea notamus *ἄσσιος* pro *ἄσσειος*, nisi corruptela latet.

Ad Appendicem.

In Museo Rhenano Novo Vol. I. p. 382 seqq. exposuimus, quae in nostra Lesbiacarum reliquiarum recensione postea novanda censuerimus. Eo igitur mutationum causas quaerentem ablegamus.

ALCAEUS.

Fr. 3 leg. *πολεμάδοκος* vid. L. II. §. 19, 5. Cens. Darmst. restitui jabet *Κορώνη* ut *Κυπρογένη*, *Κυδέρη*, quanquam *νιχ* probabile est terminationem *εα* ubique a Lesbiiis in *ηα* mutatam esse. An *γλυκεία* Sapph. 18 et similia mutari volet? cf. L. II. §. 20, 9. Huius fragmento jam adhaesisse auspicamur fr. 55, quod in hunc modum corrigere audemus:

ἦ ποι σὺγ' ἀνδρῶν δυσμένεων στρότον,

πὸ λουρ' ἐπιπυεύοισα [φίλων τέων]

sc. *εἰς φύγην τρέπεις* vel simile quid.

Fr. 6. Peccavimus, quum in Mus. Rhem. Alcaicum metrum restitui posse putavimus. Sine mutationibus alios versus non elicies praeterquam hymenaeicos, quibus Sapphonem usam scimus vid. Nene p. 17:

ὥστε θέων

μηδέν Ὀλυμπίων

λύσαι ἄτερ Εἴθεν.

Fr. 10. Initium nunc legimus: *ἀσυνέτημι τῶν ἀνέμων στάσιν*. Deinde Schneidewinus dubitavit an sine librorum ope non recte *ὄν τὸ μέσσον* pro *ἄν τ. μ.* scripserimus; mutatae enim vocalis nulla alia exempla extare nisi in compositione et *ἄν* triplici auctoritate confirmari. Nos id secuti sumus, quod omnes praepositiones, ex antiquiorum certe Graecorum orthographia, extra compositionem ubique eandem formam tuentur quam in compositione. Quam vero saepe librarii in Aeolicam proprietatem saevierint, intelliges inde, quod Sapph. 1, 3 ex omnibus Dionysii libris, unus antiquissimus Parisiensis, quem nunc Schneidewinus contulit, *ὄν* τῶν τῶν praebet, ex omnibus Hephaestionis una Turnebiana *οἰάισι* pro vulgari *ἀν* τῶν τῶν. — Vs. 7 leg. *ζάδαλον* e Schneidewini suspitione vid. L. II. §. 19, 6 s. v. *δαλέομαι*. — Casu in fine excidit initium sequentis strophae: *Χόλαισι δ' ἄγκυραι*.

Fr. 11. Probamus nunc Seidleri emendationem *ἐμβῶ* (nisi quod Lesbiaco more *ἐμβᾶ* scribimus) vid. L. II.

§. 39 et infra novam emendationem in fr. 24 propositam, qua versuum nexus tollitur.

Fr. 12. Ipsum *μεθύσθην* in libris est.

Fr. 24. Corruptissimum fragmentum jam in hunc modum restituere conati sumus :

Ἄγγελλε, κᾶρυξ, οἴκαδ' ἄλκιος
 σῶος γ', ἀρήϊ' ἔντα δ' αὐτὸν φύρον,
 ἃ δὴ κτερας Γλαυκώπιόνδε
 Ἄττικοι ἴρον ὀνερέμασαν.

Apud Strabonem XIII. p. 609, ut librorum lectiones, quae a nostra restitutione proxime absunt, eligamus, haec leguntur : λέγει δὲ πρὸς κτερα κήρυκα καλεύσας ἀγγελλαι ταῖς ἐν οἴκῳ Ἄλκιος σῶος ἄρει ἐνθάδ' οὐχυτον ἀλητορῆν ἐς Γλαυκώπιδον ἱερὸν ὃν ἐκρέμασαν Ἄττικοι.

Fr. 26. Emendatius et auctius fragmentum ita constituimus :

Βαβυλωνίους
 συμμάχους ἐτέλεσας τ' αἰθλον μέγαν
 κῆρ πόνων [πολέων] ἄσφ' ὑπερύσαιο
 κτενας ἀνδρα μαχίταν βασιλῆιον
 παλάσταν ἀτυλείοντα μόναν ἴαν
 παχέων ἀπὸ πέμπων.

Prima addidimus e Strabonis narratione XIII. p. 617 : Βαβυλωνίους συμμαχοῦντα τελέσαι μέγαν αἰθλον καὶ ἐκ πόνων αὐτοὺς ὑσασθαι. In mentem venit etiam ἐτέλεσας μέγαν αἰθλον.

Fr. 27 extr. Malumus nunc cum aliis ἀμφιβάλων.

Fr. 30. Ultima ἀθρόα φώνη vel potius ἀθροαί φωναι non Alcaei, sed Plutarchi esse intelleximus.

Fr. 31. Emperius noster in Mus. Rhem. Nov. l. p. 458 proponit :

θεός ὄπποτα
 φλογμὸν πρὸς καθέταν ἰστάμενος θῆ καματοῶδα.
 At καθέτης pro κάθειτος forma est valde dubia et locutio πρὸς καθέταν ἰστάμενος pedestrem orationem redolet.

Fr. 33. Conjecturam in Mus. Rhem. propositam αἰψ' ἀπὸ κελίβα nunc ipsi damnamus, quod a Lesbico

Fr. 74. *Μαλινὸς ὄρεος*, quod metrum aeque admittit.

Fr. 78. Ejice articulum cum Seidlero et Schneidewino, ut metrum sit Ionicum.

Fr. 90. 93. 95. Corrupta sunt et obscura.

Fr. 96 et 99. Alcaea comico dat Meinekius Comic. Graec. II. p. 833. Certa tamen causa non extat.

Nova Alcaei frustula haec accedunt:

Fr. 108 ex Anecd. Parr. III., 121, 4.

Ἐρραφείωτον γὰρ ἀνάξ.

Schneidewinus Mus. Rhen. Nov. II. p. 294 proponit: *Ἐρραφείωτον χαῖρ' ἀνάξ* vel *χαῖρε Φαναξ*. Ceterum *Ἐρραφείωτος* est pro *εἰραφείωτης*.

Fr. 109. Anecd. Parr. IV., 61, 13 ex Etymologici codice 2636 et (quod fugit Schneidewinum I., 1.) Bekkerus post Etym. Gud. p. 760 ex Etymologici codice Parisino 2630:

Τὸν χαλινὸν ἄρκος ἔση.

(cod. 2630 τὸ et ἔση). Schneidewinus suspicatur: *τῶν χαλινῶν ἄρκος ἔσται*.

SAPPHO.

Fr. 1. Schneidewinus noster Parisiis praestantissimum Dionysii codicem saeculi XI ad hoc carmen contulit nobisque ejus collationis usum amicissime concessit. Cum textu in Gaisfordii Poett. Minn. edito concinunt ea, de quibus nihil adnotatum est.

1.—6) Par. *Ποικιλόθρον ἀθάνατ' ἀφροδίταν* — *λίσομαι σε* — *μημ' ἄσαισι* — *ὀνίαισι* — *ἀλλὰ τυδ' ἐλθουσα κατ' ἄφροντα* — *αὐθῶς αἴσοσ' ἀπόλυ*. Ex optimorum librorum lectione *αὐθῶς* in Mus. Rhen. eliciimus *κλήδων* et *κλήδων* pro *κλαδῶν* vid. §. 21, 7 et cf. Aeschyl. Eum. 375.

7—14) Par. *δεδόμον* — *χρύσειον ἤλθεσ ἀρμα ὑποξείξασα*. *καλοὶ δέ σ' ἄγων ὠκίεσ στρουθοὶ περὶ γῆσ μελαινας* — *διηῆντες πτέρα* — *αἰρανῶ*. *θέρωσ δ' ἀμεσπω* (*π* in *σ* mutatum esse videtur) *αἰψ' ἄλλ' ἐξ*. — *τυδ' οἱ μάκειρα μεθέασω*. In Mus. Rhen. propter duram crasin *αἰράνω αἰδ-*

ρος, qua Hermannus quoque et Blomfieldius offensi erant, et propter meliorum lectionem ἀπωρονωθερος δ' ἄμες πο, quo accedit nunc Par., deinde αἰψ' ἀλλ' in Aldina (et Par.), αἶψα δ' ἄρ', si Nevio fides est, in plerisque antiquis editionibus, locum nova conjectura tentavimus. Et crasis quidem illa aliis defendi videtur, quae vix minus durae sunt: Sapph. 69 κείσεται οὐδ'; Alc. 45 κωλύει αἶδως (et, si quidem recte emendavimus Sapph. 59 ἤξω οὐκέτι). Attamen, quum honorum librorum lectio περὶ (i. e. ὑπὲρ) γᾶς μελαινας a nobis satis firmata esse videatur, in proximis ἀπ' ὠράνω αἰθερος διὰ μέσσω intolerabili inconcinnitate laborant; prius enim aves a coelo per aetherem descendere oportuit, quam super terram volitantes Venerem veherent. Itaque ne nunc quidem suspicionis propositae poenitet:

ἄρμ' ὑπαξεύξαισα. κάλοι δέ σ' ἄγον
 ὄψεις στρουθοὶ περὶ γᾶς μελαινας
 πύκνα δίννοντες πτέρ' ἀπ' ὠράνω θ' ἔ-
 δος πέδα Λέσβω

αἰψ' ἄρ' ἐξίκοντο.

De δίννοντες, ut nunc scripsimus, vid. §. 8, 5. 8.

15—20) Par. ἤρε' ὅτι δ' ἦν τὸ πέπονθα — κῶττι δ' ἦντε καλημμὶ κῶττι ἔμῳι μάλιστα θέλω. — μαινόλα — τινὰδ' εὐτεπείθωμαι (sed μαι eadem manu in και vel βαι mutatum) σαγηνέσσαν φιλοτατατις σαιψαφα δίκη. Secundum codicem Parisiensem jam malimus κῶττι ἔμφ scribere, quum crasis, quae syllabam non producit, vix recte statui videatur. Deinde in loco vexatissimo proposuimus:

τίνα θῆντε πείθω
 μὴ ἰάλην εἰς σὰν φιλότατα; τίς σ' αἶ
 Ψάψφ' ἀδικήει.

et apposuimus glossas Hesychianas ἀσάλειν (ita codex, leg. ἀσαλεῖν aut Lesbice ἀσάλην), ἀφροντιστεῖν — ἀπαλεῖν (fort. ἀσαλεῖν) et ἀπαλέντες (fort. ἀσαλέντες), ἀμελοῦντες, quarum postrema aperte Aeolica est. Ad verbi constructionem confer ὑβρίζειν εἰς τίνα et similia.

Fr. 30. Malimus παῖς, ut idem sit metrum, quod fr. 19. 55.

Fr. 32. 46. Correximus fragmentum ita:

Κῆν ἀμβροσίας μὲν
 κράτηρ ἐπέκρατό.
 Ἐρμῆς δ' ἔλκεν ἄλλην
 θεοῖς οἰνοχόησιν.
 κῆνοι δ' ἄρα πάντες
 καρχάσια [χέρον]
 ἔχον καὶ ἔλειβον,
 ἄραντῶ δὲ πικρῶν
 [πόλλ.]: ἔσλα τε γάμβρον.

Athenaei codices praebent κηδαμβροσίας, deinde καρχῆσι ἔχον vid. L. II. §. 19, 6 et ἔσλα τῶ γάμβρον.

Fr. 35. Suspiciamur nunc: ὁ δ' Ἄρεος φαῖ σέ κεν Ἀφαίστω ἄγην βίη.

Fr. 36. Nihil est causae, cur cum Hermanno ἄγαν mutemus; constat enim de ἄγαν νέος. Verba sic possunt in versus cogi:

— ο Ἄνθε' ἀμείροισαν [ἔγαν] ἴδαν
 παῖδ' ἄγαν: ἀτάλαν.

Ad idem carmen pertinere videtur fr. 112, de quo vide infra.

Fr. 44. Rectius ἀέροατε, quam in plerisque Athenaei libris sit ἀείροατε, in Demetrii ἀέροατε et ἀείροατε. — Ultimos duos versus, quos Bergkiius Sapphoni e conjectura tribuit, nunc etiam certius damnamus. Ne ullam quidem Aeolicae dialecti vestigium in Demetrii libris reperitur, qui τῆν, οἶρεσι, κοπασειβουσι praebent; nec satis constat nam Lesbii οἶρεσι dicere potuerint, quam ἔρος sit Sapph. 21 et Alcaeo fr. 74 aequo jure οἶρεος dari possit. Postremo ne ποσσι quidem insuspectum est pro πάδεσσι. Quid igitur potissimum Bergkium permovit, ut eos versus e Sapphoni epithalamio petitos putaret? Comparatio, nisi fallor, cum hyacintho, quum in Catalli epithalamio LXI, 91 novam nuptam item cum hyacintho et LXII, 39 cum flore comparari videret. Vide tamen

quantum intersit. In utroque Catulli loco flos describitur in horto diligenter educatus et custoditus, postea tenui ungui carptus; hic hyacinthus in montibus pastorum pedibus conculcatus. Huicne ut nuptam a Sapphone comparari credamus?

Fr. 45. Casu verborum ordo in altero versu a Demetrii libris discessit. Ceterum fragmentum jam in hunc modum restituere conati sumus:

*Ἐξέσπερε πάντα φρεῖς, ὅσα φαίνολις ἐσκέδασ' αὔτως,
φρεῖς οἶν, φρεῖς αἶγα, φρεῖς μάτερι παιδ' [ἀγαπάτων].*

E conjectura dedimus *φρεῖς* pro *φέρεεις*. Simplicis verbi *φρηῖναι* i. e. *ἄγειν* imperativus *φρέεις* commemoratur Et. M. 740, 12 et Joann. Al. 21, 5.

Fr. 47. Scribendum est *ἀϊπάρθενος* vid. supra ad p. 156.

Fr. 51. Restituimus:

*Ὁ μὲν γὰρ κάλος, ὅσσον ἴδην, πέλετ' αἶϊ,
ὁ δὲ κᾶγαθος αὐτίκα καὶ κάλος ἔσται.*

Fr. 53. Scripserimus (cf. §. 16, 3):

*Δαύοις ἀπάλας ἐταίρας
ἐν στήθεσιν.*

Fr. 57. Suspicati sumus *ἀλλοτέρα* pro *ἐτέρα*:

*Οὐ γὰρ ἀλλοτέρα νῦν
παῖς, ὃ γάμβρε, τοαῦτα.*

De *ἀλλότερος*, quod grammatici pro *ἀλλότριος* esse volunt, vid. §. 8, 6. Rectius tamen fortasse cum Sanscrito *anjataras* ab *anjās*, Latino *alter* ab *alius* comparatur.

Fr. 58. Malumus nunc *μελλίχιος*, quod conjecit Hermannus.

Fr. 59. Si fr. 2, 8 recte *εἵκει* retineri jussimus, hic *εἴξω* scribendum est.

Fr. 63. Fortasse rectius scribetur:

*Ἄγε μοι χέλυ δῖα
φωνάεσσα γένοιο.*

Ita Eustathius, nisi quod *χέλυ δῖα* pro *δῖα χέλυ* ex Hermogene sumpsimus.

Fr. 66. In altero versu nunc toleramus *inesia*: ἐπ', ὡ' ῥαννα, σέθεν τύχουσα. Quae nuper de priore versu disputavimus, in tanta Choerobosci corruptione nimis incerta videntur. Hoc tamen tenemus, Δίκα in sequenti fragmento non posse pro Μνασιδίκα esse.

Fr. 67. In ultimis versibus ne ea quidem satis placeant, quae ipsi proposuimus.

Fr. 74. Lacunam hoc modo evitari posse intelleximus.

[Ἄτθι], τίς δ' ἀγροῶτιν σε νόον θέλγει ἐπεμμένα
οὐκ ἐπισταμένα τὰ βράκε' ἔλκην ἐπὶ τῶν σφύρων;

Athen. I, 21 C τίς δ' ἀγροῖωτίς τοι θέλγει νόον (Eustath. om. τοι), Max. Tyr. XXIV. τίς δ' ἀγροῖωτιν ἐπεμμένα στολήν. Hanc vocem pro interpretamento a Maximo additam subaudiri volumus.

Fr. 75. Fort. Ἦρων ἐξεδίδαξεν ἄγροστιν ἀνδρόμον. Ad hanc vocem confer Hesych. ἀνύποδας, ταχύποδας ἀπὸ τοῦ τοῖς ποσὶν ἀνύειν.

Fr. 76. Non adversamur nunc iis, qui tertium versum arcte cum prioribus jungunt et μάτεσαι pro πατούσαι dictum accipiunt.

Fr. 77. Secundum versum ita correximus:

ἐμφέρον ἔχουσα μόρφαν, Κλείς μόνα γαπάτα.

Nomen Κλείς est a κλέος ut Ἄνθις ab ἄνθος, Θρασίς a θράσος. In tertio versu Hermannus fortasse recte ἄπασαν, nisi quod dialectus ἄπαισαν postulat.

Fr. 78. Corrige μοισσοπόλων.

Fr. 79. In Museo Rhenano proposuimus:

— — — — ἀβροσύναν — — — —

ἔγω δὲ φίλημ' ἀνικά μοι τὸ λάμπρον

πρὸς ἀελίω καὶ τὸ κάλον λέλογχε.

Quum vero particula ἀνικά sententiae parum convenire videatur, dubitamus an longius a tradita lectione recedendo ἔστε κέ μοι τὸ λάμπρον et cum Nevio λελόγη scribere praestet.

Fr. 83. Idoneis argumentis confisi ultima abieci-

et reliqua, unicam vocem ἄνευ e conjectura mutantes, in hanc rationem constituimus:

Ὁ πλοῦτος

ἄνευθ' ἀρέτας οὐκ ἀσίνης πάροιχος.

Fr. 84. Probavimus Seidleri emendationem:

Σκιδναμένας ἐν στήθεσιν ὄργας
μαυυλάκαν γλώσσαν πεφύλαξο.

Fr. 85. Correximus, τοῦτο e Gregorio recipientes:

[Ἄλλ'] ἀπυθναίσκην κάκον· οἱ θεοὶ γὰρ
τοῦτο κεκρίκασ· ἀπὺ γὰρ κ' ἔθναισκον.

Fr. 86. Corr. δακτυλίω.

Fr. 92. Fort. Ψαύην δ' οὐ δοκίμων' ὄρανῶ δυσεπαύ-
χεα i. e. δυσανχέα. De δοκίμωνι vid. §. 26 not. 6.

Fr. 96. Fort. Ἄμφλ μαλ' ἄβροισ λασιόισιν εὖ
ἐπύκασσε.

Fr. 101. Lege Ἐγω δὲ κῆνο

τῶ τις ἔρῳται.

Fr. 112. Fort. Ἄττα ἔραισ' ἔστεφανηπλόκην i. e. ἔρῳσα.

Addenda sunt frustula quaedam: primum, quod Sapphonis nomine commemoratur πάρθενον ἀδύφωνον, vid. Bergk. ad Anacr. p. 135, deinde γέλαν δ' ἀθάνατοι θεοὶ Et. M. 225, 7, quod propter γέλαν Bergk. ibid. p. 37 ad Aeolicum poëtam retulit; postremo

Τοιοῦτος εἰς Θήβαις παῖς ἀρμάττεσσ' ὀχήμενος

Hephaest. p. 81 (ubi Θήβας), quem versum Blomfieldius Alcaeo dedit fr. 39, Schneidewinus Delect. p. 436, ὀχέι-
μενος ex unius codicis lectione χείμενος restituens, Corinnae. Boeotica tamen dialectus ἐν Θείβας flagitaret, quare Lesbiacum poëtam agnoscere malumus.

THEOCRITUS.

Id. XXVIII. v. 9. Vituperavit nos Meinekius Delect. p. 165, quod Νικιάας pro Νικιάας scripsissemus; nam Πυθαγόρειος scribi, non Πυθαγόραιος etc. At demonstraveramus et nunc novorum exemplorum copia (vid. supra ad §. 48 et §. 50) etiam certius confirmavimus,

Thessalos Aeoles a nominibus propriis primae declinationis adjectiva in *αιος* derivasse, Boeotos Aeoles eandem terminationem mutasse in *ηος* (quod non potest ex *ειος* natum putari); quare non poteramus quin in Lesbiacae dialecti carmine librorum lectionem *Νικιάας* i. e. *Νικιαίας* veram judicaremus. Vix enim hoc quisquam arbitrabitur, patronymicum *Νικιαῖος* Boeot. *Νικιῆος* sc. *υἰός* alias leges sequi atque *Νικιαία ἄλοχος*. Postremo confer *Μελάντας* in titulo Delio (vid. supra ad p. 7), quod patronymicum esse videtur a *Μελάντας*.

Vs. 16. Neque *εὔσαν*, quod nunc expulimus Sapph. 27, neque *ἔσσαν*, quod est in cod. 4, probari posse videtur; sed e codicis C lectione *εῶσαν* genuina Lesbiaca forma *ἔοισαν* restituenda esse videtur.

Id. XXIX. vs. 4. 16. Poenitet *ἐθέλησθ'* et *μάτης*, quae nullius dialecti sunt, non in *ἐθέλεισθα* et *ματίς* vel *μάτεις* mutasse. Id tamen egimus, ut nihil sine libris mutaremus, quod Theocritus ipse dialecti errore male scribere potuisse videretur. Ameisius Z. f. A. W. 1841 p. 270 seqq., qui tot non Aeolica in Theocriteis relicta esse miratus est, neglexisse videtur, quae in praefatione de hac re monueramus.

CORINNA.

Fr. 11. Corrigimus *καλὰ γερῆ' αἴσομένα* i. e. *καλὰ γεραιὰ αἴσομένα*, antiqua decora cantura.

FOEDUS ELEORUM.

Nihil eorum, quibus a Boeckhio discessimus, probavit Franzius Elem. Epigr. Gr. p. 380. Ut omittamus, quae ipse leviora iudicavit, primum cum Boeckhio spiritum asperum suppressi jubet; nam e galea Hieronis, ubi articulus spiritu caret, nihil concludi posse propterea, quod longe alia res sit in vocalis. Placent sane, quae V. D. p. 98 disputavit de asperi signo in vocalis

prius omisso, in nominibus propriis diutius retento, quanquam duobus tantum exemplis innititur, nr. 16 *ΗΛΑΡΟΝ Ο ΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ* et nr. 12 *ΟΘΗΕΡΜΕΣ* i. e. ὄθ' Ἐρμῆς. Itaque lubentissime ei praecepto obsequimur. Profitetur V. D., si Ἡρφαοίοις aspero ornatum esset, concessurum se, articulum quoque cum aspero ab Eleis pronuntiatum esse. At largimur ei, Ἡρφαῶοι aspero caruisse apud Eleos; recentior enim Graecorum lingua saepissime initiali η asperum apposuit, ut in ἡγέομαι, ἡμέρα, ἡμεῖς vid. §. 4, 6. 9, ἦσσαν cf. ἦκα, ἦμαι (ex ἦσ-μαι) cf. Sanscr. *ās*. Nec minus probabile est *ἐκατόν* et apud Eleos et in reliqua prisca lingua lenem habuisse; nam si conferas Sanscr. *çata*, Lat. *centum*, Germ. *kund-ert*, vix dubium videtur, quin ε euphonice praepositum sit. Nam si vox cum ἐν, quod nonnulli voluerunt, composita esset, prima syllaba corripere non poterat. Restat igitur unicus articulus *ά*, in quo asperi signum omitti potuisse ipse Franzius docuit. Tenuerunt autem in articulo asperum adeo Lesbii *ψιλωτικοί*. — Non magis Franzio persuasimus, rectius τῶ et τᾶ legi quam τοῖ et ταῖ, neque tamen argumenta nostra refutavit; duas certe res demonstrare debebat, primum ullos Graecorum exceptis Atticis demonstrativo iota usos esse, deinde ipsos Atticos unquam brevium vocalium ante illud iota elisione abstinuisse. Ceterum eundem articuli usum pro ὄδε nunc in Boeoticis titulis demonstravimus vid. supra Addend. ad p. 178. — Insolita verborum *τοὶ καταλημένοι* collocatio, quam vituperat V. D., non latuit nos, sed maluimus hanc tolerare, quam ea, quae lectioni τῶ καταλημένη adversantur. Fortasse lapicida, quum eas voces suo loco exarare neglexisset, minus aptam collocationem admisit. — Minime probabilia V. D. disputat in Boeckhiana lectione *λατρεϊόμενον* defendenda. Vix dubitamus, quin ipse, qua est sinceritate, confessurus sit, diphthongi *ευ* mutationem in *ει* neque decreti in Timotheum pessima auctoritate, neque Laconicorum nominum *Σεμῆδης* pro *Θεομῆδης* etc. (vid. §. 26, 5)

comparatione sustineri posse. — Maxime displicuerunt, quae in extremis novavimus. Et recte quidem offensus est V. D. iis, quae calami errore scripta sunt, *deprecatione pro imprecatione et multa centum talentum pro multa talenti*; deinde articulo in *τήπιάρω*, quod proposuimus; minus recte singularem ἐντὶ Philolai auctoritate defendit, de qua re supra diximus L. II. §. 42. Facilius eidem assentimur, quam ἔστ' pluralem existimari posse monet, quanquam collocatio inter singulares, *καδαλείοιτο et ἐνέχοιτο*, duriuscula est. Et Boeckhianam quidem vocis *ἐπιαροί* interpretationem ut nunc magis probemus, iis permovemur, quae in duobus titulis Phocis Rossii leguntur; nr. 74, a l. 6 [*ποταποτισάτω*] ποθ' ἱερὸν τῷ Ἀσκληπιῷ ἀργ[υρίου] μνᾶς etc. et nr. 74, b l. 16 καὶ τὸ μὲν ἡμισον ἔστω [τοῦ προστάτος, τὸ δὲ ἡμισον] ποθ' ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπιού. Rossius adnotavit: „ποθ' ἱερὸν, quod nescio an nusquam alibi legatur, his in locis sacram mulctam deo solvendam significare manifestum est.“ Non intelligimus, cur Rossius noluerit *ποθ' ἱερὸν* scribere, quae vox egregie sustinet Boeckhianam *ἐπιαρον* i. e. *ἐφ' ἱερὸν*.

Ad Librum Secundum.

Pag. 6. De Doridis interitu vide Frauz. Elemm. Epigr. Gr. p. 185, qui liber, quum illa scribebam, non erat ad manum. Quod V. D. Amphictyonum concilium maturius quam singulas civitates vulgarem linguam in Doricae dialecti locum ascivisse e decretis in Demosthenis oratione de Corona p. 278. 279 et in Corp. Inscr. nr. 1689. a. b servatis colligit, jam paullo accuratius exponere licet. Quanquam enim decretis Demostheneae orationi insertis multum fidei haberi nequit, at non solum nr. 1689 et 1689. b nihil Dorici habent praeterquam in nominibus propriis, sed etiam nr. 1694 et ea decreta, quae in eodem lapide cum nr. 1689. b inventa Leakius edidit in *Travels through Northern Greece* Vol. II. nr. 99; postremo decretum ab Ern. Curtio in *Mus. Rhen.* 1842 p. 93 seqq. nr. 11 editum a verbis *πυλαίας ὀπωρινῆς ἱερομνημονούτων* exorsum postea ad Doridis usum transit. Jam vero illa Amphictyonum decreta omnia, ut Curtius Boeckhio ad nr. 1694 praeunte bene intellexit, quamquam Leakiani tituli non memor, ad eam aetatem pertinent, qua Aetoli tantum potestatis inter Amphictyones sibi arrogaverant, ut eorum hieromnemes aut soli aut primo loco scriberentur, quod in tertii a. Ch. saeculi exitum et secundi initium cadere oportet. Nec quidquam

in iis reperitur, quod Romani imperii vestigium haberi possit; nam pro *Τειβ* . . . , quod si in nr. 1689. b l. 6 recte editum esset, titulum Tiberio imperatore non antiquiorem haberi juberet, in Leakii accuratiore apographo est *τεγρ* Ceterum Doride satis incorrupta utuntur tituli Astypalaeenses, breviores tamen, Ross. II. nr. 153. 160 sub M. Aurelio et Vero scripti.

Pag. 8 nr. 2. Leakiani tituli nr. 71 octo primos versus nobilis quidam de Seidel sub initium saeculi XVIII Peloponnesum peragrans descripserat, cujus schedis cum bono fructu Keilius usus est in Anall. Epigr. p. 85 seqq., de reliqua quoque inscriptione diligenter commentatus. In versibus quarto et quinto Keilius non vidit nulla litera mutata *οὐδῆς* i. e. *οὐδεῖς* et [*π*]ῆρονα (vid. §. 44, 2) legi posse, ut nemo ante similes victorias reportasse dicatur.

Pag. 10. *Calqureaticus* alius extat in Expédit. Scient. de Morée III. nr. 3. p. 49.

Pag. 11. *Delphici* tituli nr. 1690 extrema pars emendatior tradita est a Leakio l. l. nr. 100. Novi tituli accesserunt ab Ern. Curtio editi in Mus. Rhen. Nov. II. p. 114 seqq.: nr. 11 decretum hieromnemonum, quod ex parte vulgarem dialectum exhibet; nr. 12 Delphorum de proxenia; postremo alius titulus servi donationem sistens, quem tractaverunt Thierschius in Actis Acad. Mon. 1840 p. 67 et idem Curtius in Ephemm. Jen. 1842 nr. 246.

Phocicis adde decreta Anticyrensiū apud Leakium l. l. nr. 96, valde mutila.

Pag. 12. Inter *Acarmanicas* inscriptiones eam negleximus, quae a Leakio in eodem opere Vol. IV. nr. 164 edita est, in *Ai Vasili* reperta.

Pag. 13 l. 8. Leg. „a. 282.“ Sed fugerat nos, quod Boeckhii Corp. Inscr. I. p. 85 contra Castellam, quem sequuti eramus, et alios monuit, Gelenses etiam apud Ciceronem (Verr. II, 3, 43 et 4, 33) commemorari et titulum propter literae Sigma formas Σ et C promi-

scue usurpatas multo recentiorem videri, cui libenter ad-
stipulamur.

— l. 3 extr. Leg. *Italiotici*.

Pag. 14 extr. Leg. „nr. 2053.“

Pag. 15. *Sporadum* Doricarum tituli nunc complu-
res accesserunt in Rossii Inscr. Gr. Ined. Fasc. II:

Theraeus nr. 198, qui Argeae cujusdam testamentum
continere videtur, valde lacer; praeterea multi vel bre-
vissimi vel recentiores.

Anaphaeus nr. 223 paucorum verborum,

Astypalaeenses: nr. 154 literaturae genere satis anti-
quo et qui Rossio iudice vel ad quintum a. Chr. saecu-
lum pertinere censeatur; nr. 155 et 156 antiquiores pau-
corum nominum; nr. 159 decretum lacerum literatura
eleganti temporum Macedonicorum; nr. 161. 163 brevio-
res.

Calymnius valde mutilus nr. 182 praeter alios breviores
et recentiores. Eodem retuleris frustula Dorici decreti
ad Iasenses C. I. nr. 2679, qui titulus oculos nostros
fugerat.

Coorum decretum haud male servatum nr. 175 prae-
ter brevissimos quosdam titulos. Praeterea nonnulla uti-
lia suppeditavit titulus e Romanorum imperatorum aetate
Corp. Inscr. nr. 2508.

Nisyrii tituli: nr. 161 antiquae literaturae; nr. 166,
cujus altera pars Nisyriorum decretum continet Philippo
Demetrii f. regnante circiter Ol. 145 scriptum; nr. 168
tituli sepulcrales.

Teliorum decretum nr. 169 inde a vs. 5 valde lace-
rum, satis bonae, si quid videmus, aetatis.

Ad *Rhodium* vel homines Rhodios recte testarum Ol-
biae repertarum (vid. Ephemm. Jen. 1842 nr. 180) in-
scriptiones referri videntur, quae et Doricae dialecti
Rhodiacam speciem prae se ferunt et partim Rhodiacum
mali Punici insigne, ut nr. 1 Ἀρταμητίου et rectius nr. 12
Ἀρταμητίου, nr. 2 Δημοκράτε[υ]ς, nr. 7 Ἀριστοκράτους,
nr. 11 ἐν ἱερῶς Ξυνοφάνεως. Jam vero his simillimae

sunt testarum Acris in Sicilia reperatarum inscriptiones, de quibus dixit Raoul-Rochette in Museo Rhenano Welckeri et Naekii Vol. IV. p. 85 ut Ἀρταμείου et ἐπ' ἱερῆως, nec minus aliae, quas Castellus inter inscriptiones Siculas congressit in Cl. XV.

Pag. 17. Tituli Cyrenaici nr. 10. 11 etiam a Letronnio editi sunt e Pachii schedis in *Journ. des Sav.* 1828 p. 264.

Pag. 29 not. 10. Choeroboscus ad Theod. 651, 16 praebet exempla Πάνες, αἴγες, φώτες.

Pag. 33 l. 21. Leg. κομψῶς et ἀπλῶς..

Pag. 36 l. 29. Leg. ἐννέα et ὀκτώ.

Pag. 39 l. 10. Apud Alamanem fr. 59 (24) in Athenaei libris est χωπαρα i. e. καὶ ὀπώρα, unde colligere possis Lacones ὀπώρα vel ὀπώρα dixisse.

Pag. 39 l. 4. Item ἐπ' ἱερῆως est in testa Olbiae reperta, quae non minus a Rhodio figulo facta est quam Acrensis, in qua idem legitur.

Pag. 40 l. 26. Lege ὀκτώ et ἐννέα.

Pag. 49 l. 5. Adde Ἀβώβας ὁ Ἄδωνις ὑπὸ Περγαίων Et. M. 4, 53 et Hesych., quod nomen nisi dialecto non diversum esse ab Ἡολίης, ut Panyasis Hesychio teste Adonidem appellaverat (eundem alii Ἄφως et Ἐφῶς dixerunt), indicavit Meinekius Anall. Alexx. p. 282. Descendit autem ab ἀβώς i. e. ἠώς; sed miror alterum β.

Pag. 50 nr. 6. Nescio an huc trahi possint Ὀλασος et Βλάσος, quomodo Lasi Hermionensis nomen aliquoties scriptum reperitur vid. Schneidew. de Laso p. 6.

Pag. 54 in. Valde memorabilis est glossa Hesychii Γελχάνος, ὁ Ζεὺς παρὰ Κρησίν (cod. κρησίω), quum in nummo Phaestio legatur ΛΕΛΧΑΝΟΣ vid. *Bullet. del Inst. Arch.* 1841 p. 61 et p. 174. Confirmatur hinc quam maxime, Γ apud Hesychium non ita pro digamma esse, ut mutata pronuntiatio significetur; recentes enim Cretes digamma in β mutarunt.

Pag. 61 init. Ἀρταμείτιος mensis est in testis nonnullis Olbiae repertis, quae sunt Rhodiacaе originis, et

in titulo Coe Ross. II. nr. 175; Ἀρτεμίτιος in Calauraeo Exp. Mor.

Pag. 70 l. 7. Leg. §. 39, 5.

Pag. 73. Pro μέσωρ, μέσος Hesych., ubi μέσορ scribi jusserunt, literarum ordine simul restituto lege μέσσωρος, μέσος, quocum conferas glossam proxime antecedentem μέσωρον (leg. μέσσωρον), μέσον. Ceterum ea vox non est, quod existimarunt, e μέσος et ὄρα composita, sed e μέσος et ὄρος pro μέσορος.

Pag. 73 nr. 3. Plura hujus generis apud Hesychium latent, ut

μίρμα ἐπὶ τοῦ κακοπινοῦς καὶ ὄνπαροῦ καὶ πονηροῦ.

Vox aut e μίαρμα i. e. μίασμα corrupta aut sine corruptela per contractionem quandam pro μίασμα posita est. Cognatam glossam μίρτουλον, μῖσος (corrigitur μῦσος), μίασμα extricare non valemus.

μίρμα, λάχανα, si comparas μίμαι, λάχανα e μίμαι vel μίμαι corruptum videtur, ut Laconica vox cum μίσχος sive μίσκος cognata agnosci possit. Nam μίσχος non minus quam καυλός et caulem et crambem significaverit.

μούρταρ, πιλός. — [μούρτιβοι] μουστῆν ζ μ. — μουρτιβοι, θυσαί. Ita in codice haec misere corrupta leguntur. Antiquiores interpretes Aegyptiaca, Punica, alia quaesiverant. Nos eo minus dubitamus Laconicam dialectum agnoscere, quod illa cum glossa aperte Laconica μούρκορ literarum seriem turbant. Prima ita correxerim: μούρταρ, μυστιπόλος i. e. μύστης. De reliquis acutiores videant.

Pag. 76 l. 24 seqq. Meinekius in Anall. Alexx. p. 247 probat Valckenarii conjecturam in Alexandri Aetoli versu anapaestico, quo Euripidem describit,

Ὁ δ' Ἀναξαγόρου τρόφιμος ἀρχαίου στρυφνός μὲν
ἔοικε προσεπιεῖν

χαίου pro ἀρχαίου scribentis et de nobili Anaxagorae genere interpretantis. Nescio an rectius scribatur ῥαχίου, nova vox a ῥάχος ducta, i. e. spinosi, quam Anaxagorae

appellationem epitheton Euripidi datum *στρουφός* commendat. Idem V. D. p. 270 Thestoris, qui erat Parthenii pater, cognomen *Χαός* scribit et ad generis splendorem refert, quum alii paroxytonon *Χάος*, id quod magis probamus, de librorum obscuritate interpretati sint. Omnino ne unum quidem extat certum exemplum vocis *χάιος* extra Laonicam dialectum usurpatae vel in bisyllabum coërcitae vel generis nobilitatem describentis, si quidem de Theocriteo *χαών* dubitari posse concedis. Nam vox *βαθυγαῖος* Aesch. Suppl. 838, quam eo traxerunt, obscurissima est.

Pag. 78 extr. E Theraci nomine *Μελέϊππος* apud Rossium II. nr. 198 noli colligere Theraeos *σ* eiecisse, quanquam Baeckhius in antiqua inscriptione Theraea nr. 92 lacunosum nomen *ΑΕΣΙΠΠΟΣ* in *Με]λήσιππος* supplet. Hoc malim *Τε]λέσιππος* legere, quum et *Τελεσιππια* reperiatur Ther. 2448. IV, 37 et omnino nomina a *Τελε* composita in Aegidarum gente frequentia sint, vid. Rossium de Anaphe in Act. Ac. Monac. 1837 p. 438; illud formatum est quemadmodum *Μελέαγρος*.

Pag. 80 l. 10. Adde *ποποῖ δᾶ* Aesch. Ag. 1042. 1046.

Pag. 82 l. 3. Leg. §. 43.

Pag. 84 l. 10. *Μασθός* legitur in titulo Acrensi III, 35. 41, *οὐθέν* in Coe Ross. II. nr. 175, contra *ΟΤΑΕΣ* in antiquo titulo Laconico, de quo vide supra ad p. 8, i. e. *οὐδής*.

Pag. 85 l. 21. Adde *Θεράμναι*, ut Therapnarum Laconicarum nomen apud Stephanum Byz. scriptum est.

Pag. 86 l. 19. Leg. §. 36, 1 et §. 40; hanc paragraphum restitue praeterea l. 22 et pag. 87 l. 12.

Pag. 87 nr. 10. De *Φιαλία* cf. Keil. Anall. p. 99 et nummum apud Mionn. Suppl. IV. p. 533, in quo *Φιαλίον*.

— l. 20. Leg. §. 35, 1.

Pag. 88 init. Adde ἀνέθηκε Ἀθαναία in antiquo titulo Laconico Leak. nr. 71 e Seidelii schedis aucto et confer Keilium Anall. p. 89, qui multa alia exempla e variarum dialectorum titulis conguessit.

— nr. 13. Adde antiquam inscriptionem Theraeam nr. 1, 6, ubi Koppa est ante O in voce obscuriore.

Pag. 91 l. 15. Leg. §. 35, 1.

— nr. 3. De Σοῖξιτέλης etc. cf. Keil. Anall. p. 117.

Pag. 99 l. 12. Adde Pausan. Lacon. c. 19. Διώνυσον ὀρθότατα ἐμοὶ δοκεῖν Ψίλαν ἐπονομάζοντες· ψίλα γὰρ καλοῦσιν οἱ Δωριεῖς τὰ πτερά, cf. Hesych. ἄψιλον, ἄπτερον ἢ πολύπτερον — ψίλακα, ψιλόν, λέϊον, πτερόν — ψιλίον, πτερόν. Itaque Doricum ψίλον pro πίλον esse videtur.

— not. 8. Leg. §. 35, 1.

Pag. 100 l. 2. Cf. Theognost. in Ann. Oxh. II, 56, 28 (Bekk. 1421). Συρακόσσιος· οὕτω γὰρ Ἑρωδιανὸς ἐν τῇ καθόλου διὰ δύο σσ̄ καὶ διὰ τοῦ ὀ γράφων τὸ ὄνομα παραδίδωσιν.

— nr. 2. De sigma ante consonas in titulis geminato adi Franz. Epigr. p. 49, Keil. Spec. Onomat. p. 104 et Anall. p. 151.

Pag. 102 extr. Adde Θάρων in antiquissimo titulo Argivo C. I. nr. 2 (quod Boeckhii non recte pro Θήρων esse putavit vid. §. 19, 9. e) i. e. Θάρρων, Dorice pro Θάρσων, Θράσων vid. §. 15, 8. Rectius Boeckhii viderat, Θαρρυπόλεμος in antiquo titulo Theraeo nr. 16. i. e. Θαρρυπόλεμος esse pro Θρασυπόλεμος. In nummo Cnossio Mionn. II. p. 269 est Θαρσυδίκας.

Pag. 104 l. 8. Non recte Schneidewinus versum in Papyro Parisiensi servatum

οὐκ ἀξιῶ μικῶν σε, μεγάλη δ' οὐκ ἔχω

vocem μικός sive μικρός cum Letronnio Doricam existians Epicharmo tribuit, vid. *Fragm. Griech. Dichter* etc. von Schneidewin p. 20. Repugnat pronominis σε forma ἰον Dorica.

auctorem et Σήμιον Atheniensem C. I. nr. 138; Σάμων Epirotæ nomen idem est quod Σήμων in Epitaphio Attico; item Σαμαγόρας Cretensis et Σημαγόρας in nummo Smyrnaeo Mionn. III, 198 conspirant. Nec minus Σάμανδρος Corcyraeus, Σαμίας Himeræus apud Phalaridem, Σαμιάδης Rhodius, Σαμίδας Thebanus, Σάμππος Arcas, Σαμόθουος Thessalus, Σαμόλας Achæus (quibus adde Boeoticum nomen Σάμιχος C. I. 1574. 1590. 1608. b, Leak. 37, Curt. 8), eandem opinionem permittunt. Valde incertum est Cyziceni nomen Σάμυλος C. I. nr. 2158 l. 21.

Pag. 146 nr. 8. De Hippoclea cum Schneidewino meo, qui singulas operis plagulas a tyoptheta acceptas Pindaro potissimum consulturus perlustravit, acerrime pugnavi et, dum meae sententiae praesidia circumspicio, in ea incidi, quae rem ampliore disquisitione retractari juberent.

Primum de nominis forma videbimus. Boeckhius in Explicatt. ad Pyth. X diversas ejusdem nominis formas dicit esse Ἰπποκλήης, Ἰπποκλέης, Ἰπποκλέας, Munckerum ad Anton. Liber. 34 p. 271 laudans. At hic Ἰπποκλήης et Ἰπποκλέας idem esse nullo alio argumento demonstrat, praeterquam quod Scholia Pind. Pyth. XI extr. e vulgari lectione Iphiclidem appellant τὸν Ἰφικλέα παῖδα Ἰόλαιον, ubi ipse Boeckhius edidit Ἰφικλέους, quum in Gott. scriptum sit τὸν Ἰφικλέα ἦτοι τὸν Ἰφικλέους. Num Boeckhius Ἰπποκλέας dialecto ab Ἰπποκλέης diversum existimaverit, non satis apparet. Müllerus tamen Dor. I. p. 90 non dubitavit Προκλέας Doricam nominis Προκλήης formam dicere, Kuhnio (Sylburgium nominare debebat) ad Paus. III, 1 confisus. Sylburgius autem quum illo loco accusativum Προκλέαν ex Aeliano Hist. An. XX. c. 31 attulisset, postea ipse ad c. 15 Προκλέα correxit, quod a Gronovio e Med. receptum, in recentioribus editionibus extat. Haec sciens volensque silentio praetermiseram, quod in praestantissimorum hominum erroribus patefaciendis nisi ipsa re cogente commorari non amo. Nunc

commemoranda erant, quod omnia quae in rem propositam facere viderentur, congerere constituimus. — Schneidewinus igitur noster hoc lubens concessit, Ἰπποκλέας non posse vocali Dorice mutata ex Ἰπποκλήης natum esse, sed nomen Κλέας (vide Papium et Keil. Anall. p. 71), quod pro Κλέας esset, comparans, peculiarem quandam nominis formationem agnovit. Tum ego ipsum nomen Κλέας suppeditavi, quod Keilius l. l. verissime in titulo Arcadico nr. 1513 restituit (Κλέας Θρασίαν pro Κλεασθίας Έαν) et Papius e nummo Attico Mionn. II. p. 142 affert; sed negavi eam terminationem, quae in simplici assumpta sit ut in Θροσείας, Κρατείας et similibus, in composito locum habere. Simul attuli Ἀριστοκλέας, Aethaei nomen in titulo valde recenti C. I. nr. 812, Fourmontianis tamen schedis multum fidei haberi non posse admonens, et Ἡρακλέας in titulo recenti Attico C. I. nr. 300. I, 12, quod nomen Portae versanti mihi Keilius indicaverat; pro hoc Pouquevilli schedae Ἡρακλᾶς praebent, quam formam non minus quam Ἡρακλεῖς indicavi ex Ἡρακλεόδωρος decurtatam putari posse, ut Ζηναῖς et Μητροῖς sunt pro Ζηνόδωρος et Μητρόδωρος vid. Anecd. Bekk. p. 857. At Schneidewinus illis praesidiis Hippocleam satis muniri ratus insuper Car. Frid. Hermanni et Leutschii, collegarum doctissimorum, consensu gloriari. Cui quum paullo confidentius respondere coepissem, accidit, ut epistola nondum clausa Πατροκλέας, unus ex interlocutoribus in Plutarcho dialogo de Sera Numinis Vindicta, miro quodam casu oblatus tandem gravioerem dubitationem injiceret. Nam quum nominativus Πατροκλέας quater legatur §. 1. 2. 7. 17, vocativus ὦ Πατροκλέα bis §. 3. 8, genitivus Πατροκλέους semel §. 3, nec diversus homo is esse videatur, quem Plutarchus Quaest. Symp. VII, 4, 2 Πατροκλέα τὸν γαμβρὸν appellat, primum apparet, temere in prima libri paragrapho Xylandrum Πατροκλήης, Wytttenbachium Πατροκλεῖς ex ingenio proposuisse; nam nomen Πατροκλεῖς, quo idem homo utitur in fragmento Plutarcho Stob. Serm. CXX, 28 e

codicum AB auctoritate in *Πατροκλέας* mutari oportet, quanquam haec varia lectio ad solum primum e tribus locis affertur. Deinde patet nomen *Πατροκλέας* Plutarcho non diversum esse a *Πατροκλής*. Ceterum *Πατροκλέας*, quem Wyttenbachius apud Xenophontem Hist. Gr. VI, 5, 8 commemorari dicit, ibi non reperitur, sed *Πατροκλής* VI, 5, 38.

Jam igitur praeter *Ἰπποκλέας* quinque nomina in *κλέας* ex-cuntia cognovimus, quae apud Papium omnia desiderantur :

Ἀριστοκλέας Achaeus C. I. nr. 812.

Ἡρακλέας Atheniensis C. I. nr. 300 (de nomine *Ἡρακλῆς* vid. Keil. Spec. Onom. p. 17).

Ἰφικλέας = *Ἰφικλῆς* Scholl. Pind. Pyth. XI extr. Nam Boeckhium non recte genitivum *Ἰφικλέα* expulisse, ipsa Gottingensis codicis lectio docet.

Πατροκλέας = *Πατροκλῆς* Plutarch. de S. N. V.

Δαμοκλέας, cujus genitivus *Δαμοκλέα* legitur in titulo Tithorensi nr. 2 Mus. Rhen. II, 1843. p. 554.

Adeo sextum ejus generis nomen idque Thessalicum habebis *Ἐρατοκκλας* (i. e. *Ἐρατοκλέας*), si in corruptiore titulo Thessalico nr. 8 illud restituere ausus fueris. Quibus exemplis quum hoc genus homonymiae satis firmari videatur, rei explicatio circumspectanda est; nam de Dorica vocalis mutatione quum reliqua tum genitivi *Ἰφικλέα*, *Δαμοκλέα* et vocativus *Πατροκλέα* vetant. Simillima autem homonymia spectatur in nonnullis nominibus, quae modo in *εως* modo in *εας* terminata leguntur. Ut eponymus Lepreatarum heros ab Athenaeo X, 412. A. *Λεπρεύς* dicitur, ab Aeliano V. H. I, 24 *Λεπρέας*, utraque nominis forma per varios casus declinata et librorum auctoritate satis firmata; deinde idem Corinthius, Adimantii filius, qui apud Thucydidem I, 60 sqq. et II, 67 *Ἀρστεύς* audit, Herodoto VII, 137 est *Ἀρσιτέας*; postremo idem citharoedus Atticus *Ἀμοιβεύς* dicitur Athen. XIV, 623. D et Aelian. H. An. VI, 1, *Ἀμοιβέας* Aelian. V. H. III, 30, nulla corruptelae suspitione. Adeo Gregorius Theologus Anth. Pal. VIII, 17 *νομίας* dixit pro

νομεύς cf. Jacobs Nott. Critt. p. 418. Eo vero majore jure utrumque homonymiae genus comparatur, quod nomina in κλης apud Homerum et in Boeotica dialecto declinatione nominibus in ες simillima sunt, quemadmodum Ἡρακλῆος et Boeotice Διοκλεῖος ut Θεσπιεῖος a Θεσπιεύς. Quanquam ipsi nominativi nunquam in κλεύς terminati esse videntur; nam Πατροκλεύς, quod Papius affert e Phot. Bibl. cod. 167 cum varia lectione Πατροκλής, vix verius est quam in fragmento Plutarcho et fortasse ex eadem genuina forma Πατροκλέας corruptum. Jam, si Rossium audimus Inscr. II. p. 20, ejus homonymiae origo ab ipsis Pelasgis repetenda est, quos saepe (id quod hodierni Graeci facere solent ut ὁ Κύκλωπας, ὁ πατήρας) accusativum pluralem masculinorum in nominativum singularem convertisse dicit, eodem ἄνδραν, εὐσχήμοναν et similes recentissimae Graecitatis accusativos trahens. At Adamantinum Corais olim similia docentem refutaverat Lobeckius Parall. p. 142. Qui quum dicat, in Dissert. de Ambiguis (quam videre nobis non contigit) ostendisse se, quo pertineant nomina propria Λεπρέας, Ἀμοιβέας et similia, ipsi de homonymiarum illarum causa quaerere eo minus periclitabimur, quod satis, id quod nostra intererat, exemplorum copia docuisse videmur, nomina in κλέας eaque pro nominibus in κλης posita non barbara esse.

Redeamus ad Pindarum Hippecleam. Cujus nomen quanquam apparet parum recte a nobis maxime barbarum dictum esse, attamen suspicio quaedam inde oritur, quod reliqua nomina in κλέας exeuntia recentiore demum aetate reperiantur. Itaque ne formam pro aetatis ratione singularem temere probemus, videndum est, qua auctoritate nitatur. Libri priore carminis Pindarici loco v. 5. dativum Ἴπποκλέα praebent et eundem sensu destitutum altero loco, ubi e conjectura Ἴπποκλέαν scriptum est. Deinde scholia ad carminis inscriptionem haec adnotant: δοκεῖ δὲ ἢ αἰθὴ μὴ ὑγιᾶς ἐπιγεγράφθαι Ἴπποκλεῖ· δέον γὰρ Ἴπποκλέα. τὸ γὰρ ὄνομα ἦν Ἴπποκλέας, ὡς καὶ αὐτὸς ὁ Πίνδαρος δηλοῖ. Quibus convenienter scholia ubique pue-

rum *Ἴπποκλέαν* dicunt. Apparet autem, scholiasten id nomen non e docta quadam traditione, sed ex ipso Pindaro hausisse. Vix tamen recte collegeris, eum altero loco *Ἴπποκλέαν* scriptum invenisse; sed quum prior locus de nominis forma testari videretur, alterum minus curavit. Antiquiores illos, qui Pindari carmina collegerunt et inscripserunt, aut eas solum formas legisse quae ad nominativam *Ἴπποκλήης* referri possent, aut hoc nomen et *Ἴπποκλέας* non diversa existimasse, antiqua inscriptio *Ἴπποκλεῖ* patefacit. Quae quum ita sint, parum caute is agere videtur, qui altero loco literam sine libris addendo accusativum *Ἴπποκλέαν* efficiat; nam *Ἴπποκλέᾱ*, quod proposuimus, etiamsi priore loco *Ἴπποκλέα* teneas, non minus ferri potest, quam in eadem Plutarchi paragrapho ὡ *Πατροκλέα* et *Πατροκλέους* juncta sunt. Neque G. Hermannus audiendus est, quum in Emendationibus Pindaricis dictionem poeticam articulum τὸν *Ἴπποκλέαν* non ferre opinatus τὸν *Ἴπποκλέα* σ' ἔτι scripsit, ut Hippocleae pater eodem nomine usus sit. Sola enim Pythia perustranti tria articuli cum nominibus juncti exempla se obtulerunt: II, 73 ὁ *Ῥαδάμανθους*, IV, 66 ἄ τε *Πυθῶ*, XI, 59 τὸν *Ἰφικλείδαν Ἰόλαον*. Restat ut de priore loco dicamus. Ubi si quis traditam lectionem mordicus tenere velit, nunc quidem non conabimur eam ut barbaram per vim eripere, sed lectionem nostram, quae ne una quidem litera mutata insolentiosem et pro aetatis ratione suspectam nominis formam eamque parum munitam remouet, etiamnunc nobis non displicere libere profiteamur.

Pag. 160 l. 15. Adde *Βῶλις* Cretensis nomen Polyb. VIII, 17 i. e. *Βουλίας*, neque credo ab Herodoto VII, 134 virum Spartanum iusta nominis forma Laconica *Βοῦλιν* appellari.

Pag. 161 l. 13. De *κωραλλισκος* cf. Bergk de reliq. com. Att. p. 431.

Ibid. not. Eadem traduntur in Anecd. Pariss. III. p. 344, ne hic quidem integra.

Pag. 162 l. 10 seqq. Apud Callimachum talia le-

guntur: ᾠρεσιν h. Cer. 52, μῶνος Lav. Pall. 29. 75. 132, h. Cer. 8. 94. 112, γῶνατα Lav. Pall. 84.

Ibid. not. 11. Similia Choerobosceis leguntur in Etymologici cod. Havn. post Et. Gud. p. 978. Herodiani locum Lehrsius in Mus. Rhen. Nov. II. p. 345 ita scribit: „Νεῖλός τε“ γὰρ λέγεται κατὰ διάλυσιν. Parum placet.

Pag. 163 l. 3. Adde δῶλαι Callim. Lav. Pall. 47.

Pag. 165 l. 15 seqq. Valde poenitet neglexisse Suidae glossam: βῶν, ἀσπίδα· Ἀργεῖοι. Jam enim id, quod conjici posse dubitantius indicavimus, satis certum habemus: Argivos cum paucis fortasse aliis Doriensium βῶς, χαῖς, Τύδης, νᾶς dixisse, vocali υ, quam e digamma ortam constat, ejecta.

Pag. 171 l. 7. Idem Δωριμαχος traditur in titulo Acarnanico Leakii nr. 164.

Pag. 173 l. 3. Adde e Rossii Theraeo nr. 198 τός, Coe nr. 195 προθυμοτέρος αὐτός et ποιτὶ τὸς θεός. Praeterea nunc discimus, Astypalaeenses eadem correptione usos esse, quum nr. 159 legatur [ἀγα]θὸς ἄνδρας, quam in Astypalaeensi Romanae aetatis C. I. nr. 2485 bis est τούς.

Pag. 174 l. 9. Item αἰρεθεῖς Astypal. 2484 et nr. 159 Ross.

Ibid. l. 20. De βιοπλανές cf. Et. M. 198, 13 et Jo. Alex. 15, 26.

Pag. 176 nr. 6. Adde ἀπολείπειν Ther. 198 R., δεδώκεν Nisyr. 166 pro δεδώκειν vid. §. 41, 3; Rossius male formam non Doricam δεδωκέν[αι] restituit.

Pag. 177 l. 7. Leg. τελέν pro τεκέν.

Ibid. l. 21. In titulo quidem Telio nr. 169 R. Brockii hypotrierarchae apographum praebet καλος καὶ λυσιτελος et deinde ἀπροφασιστος. Ubi quum Rossius illa in καλωῖς καὶ λυσιτελωῖς mutaverit, eodem jure ἀπροφασιστως scribere debebat; nam adjectivum vix locum tuetur. Telios ne vulgari quidem correptione usos esse docet infinitivus ἀνοικοδομηθῆμεν Rhodiorum morem sequutus.

Pag. 179 l. 11. Adde nunc Astypalacenses et Nisyrios, vid. supr. ad p. 173 et 176,

Pag. 181 l. 4 extr. E Papio addantur Hermionenses *Θεαρίδας* et *Θεαρίς*, deinde *Θεάριον*, locus Aeginae Apollini sacer et *Θεαρίων* Aegineta; postremo *Θεαροδοκία* Delph. nr. 12 Curt.

Pag. 183 l. 25. Leakii apographum nr. 100 recte *οικίας* praebet.

Pag. 185 l. 15. Hic commemorare placet formas quasdam pro vulgari *ἱερατεύω* et rariore *ἱερητεύω* in titulis Cyrenaicis obvias: *ἱαριτεύω* nr. 1 et in duobus brevioribus, *ἱαριτεύω* nr. 12, *ἱεριτεύω* in recenti titulo breviorē, *ἱεριτεύω* nr. 10.

Pag. 187 nr. 5. Müllerus Dor. II. p. 18 et 518 *Ποίθιοι*, ut apud Photium Pythii, Spartanorum magistratus, scribuntur, Doricam formam esse putavit. Keilius Anall. p. 163 addit *Κάροια*, *Καροιάτης* etc., quae apud Stephanum Byz. literarum ordine laeso leguntur pro *Κάρουα*, quod est Laconicae oppidum. Auctoritates tamen parum firmæ sunt.

Pag. 187 l. 7 extr. Eadem glossa *ψούδια* apud Suidam legitur.

Pag. 188 l. 8 seqq. Adde *Ἀργεία* Ther. 198 R., quum idem nomen vulgo *Ἀργεία* sonet, et *Εὐαγόρεια* Astyp. 156, nisi forte *Εὐαγόρεια* corrigendum est cf. *Ἀρισταγόρεια* Keil. Anall. p. 78; deinde *ποήσασθαι* in Coo nr. 175 et Telio nr. 169 R. In Delph. Eph. Jen. Curtius l. 1 *Βοῶν* pro *Βοιῶν* et inde l. 3. 6 gentilia *Βοαῖος* et *Βοαία* scribi putat. At neque a *Βοῶν* gentile *Βοιαῖος* derivari potest et l. 1 *Βοῶ* traditur, quod Curtius in *Βοῶ* mutavit, quare obscurius quoddam oppidulum intelligendum esse videtur.

Ibid. l. 28. Adde *ζόαν* et *ἕζοεν* in epigrammatis Theocriti XVII et Theodoridae Anth. Pal. XIII, 21, quae satis pura Doride utuntur.

Pag. 190 l. 9. Nunc Boeckhium recte fecisse credimus; nam praeter ea exempla, quae attulimus §. 11,

1, ἀρηρωίξας legitur in plurimis titulis Theracis apud Rossium nr. 203—218.

Ibid. nr. 8. In titulo Alaesino iota omissum aetatis fuerit ut in Astypal. 2485, qui a. 105 a. Chr. scriptus est. Ea enim aetate illud negligentiae genus grassari coeperat vid. Franz. Epigr. p. 155. 233.

Pag. 191 l. 18. Eodem Huschkins de Annio Cimbro p. 31 retulit πᾶς, quod in Et. M. 651, 4 et Et. Or. 136, 15 a Syracusanis pro πατήρ dictum esse traditur. Male tamen cum Valckenario ad Herodot. IV. p. 307 et ad Adon. p. 382 πᾶ scribi jubet; nam de nominativo πᾶς, gen. πᾶ constat praeterea e Choerobosco Bekk. p. 1181, Arcadio p. 125, 17, Et. Gud. 451, 1 et Eustath. 565 in. Apud Aeschylum Suppl. 869. 876 pro ὦ βᾶ γᾶς παῖ Ζεῦ e scholio ὦ πάτερ Ζεῦ, γῆς παῖ Valckenarius proposuit ὦ παῖ γᾶς πᾶ Ζεῦ, quum vulgo Scaligero praeeunte βᾶ e βασιλεῦ decurtatum putetur. Nolo quidquam affirmare; suspicionem tamen quandam injiciunt glossae Hesychianae: Βαγαῖος — Ζεὺς Φρύγιος et Μαζεὺς, ὁ Ζεὺς παρὰ Φρυγί. Quid enim, si Aeschylus peregrina dei nomina captans scripserit ὦ Βαγαῖε Μαζεῦ aut ὦ Βαγαῖε πᾶ Ζεῦ? — Ibidem v. 867. 876 ὦ μᾶ γᾶ scholia interpretantur ὦ μήτηρ γῆ et Eustathius quoque l. l. docet μᾶ pro μήτηρ esse. Quare recte apud Theocritum XV, 89 idem usus agnoscitur, quum scholion a Ruhnkenio e codice Parisiensi proditum τὸ μᾶ dicat Συρακούσιον ἐπὶ ἀγανακτήσεως λεγόμενον. Bene enim Valckenarius comparavit Δάματρο item in interjectionem versum. Ceterum μᾶ cum μαῖα comparandum est ut γᾶ cum γαῖα. — Jam vero credibile est, brevissimas illas voculas πᾶς et μᾶ, quae rectius simplicissimas stirpes exhibere quam apocope quadam orta putantur, apud Siculos potissimum usurpatas et fortasse apud Sophronem lectas fuisse. E Sicilia cum aliis non paucis Aeschylus apportavit.

Pag. 194 l. 9. Attamen χρυσῶ στεφάνῳ legitur Calymn. 2671.

Pag. 199 l. 13. Adde 'Ερμάν pro 'Ερμίων i. e. 'Ερμῆς in hymno Isiaco v. 10.

Pag. 200 l. 6. Lege „γαμέτρας pro γημέτρης.“

Ibid. l. 11. Parum recte *Λευτιχίδας* Ionicam formam diximus; nam ad eam dialectum potius *Λεωτυχίδας* pertinet, ut vulgo Laco ille appellatur. Illius contractionis ratio omnino singularis et perobscura est.

Ibid. nr. 8. Eodem pertinet Minervae epitheton *Πολιάχος* in titulo Laconico nr. 71 Leak. e Seidelii schedis bene a Keilio agnitum. Minus tamen recte *Πολίαχος* scripsit; nam *Πολιάχος* iuxta contractionem Doricam e *Πολιαόχος* factum est ut vulgo *πολιοῦχος* e *πολιοόχος*.

Pag. 201 nr. 9. Item vulgaris contractionis ratio spectatur in nominibus propriis quibusdam ab *ἀγλαός* descendentibus, quae singulari prope Theraeorum, Anaphaeorum, Cyrenaeorum more vocales conjungunt: *Ἄγλων* in antiquo titulo Theraeo nr. 1. b B. A. pro *Ἀγλάων*, *Ἀγλωφάνης* in Ther. 2460. 2461 et 215. 221 R., quum C. I. nr. 2463 *Ἀγλαοφάνης* legatur, et Anaph. nr. 223 R., postremo *Ἀγλώμαχος* Herod. IV, 164, qui est Cyrenaeus. E titulis non Doricis confer *Ἀγλωχάρης* et *Ἀγλωθέστης* nr. 119. 142 R., deinde historiarum scriptorem *Ἀγλωσθένης* Poll. IX, 83.

Pag. 205 in. Recte Callimachus Lav. Pall. 1. 15. 134 *λωτροχόοι*, 72 *λῶντο*, 73 *λώοντο* (e *λόοντο* et *λοέοντο*).

Ibid. nr. 4, a. Eadem terminatio *ου* spectatur in Sporadum Doricarum titulis Rossianis, et bene Rossius intellexit in antiquo titulo Nisyrio nr. 165 *ΤΟ* non *τῶ*, sed *τοῦ* pronuntiandum esse, quod *Ω* ibidem appareret in *ΧΩΡΙΩΝ*.

Ibid. l. 25. Leakii apographon tituli Oruntii II. nr. 39 praebet *ΔΑΜΟ*.. et *ΕΡΟΔΑΜ*...

Pag. 209 l. 11. Lege „ἀνκοθαρίοντι pro ἀνακαθαροῦσι.“

Pag. 210 l. 16. Item in Hesychii glossis *μόξοντι*, *πυρέσσοντι*, *πονοῦντι* et *μοξοῦντες* (cod. *μοξοῦντες*), *πυρέσσοντες*, *πονοῦντες* scribendum esse videtur *μορίοντι* et

μογιόντες, quibus mutationibus simul literarum ordini consulitur, cf. μογειόντι (leg. μογιόντι), πονούσι, πυρέσσουσι· Δωριεῖς.

Pag. 214 a). Adde καλεῦνται, quod Doricum esse traditur Jo. Gr. 243. b.

Ibid. b). Adde Astyp. nr. 159 R. Ἀγγοτέλευς, nr. 161 Νικοσθένεος, nr. 163 Ἰασικλεῦς; e testis Rhodiakis Olbiae repertis Δαμοκράτεος, Ἀριστοκράτεος, Ξενοφάνεος.

Pag. 215 in. Adde Nisyr. 168 R. Κυδρογένεος et Δαμοκρίνεος, Calymn. 182 R. Ἀκροτέλευς, Ther. rec. 216 Συμάρεος; Anaph. 223 Ἀγλωφάνεος; e nummo Cyrenaico Mionn. VI, 562 Θεοφείδεος.

Ibid. l. 23. Casu excidit nota huc pertinens: Jo. Gr. 243, b, Gr. C. 358, Meerm. 659 Dorica dicunt Θεουκιδίδης, Θεουκράτης, Θεύφραστος. — Et. M. 441, 11 θεῦν Ἀρτεμιν, σημαίνει τὴν θεόν· καὶ κράσει Δωρικῇ τοῦ εἶο εἰς τὴν εἶο ὀλφθογγον. Choerob. Bekk. 1231 (Gaisf. 421, 27) plenius affert τὴν θεῦν Ἀρτεμιν ὅτ' ἔπαθεν et θεῦν crasi Dorica vel Ionica factum dicit. Ceterum non dubitamus, quin frustulum illud Callimacheum sit.

Deinde adde Θεύδωρος in titulo Coo nr. 175 R., Θεουμέλων in nummo Cnidio Mionn. III, 140, Κλεύφαντος in Calymnio titulo recentiore nr. 185 R., Θεοφείδης in nummo Cyrenaico Mionn. VI, 562. Contra Νεομήνιος et Θεοφάνης sunt Astyp. nr. 154 et Θεοθέμιος in Theraeo antiquo nr. 200 R. — Postremo notatu dignum est Λεοντιάδας Calymn. 182 R. pro Λεοντιάδης.

Pag. 216 l. 29. Epicharmeum καλοῦσα nunc emendatione probabili sustulimus nec fr. 137, ubi φθονούμενος, genuinum esse putamus. Contra adde αἰρούμενοι e titulo Coo nr. 175 R.

Pag. 218 nr. 5. De nominibus Σείτειμος et Σειδέκτας vid. Keil. Anall. p. 92. 94. Σιδέκτας legitur C. I. nr. 1352, Expéd. de Mor. II. p. 74 et Leak. Mor. nr. 17, qui titulus paullo antiquior esse videtur, quod praeter Antonium et Pollionem Romana nomina insunt nulla. Minus recte Keilius p. 237 Εἶδεκτον Corinthium antiquis-

simi temporis Paus. IV, 19, 1 in *Σειδ.* vel *Σιδ.* mutari jussit.

Ad nomina a κλει composita jam confer e Papio *Κλεισώνυμος* et *Κλειώνυμος* — *Κλεισιθήρα* — *Κληήσκιπος* et *Κλείππος*.

Pag. 220 d). Adde e Doride insulari: Astyp. 154 saeculi V *Θεοφάντος*, quum recentiores ejusdem insulae tituli terminationem *εως* praebeant; Nisyr. 166 circa Ol. 145 *Λυσικράτους*, quum ibidem in monumentis sepulcralibus *εως* reperiatur; Co. 173 *Ξενοκράτους* et *Ἀνδρομέντος*; Ther. ant. 200 *Καλλικράτους* et *Φιλιστοκράτους*. Tituli omnes Rossiani.

Pag. 222 in. Adde *ώλιεύς* Sophr. 4.

Pag. 229 not. Callimacheum fragmentum *ἀκούσαθ' Ἰππώναντος* κτλ. male ipsi Hipponacti datum est a Kūstero, quem Welckerus fr. 34 et Schneidewinus fr. 27 sequuti sunt.

Pag. 232 infr. Adde e Rossio genitivos *Ἀγεπόλιος* Co. 178, *Νεομήνιος* Astyp. 154, *Θεοθέμιος* Ther. 200. Ad hujus normam in breviori titulo Cyrenaico *Κλευθέμιος* pro *Κλευθεμος* scribendum esse videtur.

Pag. 233. Addantur e Papio *Ἄλεξις* Spartanus, *Βούλις* Spartanus et *Βῶλις* Cretensis, *Ζεῦξις* Tarentinus, *Τέλλις* Spartanus, *Τίσις* Messenius, *Χαῖρις* Corcyraeus, pro *Ἀλεξίας*, *Βουλίας* etc., nec minus *Δᾶμις* Messenius pro *Δημίας*, vid. Pap. p. 5. 6 et Keil. Spec. Onom. p. 79. Genitivus *Κάλλις* legitur Nisyr. 168. b R.

Pag. 235 l. 12. Adde *Ἀρατογένου* in titulo Calymnio non infimae aetatis nr. 179 R., *Θεογένου* ibid. 185. a etc.

Pag. 237 in. Item *ιερείως* est in testis Rhodiaceae originis, *βασιλέως* Nisyr. 166 R., *Παταριέως* Co. 173 R., *Ἀριστιέως* Calymn. 182 R., ut appareat eam formam Rhodiis earumque vicinis communem fuisse. — Accusativi accedunt Nisyr. 166 *βασιλῆ*, Acarn. 168 *Leak. Πατρῆ*.

Pag. 238 l. 13. Adde *Ἰσθμῶς* Ther. 198 R.

Ibid. l. 16. Parum recte Meinekii Anall. Alexx. p. 313 *Κελαινός, Καλλιστόος* Graeca esse negavit.

Pag. 242 in. Simili modo in hymno Isiacο βασιλῆιος et γονήϊων scripta reperiuntur Col. I. v. 19. 39 et Col. IV. v. 1.

Pag. 244 l. 16. In titulo Calaureatico corruptissimo Exp. de Mor. III. p. 49 Ποσειδάν parum certum est.

Ibid. l. 24. In antiquo epigrammate, quod in honorem Atheniensium a. 432 ad Potidaeam occisorum positum est, C. I. nr. 170 Ποτειδαία legitur. Ceterum ad Ποτιδάς et Ποτιδάν cf. Ἐρμάς et Ἐρμάν, quae forma legitur in hymno Isiacο Col. I. v. 10, ex Ἐρμάων contracta ut Ποτιδάν e Ποτιδάων.

Pag. 246 post l. 9 adde: τέττιξ teste Herodiano apud Dorienses genitivum τέττικος habet vid. Choerob. ad Theod. 310, 11 (Bekk. 1423): λέγει δ' Ἡρωδιανὸς ὅτι τὸ κεχρηωσθημένον ἀνεπλήρωσαν οἱ Δωριεῖς καὶ οἱ Ἀθηναῖοι διὰ τοῦ κ̄ κλινοντες αὐτὸ οἶον τέττικος· ταῦτα δὲ ἐστὶ τῆς δόξης ὅτι παρὰ τῶ Θεοκρίτῳ καὶ παρὰ Ἀριστοφάνει διὰ τοῦ κ̄ κλίνεται· ἢ δὲ παράδοσις τῶν ἀντιγράφων οὐκ ἔχει οὕτως, ἀλλὰ διὰ τοῦ γ̄.

Ibid. l. 13. Quod Bergkii Schneidewini Delectum in censuram vocans proposuit, ὡσθ' ἐταίρων, id ipse Schneidewinus in Addend. p. 471 scribi iusserat.

Ibid. not. 7. Meinekii commentatio de Cercida nunc legitur in Anall. Alexx. p. 385 seqq. De nominis accentu Vir Egregius p. 388 iisdem testimoniis usus est quibus nos. Adde Ann. Oxx. II, 295, 12, ubi eadem traduntur, quae a Choerobosco.

Ibid. not. 9. Dele „Suid. ὠατοθήσομαι, ἀκούσομαι· Δωριεῖς.“

Pag. 250 l. 19. Leg. „Doridi“ pro „Doricus.“

Pag. 256 l. 3. Leg. „Nominativus“ pro „Nominibus.“

Pag. 260 l. 22. Leg. „dativorum“ pro „genitivorum.“

Pag. 265 l. 13. Adde τοὶ ταμίαι e Coe Rossii nr. 175.

Pag. 268 in. Epicharmeum versum non intellexit Demetrius rhetor de eloc. §. 24: Ἔστι δὲ κῶλα, ἃ μὴ

ἀντικείμενα ἐμφαίνει τινὰ ἀντίθεσιν διὰ τὸ τῷ σχήματι ἀντιθέτως γεγράφθαι, καθάπερ τὸ παρ' Ἐπιχάρῳ τῷ ποιητῇ πεπαιγμένον, ὅτι

Τόκα μὲν ἐν τήνοις ἐγὼν ἦν, τόκα δὲ παρὰ τήνοις ἐγὼν
Τὸ αὐτὸ μὲν γὰρ εἴρηται καὶ οὐδὲν ἐναντίον. ὁ δὲ πλανῶντι
ἔοικεν. ἀλλ' οὗτος μὲν ἴσως γελοιοποιῶν οὕτως ἀντέθηκε
καὶ ἅμα σκώπτων τοὺς ῥήτορας.

Pag. 269 not. Meinekius quoque noster vidit ὡς ξέν' scribendum esse Delect. Anth. p. 120.

Pag. 278 l. 19. Adde δυσὶ Astyp. 163 R.

Pag. 282 nr. 4. Substantivum ἱκὰς pro εἰκὰς est in titulo Nisyrio nr. 166 R.

Pag. 283 l. 4 extr. Leg. „et Megārenses.“

Pag. 284 l. 12. Doricum ἄγνω vel ἄγνω nunc video a Laso Hermionensi usurpatum videri in hymni initio apud Athen. XIV, 624. f., ubi Casaubono librorum lectionem ἀναγνων' vel ἀναγνῶν in ἀνάγων mutanti recentiores assensu sunt. Restitue ἀναγνων' aut ἀναγνῶν.

Pag. 286 l. 13. Choeroboscus ad Theod. 571, 21 (qui locus ab excerptore Anecd. Oxx. IV, 188 valde corruptus est) docet, Dorienses in perfectis Attica reduplicacione instructis tertiam ab initio natura longam pati contra consuetudinem Atticam: πρόσκειται „ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις διαλέκτοις“, ἐπεὶ δὲ ὅτε (leg. ἐσθ' ὅτε) οἱ Δωριεῖς φυλάττουσι τὴν τρίτην ἀπὸ ἀρχῆς συλλαβὴν φύσει μακρὰν, οἷον τοῦ ὄρω παρ' αὐτοῖς ὁ μέλλον ὄρησω, ὁ παρακείμενος ὠρηκα καὶ ὁ Ἀττικὸς ὄρώρηκα καὶ φυλάττεται παρὰ τοῖς Δωριεῦσιν ἢ φύσει μακρά· καὶ πάλιν ἀκούω ἀκούσω ἤκουκα καὶ ὁ Ἀττικὸς ἤκουκα παρ' αὐτοῖς. At exempla illa nova et inaudita ὄρώρηκα et ἀκήκουκα, quae certe ὄρώρακα et ἀκάκουκα sonare debebant, suspectissima sunt. Nec multum profeceris, si de ὄρώρηκα ab ὄρῳμι cogitaveris.

Pag. 293 l. 3. Leg. λῶντι.

Pag. 294 l. 24. Contra ἦ est in Astyp. 159 R.

Pag. 296 nr. 4, a adde δόντω Astyp. 159 R. et παρεχόντω Delph. Eph. Jen.

Ibid. b). Item in Coo nr. 175 R. sunt ἀνοθέτων, ἀγγραψάντων, τεισάντων.

Pag. 310 l. 16. Dubitari tamen potest, an tituli illius dialectus Arcadica fuerit vid. supra p. 536.

Pag. 312 l. 6. Compara formas plurales φλεγεθοί-ατο, παρείατο etc. apud poëtas Alexandrinos pro singularibus positas vid. Meinek. Anall. Alexx. p. 158.

Pag. 315 l. 24. Eadem terminatio rectissime traditur in ἀνοικοδομηθήμεν in titulo Telio nr. 169 R., ubi Rossius male iota ejecit.

Pag. 316 l. 28. Adde ἀνέθηκαν e titulo Astyp. nr. 154 R. saeculi quinti.

Pag. 319 l. 5. Adde πάρεσσι Nisyrg. 166 R.

Pag. 321 l. 9 extr. Leg. „Dorico“ pro „Laconico.“ Item ἔσο est in Cleobuli Lindii dicto apud Suidam s. v. Κλεόβουλος. Saepe legitur ἔσο vel ἔσσο apud recentiores scriptores epica aut vulgari lingua usos, ut Leonidam Tarentinum Anth. Pal. IX, 318, Crinagoram ibid. X, 24 etc. Nonni et aliorum exempla collegit Lehrsius Quaestt. Epicc. p. 331. Confer Hesych. πάρεσο, παραγενοῦ.

Pag. 323. Adde ἔοντι Delph. 11 Curt., ἄν Delph. I. L., οὔσα Ther. 198 R.

Pag. 328 l. 8. Dele „ἔσταχ' ὄδε 18“; aliam enim Epicharmo medelam adhibendam esse postea intelleximus. Jam vero omnia tertiae personae exempla Epicharmeae Syraeusanarum terminationem εἰ admittunt solo οἶδεν fr. 96 excepto, cuius verbi ratio singularis esse solet.

Pag. 330 extr. Correpta terminatione δεδοίκεν est in titulo Nisyrio nr. 166 R., a Rossio male in δεδωκέκει mutatum.

Pag. 334 not. 4. In Anecd. Parr. III, 296, 26 ipsum fragmentum Pindaricum e Prosodiis traditur: μεμναίαι' αἰοιδῆς.

Pag. 337 l. 22. De ἀνάγνωσιν apud Lasum vid. supra ad p. 284.

Ibid. l. 30. Grammatici testimonium de ἀκουα nullius pretii esse supra indicavimus ad p. 286.

Pag. 341 l. 9. Adde εἶπαν e titulo Coo nr. 175 R. Doriensium esse dicitur ἔπατε pro ἔπατε Anecd. Bekk. 1096, vix recte.

Ibid. l. 22. Idem παρείσχηται est in titulo Olbiansi C. I. nr. 2058. A.

Pag. 342 post l. 8 adde: ἡσμαι Doricum dicitur pro ἡμαι in Anecd. Parr. IV, 22, 8, quare καθήσται pro κάθηται scripsimus Sophr. 27. b; ἡσθων Cret. 2554.

Pag. 349 l. 20. Bene Meinekius noster divinavit, nos Epicharmeï loci emendationem, quam olim probaverat, Hesychiana glossa correctâ sustenturos esse, vid. Anall. Alexx. p. 134. — Adde participium μωμένη, quod Soph. Trach. 1136 verissima conjectura pro μνωμένη scriptum est.

Pag. 350 l. 21. Partic. εἰδότες in titulo Coo nr. 175 R.

Pag. 353 l. 21. Attamen χοῖσθαι in titulo Nisyrio nr. 166 R. mitioris dialecti aut ad χράομαι aut ad χοῖμαι referendum est.

Pag. 355 in. Nisyrg. 166 R. πὰρ βασιλέως, Co. 175 πὰρ Δία, πὰρ τὸν, ἀγγραπάντων, sed ἀναθέντων et ποι τὸς θεός.

Pag. 357 nr. 3. Adde περιέναι, quod e Pindaro affertur in Anecd. Oxx. IV, 309, 20, ubi praeterea περίοδος, quod Pindaro Erasmi Schmidii conjectura datum erat, post Eustath. Prooem. Pind. p. 12 confirmatur.

Pag. 358 nr. 5. Ἐχθυόμενα est in titulo Telio nr. 169 R.

Pag. 359 l. 13. Astyp. 159, Co. 175. Ther. 196 εἰς, Calymn. 186 R. εἰς.

Pag. 370 l. 9. Idem ὁμᾶ est in hymno Isiaco Col. IV. v. 1.

Pag. 379 l. 13. Leg. Pind. P. IX, 88. Ceterum ἀέ hic e conjectura scriptum est pro ἀεί.

Pag. 386 nr. 1. Adde *δρῦς*, de quo Scholl. Arist. Nub. 401: *Πελοποννήσιοι ἀρσενικῶς τοὺς δρῦς*. Recentissimi scriptores imitati sunt.

Ibid. not. 1. Adde Choerob. Oxx. II, 235, 22 *παρὰ τοῖς Δωριεῦσι θηλυκόν ὄϊον ἢ λιμός*.

Pag. 388 not. 4 l. 8. Leg. *οἶον*, et l. 9 *προβάτου*.

Pag. 391 not. 11. Adde: Choerob. Oxx. II, 235, 24 *λίτρα*: *ι᾽ εὐρηται γὰρ ἐν συστολῇ παρὰ τοῖς Δωριεῦσι*. — Ann. Oxx. I, 427, 13 *λίτρα*: *τοῦτο δὲ σημαίνει παρὰ μὲν τοῖς Σικελιώταις τὸ νόμισμα καὶ τὸν ὄβολόν· παρὰ δὲ τῇ συνηθείᾳ τὸν σταθμόν*.

Pag. 393 in. Rectius *ἐξᾶς* etc. scribi ex Arcadio p. 21 l. 20 sero didicimus: *τὰ εἰς ζᾶς* (leg. *ᾶς* e cod. Havn.) *ἐκτεταμένον ἔχοντα τὸ πρὸ τῶν διπλῶν βαρύνονται, Βύζας, ἑλίξας, ἀλείψας. τὸ μέντοι ὑψᾶς περισπάται, καὶ τὸ ἐξῆς* (leg. *ἐξᾶς* e cod. Havn.) *ἐπὶ ποσότητος ὄν*. Distinguitur ab *ἐξᾶς* gen. *ἐξάδος*, quod est ἐπὶ ἀριθμοῦ.

Ibid. l. 13. Leg. *derivat pro dicit*. Praeterea adde: *λέπορις* vid. Varr. de L. L. V §. 101 Müll. „Lepus, quod Siculi quidam Graeci dicunt *λέποριν*; a Roma quod orti Siculi, ut annales veteres nostri dicunt, fortasse hinc illuc tulerunt et hic reliquerunt id nomen.“ Eodem auctore de R. R. III, 12 *lepus* est a Graeco vocabulo antiquo, quod *Aeolis Boeotii* *leporē* *λέπορον* appellabant et (ap. Gell. I, 18) *lepus* est vocabulum antiquum Graecum. De Boeotico *λέπορις* aut antiquitas Graeco aegre credo. Veriora fuerint, quae Varro primo loco tradit.

Pag. 408 in. Argivis nunc praeterea vindicavimus vocalem *v* e digamma ortam ejiciendi morem, ut *βῆς*, *χῶς*, *νᾶς*, *Τύδης* vid. ad p. 165.

Pag. 409 extr. Nunc de terminatione *ντων* etiam apud Coos regnante constat vid. ad p. 296.

Pag. 410 l. 15. Quae Bernhardyus comparavit cum *ἐγκάθετο νηδὺν* Synt. 213 aut incertiora sunt aut parum similia, et vide ipsam Hermannam de *ἐμπίπτειν* c. acc. ad Oed. Col. 946.

Pag. 411 l. 7 extr. Parum considerate ea addita sunt, quae recentiore dialectum Delphicam ab Aetolis ducunt; nam tituli nr. 1690. 1698 ante Aetolorum dominationem scripti sunt.

Pag. 412 in. Nunc aliis quoque vicinis Doriensibus maturum genitivorum in εως usum vindicavimus vid. ad p. 237.

Ibid. a). Teliorum dialectus, quam e nr. 169 R. aliquatenus cognovimus, cum Rhodiaca non differre videtur; infinitivi certe terminationem μεν communem habet vid. ad p. 315.

Pag. 413 in. E titulo nr. 159 R. apparet, Astypalaenses syllabarum finalium correptione usos esse. Calymnius C. I. nr. 2671 accusativos in ους exeuntes praebet.

Ibid. l. 14. Nisyrii cum vicinis Cois eadem dialecto usi esse videntur. Correptio certe apparet e nr. 166 R. Idem titulus contractione in ευ abstinet, quae conspicitur in sepulcralibus nr. 168. E Cois titulis nr. 173 eadem contractionem aspernatur, nr. 175 praebet in Θεωδορος.

Pag. 445 l. 1. Leg. Φόλω.

Ibid. fr. 60. Leg. Χορδακ.

Pag. 446 fr. 65. Titulum lege Λόγος και Λογινα, vid. Theogn. Ann. Oxx. II. p. 114, 3, qui Λογινη commemorat cum Αιγιτινη, Αδορησινη, Ευηνινη, Ευκολλινη. Itaque Λογινα est patronymicum a Λόγος derivatum, id quod intellexit Bergkiius de reliq. com. Att. p. 149.

Pag. 450 fr. 88. Schneidewinus meus per literas mihi indicavit, in Macrobbii antiquissimo codice Parisiensis se invenisse ΑΝΑΞΑΝΑΑΝ, unde αναξ αν' Ιδαε truenndum esse ipsa Macrobbii verba certissime comprobare. Non satis intelligo, num illa in codice pro αναξ valων legantur; non assentior de Macrobbii testimonio, qui quum demonstrare velit, Gargara pro excelsissimo montis loco accipi, Idae commemorationem in versa Epicharmeo non magis desideramus quam in Homero ibi-

dem apposito: ὡς ὁ μὲν ἀτρέμας εὔθε πάτηρ ἀνὰ Γαργάρω ἄκρω. Nam epitheta ἄκρος et ἀγάννιφος id efficiunt, quod Macrobius contendit.

Pag. 458 fr. 131. Versus ἀνανύμως legitur Ann. Oxx. IV, 253, 29, ubi τὸν σοφὸν ἄνδρα.

Pag. 471 not. 57. leg. Commendatur pro Emend.

Pag. 476 fr. 105. Hoc fragmentum addidi Grysum sequutus, cujus dissertatio de Sophrone, quum diu frustra quaesita tandem Schneidewini mei cura in manus meas pervenisset, nihil aliud continere visa est, quo hic quidem uti liceret. Consulto omisimus fragmentum, quod cum Hushkio de Annio Cimbro p. 64. Dindorfius in Thes. Par. s. v. βαύζω, Grysar. p. 7, Meinekius Del. Anth. p. 135, alii e Tzetze ad Lycophr. 77 pro Sophrone attulerunt: ὁ γὰρ κύων βαύξας (βαύξας) λύει τὰ φάσματα. . . Ea enim Tzetae verba esse, non Sophronis, recte intellexerat Blomfieldius ad fr. 38. Tzetzes ita: θύουσι δ' αὐταῖς (Ρέα καὶ Ἐκάτη) κύνας, ὡς φησι Σώφρων ἐν Μίμοις· ὁ γὰρ κύων βαύξας λύει τὰ φάσματα, ὡς καὶ χαλκὸς κροτηθεὶς εἶτε τι τοιοῦτον.

E P I M E ' T R U M.

Additamenta ad utrumque librum typhothetae jam tradita erant, quum allata sunt quae vellem mihi prius praesto fuissent. Primum Franzii benevolentia epigrammata Lesbiacae dialecti, quae in Memnonis statua scripta extant, a se emendata et suppleta transmisit. Apud Letronnium, qui inscriptiones Memnonias e Saltii apographo in Transactionum Regiae Societatis Literarum Londinensis et peculiari libro edidit, sunt nr. 19. 21. 23. 24. 25; sed quum in his temporis augustiis neutrum librum mihi comparare possim, soli Franzii apographo confidere oportet. Viri igitur humanissimi venia impetrata apponam epigrammata, quae paucis cogita esse videntur, raro in gravioribus rebus a Franzii recensione recedere

ausus; neque enim compertum habeo, quae uncis inclusa sunt, sintne a Franzio suppleta an correcta.

XIX.

*Μέμνονα πυθανόμαν Αιγύπτιον ἄλιω αὔγα
αἰθόμενον φώνην Θηβαίῳ πῦ λίθω
Ἀδρίανον δ' ἐσίδων τὸν παμβασιλέα πρὶν αὔγας
ἄλιω χαιρῆν εἰπέ Φοι ὡς δύνατον.*

5. *Τίταν δ' ὅτι ἑλάων λεύκοισι δι' αἰθέρος ἵπποις
ἐν σικῆ ὠράων δεύτερον ἦχε μέτρον,
ὡς χάλκιο τύπεντος ἦ Μέμνων πάλιν αὔδαν
ὀξύτονον· χαιρῶν καὶ τρίτον ἄχον ἦη.
κοίρανος Ἀδρίανος [τόσακ]ίς δ' ἀσπάσσατο καῖτος*
10. *Μέμνονα. [B]α[λβίλλα δῆ] ἄκαμεν οἶσε πόνοις
γρόππατα σαμαίν[ον]τά τ' ὄσ' εὔριδε καῖσσ' ἐξάνουσι·
δῆλον παῖσι δ' ἔγε[ν]τ' ὡς *Fe φίλ[ε]σι θείοι.**

XXI.

*Ἐκλυον αὐδήσαντος ἔγω πῦ λίθω Βάλβιλλα
φώνας τᾶς θείας Μέμνονος ἢ Φαμένωθ.
ἤλθον ὕμοι δ' ἐράτα βασιλήϊδι τυῖδε Σαβίνα·
ὦρας δὲ πρῶτας Ἄλιος ἦχε δρόμον,*

XIX. 1) Fr. ἄλιω. Cur et hic et tacite in reliquis lenem scripserim, vide infra; item in αὔγα et ubique Lesbiacam barytonesis restituere placuit.

2) Fr. post αἰθόμενον commate distinxit, nescio an calami errore.

4) Fr. εἰπέ γ' οἶ, quod correximus e conjectura, in quam Franzium quoque incidisse alteris literis comperimus; idem e conj. ἄνατόν.

10) Supplementum vix verum est, quum nomina in ἄλιω et vere Gracca et a Latinis accepta ultimam corripiant.

11) Fr. εὔριδε, sed admonitus nostram lectionem probavit.

12) Fr. ὡς γ' ἰ vid. ad vs. 4.

XXI. 1) Fr. Βαλβίλλα.

4) Fr. δρόμος, quod e conjectura mutavi.

5. κοιράνω Ἀδριάνω πέμπτῳ δεκότη [τ'] ἐνιαύτῳ,
 φῶτα δ' ἔχσεκεν Ἄθυρ εἴκοσι καὶ πέσυρα
 (εἰκόστῳ πέμπτῳ [δ'] ἅματι μῆνος Ἄθυρ).

XXIII.

Χθίσδον μὲν [τύχομεν τῶ] Μέμνονος [ἐκπειρωῶντες
 ὡς πάλιν ἀ[λλ]οτρι[ω]ς [β]άξιν ἀνανομένῳ —
 π[ν]ήει γὰρ σέμνα μύρφα βασιλήϊδος — [αἰ] μ[ῆ]
 ἐχθοῖσα [γ' α]ὔτα θή[ϊόν ἄχ]ον ἦη·

5. μὴ καὶ Φοῖ βασιλεὺς κοτέση δ' νυ δᾶρον [ὀ]ν[ε]α
 τὰν σέμναν κατέχει κουριδιὰν ἄλοχον.
 καὶ Μέμνων τρέσσαις μεγάλῳν μόμφαν β[α]σιλῆων
 ἐξαπίνας αὔδασ' [ἄ]θ[υ] φίλ[σις [τ' ε]χάρη.

XXIV.

Χαῖρε καὶ αὐδάσαις πρόφ[ρων], ταλαπείριε Μέμνον
 τὰν [πρόσθεν μόμφαν πόλλ' ἀποδυρόμενος
 γλαῦσσαν μέντοι ἀλεξ[ικακον τήρη]ν ἐπέοικεν·
 Καμβύσαις ἄθεος τόν μο[ι ε]ῖ[ω]σε λόγον

XXIII. 1) Lesbica dialectus postularet ἐκπειρωῶντες.

3) πνῆει Lesbice πνεύει esse debebat vid. de dial. Aeol. §. 5, 5
 neque bisyllaba in εω Aeolicam terminationem ηω assumunt vid.
 §. 25 not. 8.

5) Φοῖ scripsimus pro τοῖ e Franzii suspitione; Fr. ἀνία cf. §.
 12, 2. Conjectandi pruritus instigat, ut et ipsi in hoc epigram-
 mate restituendo periclitemur:

Χθίσδον μὲν φώνη τῶ Μέμνονος οὐκ ἐθίλοτος,
 ὡς πάλιν ἀλλοτριῶς βᾶξιν ἔμελλεν ἦν,
 ἦπειγ' ἄρ σέμνα μύρφα βασιλήϊδος, αἰ μὴ
 ἐλθοῖσα γ' αὔτα θήϊόν ἄχον ἦη,
 μὴ καὶ Φοῖ βασιλεὺς κότῃ ὡς πάνυ δᾶρον ὄνια
 τὰν σέμναν κατέχει κουριδιὰν ἄλοχον,
 καὶ Μέμνων τρέσσαις μεγάλα μᾶν βασιλῆος
 ἐξαπίνας αὔδασ', ἃ δὲ κλύοισ' ἐχάρη.

Nolim tamen de hoc lusu severius judicari, praesertim quum, quae
 in ipso lapide lecta sint, saepe mihi non constiterit.

5. δῶϊκέν τοι ποίαν τῷ σῶ [ὑβρίσματος ἦδ' ὦν
τὸν [Μ]ή[ν]ας ἼΑπιν καὶ τὸν [᾽]Οσειριν ἔδρα.
ἀλλ' ἔγω οὐ δοκίμωμι σέθεν [τό γε κάλον ὄλεσθαι·
ψύχαν δ' ἀθανάταν [λ]οῖ[πον ἔ[σωσ]ε δέμας
εὐσέβειες γὰρ ἔμοι γ[ε]νεται σέ [ποι' ἀσπάσδοντο
10. Βάλβιλλός τ' ὁ σόφος κἀντίοχος [προπάτωρ,
Βάλβιλλος γενέταις μᾶτρος βασιλῆϊδος [᾽]Α[μ]μας,
τῷ πάτερος δὲ πάτηρ Ἀντίοχος βασιλεὺς.
κίηων ἐκ γενέας κᾶγω ἄλοχον αἷμα τὸ κάλον,
Βαλβίλλας δ' ἔμεθεν γρόππατα λεύσετε δῆ.

. XXV.

Ἄως καὶ γεράρω Μέμνον παῖ Τριτώνιοι
Θηβάας θάσσων ἄντα Δίος πόλιος,
ἦ Ἀμίνωθ, βασιλεὺ Αἰγύπτει, τῶς ἐνέποισιν
ἴρηες μύθων τῶν παλάων ἴδριες.

Apparet nr. XXI et XXIV scripta esse a Balbilla quadam, nobili femina Sabinam Hadriani uxorem comitata, nec temere reliqua ad eandem originem revocaveris. Ea Lesbiacam dialectum non inter ipsos Lesbios didicerat, qui ne Alexandri quidem tempore digamma usi sunt, sed a grammaticis, neque horum epigrammatum dialectus vere Aeolica habenda est, sed praeter paucas vulgares formas errore immixtas (ut ἀυδήσαντος pro ἀυθάσαντος XXI, 1 et κουριδιαν pro κωριδιαν XXIII, 6) talis, qualem Balbilla Aeolicam esse a praeceptore acceperat; nonnulla haud dubie insunt hyperaeolica i. e. secundum analogiam, quae putabatur, Aeolidis male ficta. Jam singula, quae notatu digniora esse videntur, libri nostri de dialectis Aeolicis ordinem sequuti, perlustrabimus.

XXIV. 9) Lapis γοιεται, quod Franzius correxit cf. vs. 11. Nolui quidquam hariolari in hoc epigrammate.

XXV. 1) Fr. αἰτός, quod sensu caret; scripsi Ἄως i. e. Ἡὸς vid. d. dial. Aeol. §. 5, 5 et §. 21, 7. — Fr. παῖ.

§. 4. Balbillam omnem spiritus asperi usum a Lesbica dialecto abjudicasse, inde apparet quod in elisione et crasi tenuis nunquam mutata est: XIX, 11 τ' ὄσ' et κῶσσ' pro θ' ὄσα et χῶσσα, XXIII, 7 κῶ, XXIV, 10 τ' ὄ pro θ' ὄ. Nos gravibus argumentis demonstrare studuimus, Lesbios quum in aliis tum in articulo et relativis aspero usos esse, neque Balbillae auctoritas major est quam grammaticorum, quibus non credidimus. Ceterum ex ejus mente ubique lenem pro aspero scribendum duximus.

§. 5. Ipsum digamma Balbilla scripsit in pronome tertiae personae *Foi* et *Fē* XIX, 4. 12. XXIII, 5. Certissime enim ita corrigitur pro *γοι*, *γε*, *τοι*, quum neque illis in locis, ubi Franzius γ' οἱ et γ' ε' scripserat, particula γε ferri possit, neque in ultimo τοῖ cum eodem pro τῶ accipi, quod aut Boeoticum est aut antiquae orthographiae; praeterea e Boeoticis inscriptionibus constat quam facile ab hominibus minus peritis pro digamma similes literae *I* et *T* in lapidibus legantur. — Deinde *v* pro digamma inter vocales est in *Αῦως* XXV, 1 ex emendatione nostra et *εῦιδε* XIX, 5 i. e. *ἔϋιδε*, *εἶδε*, cui similia vide §. 5, 5,

§. 6 nr. 1. *Πέσυρα*, quod legitur XXI, 6, confirmat iudicium nostrum (vid. §. 12, 3), non recte *πέσυρες* scriptum esse apud Hesychium.

§. 7 nr. 3. 4. *χθίσον* pro *χθιζόν* est XXIII, 1, nescio an genuinae dialecto non convenienter.

§. 8. Liquidae geminatio ad Romanum nomen *Σάβινα* temere adhibita est.

§. 9 nr. 3. Male τ geminatur in ὄττ' XIX, 5 pro ὄτα, ὄτε. Ad exempla nr. 4 commemorata accedit *γρόππατα* pro *γράμματα* XIX, 11 et XXIV, 12.

§. 10. Recte justam analogiam servant *τρέσσαις* pro *τρέσας* XXIII, 7, *παῖσι* pro *πᾶσι* XIX, 12 (dativi exempla desideraveramus vid. nr. 2), *ἐνέποισω* pro *ἐνέπουσω* XXV, 3; sed male ficti sunt nominativi declinationis primae *Καμβύσαις* et *γενέταις* XXIV, 4. 11, ut apud gram-

maticos Ὀρέσταις et Ἀγρεΐδαις, vid. §. 10 not. 3 et Vol. II p. 502.

§. 12. nr. 2. O pro ð conspicitur in δύνωτος XIX, 9, γρόππατα pro γράμματα XIX, 11. XXIV, 12, δέκωτος XXI, 5, ἄλογον i. e. ἔλαγον XXIV, 13, quae vere Lesbica esse non spondeo. Nam γράφειν legitur in titulis vid. L. I p. 77, λαχόνη Sapph. 8; δύνωτος et δέκωτος peccant contra id quod docuimus, ð non mutari in o nisi prope liquidas. — Rectius υ pro o est in ἴπυ XIX, 2. XXI, 1 i. e. ἄπυ, ἀπό et ὕμοι XXI, 3 i. e. ὀμοῦ.

§. 14 nr. 3. ἸΗγε pro εἶχε bis lectam XIX, 6 et XXI, 4 confirmat quae diximus.

§. 16, 1. Miror penultimam productam in Θηβῆαις XXV; recte ibidem corripitur in παλάων.

§. 17, 2. Vulgaris crasis exemplis adde κῆγα XXIV, 13.

§. 18, 2. Ut Franzius recte θῆ[ῖον] restituerit XXIII, 4, aegra tamen credimus ipsos Lesbios ita dixisse pro θεῖος.

§. 19, 1. Adde ἔγεντο XIX, 12.

§. 20. Rariores aut incertiores genitivorum formae leguntur ὠράων XIX, 6, χάλκωο XIX, 7, Τεθῶνωο XXV, 1.

§. 29, 2. Novum est adverbium ὕμοι pro ὀμοῦ XXI, 3, satis notum τῶδε ibidem.

Deinde his diebus tandem aliquando Corporis Inscriptionum Voluminis secundi Fasciculus tertius allatus est. Eo continentur dialecti Lesbiacae fontes hi:

Tituli Cumaei nr. 3523. 3524. 3525 et Lampsacenus nr. 3640, quibus jam uti eramus. Corrige tamen quae diximus p. 510; nam in nr. 3523 brevior dativi forma non reperitur praeterquam in articulo τῶις. Deinde in nr. 3524 l. 17 ἀρκέην non recte infinitivus futuri habitus esse videtur L. I p. 133 et l. 20 cum Boeckbio lege ἀσμενίζωσα χάρα pro ἄς μενίζωις ἄ χάρα ut Koenium sequutus scripseram L. I §. 10, 4. — In Addendis ad secundum Corporis volumen sunt: nr. 2168, b. Tene-

diorum decretum in solo Olbiae repertum tam laecerum, ut vix Lesbiaca dialectus certo cognoscatur; titulus Mitylenaeus nr. 2166 e novo Kieperti apographo aliquoties emendatus est, ut l. 25 [όμο]νόεστες, quod adde §. 26, 2, et quum idem φέροντον l. 28 confirmet, nostrum iudicium §. 24, 7 Boeckhius probavit, in aliis quoque nobis assensus. Novus accessit titulus Eresius nr. 2166, b, valde mutilus nec purae dialecti (ut *δισχειλλίους, πάσαις, εἰρωτιῶντες* pro *δισχειλλίους, παῖσαις, εἰρωτάντες*). Notamus *πανδάμι*, quocum compara, quae in Cum. 3523 sunt, *ἀσύλι* et *ἄσπονδι*, nisi forte rectius *πάνδαμι, ἄσυλι, ἄσπονδι* scribantur, ut Aeoles horum ultimam eodem modo corripuerint, quo αἰῖ dixerunt pro αἰελ. In l. 2 nulla litera mutata legendum esse videtur ἐξ]εκλαῖσε ἐκ τᾶς [πόλι]ος i. e. ἐξέκλεισε. Boeckhius scripsit ἐκάλεσε. Mitylenaeus nr. 2166, c exeunte saeculo tertio scriptus, cuius dialectum Boeckhius valde temperatam esse dicit. Equidem nihil invenio, quod a dialecto tituli nr. 2166 recedat; nam τὰς δαπάνας extr., quem B. accusativum pluralem putavit (Lesb. τὰς δαπάναις), propter lacunam vicinam aequo jure τὰς δαπάνας scribi potest, ut sit genitivus. Iota dativis adscriptum est. — Methymnaeus nr. 2168, b, ubi ἔννεκα et χέλληστους cf. Hesych. χιλιάστους, αἰ φυλαί, vid. L. I. p. 58. — Delius, quem in hoc volumine p. 496 edidimus, legitur nr. 2265, b in Addendis. Boeckhius retinuit *Θελαισίω* l. 2, idem nomen in titulo Mitylenaeo nr. 2183, b Add. agnoscens. At hic lectio incerta et in illo Delii loco mensis significationem desidero. Deinde B. l. 7 *Πολυδεύκη* etc. dativos putat et corrigit *Εὐ[μ]ένη*, l. 10 *Θεοκλεί[τ]ω* legit cum *Lebasio*, ut alia omittamus dialectum minus tangentia.

Ad dialectum Doricam hi novi tituli pertinent: *Coryraeus* Add. 1849, c mutilus. — *Ithacensis* Add. nr. 1925, o, ubi *Κληναγόρα*, quocum B. confert *Κληνίππα* in *Zacynthio* nr. 1940. Vellem dialecti illarum insularum ampliora monumenta extarent; nam η pro ε positum severiorem Doridem vel potius, nisi fallor, dialectum

et τῷ ἡμίση nr. 2 l. 13 e more Phocico vid. §. 30, 6; μὴ ποθεικέτω μηθενὶ βηθενός (lapis μηθενες, quod Ulrichsius minus recte in μηθέν mutavit) nr. 2 l. 10, quibus egregie confirmantur, quae p. 344 disputavimus de Dorico εἶκω pro ἦκω vel ἱκω; nr. 3 l. 7 ἐν ἐλευθερίαν secundam septentrionalis Doridis consuetudinem; ποθειρον τοῦ Σαράπιος nr. 1 l. 11 et ποθειρούς τῷ θεῷ nr. 2 l. 12, unde apparet nos recte iudicasse p. 550; Gen. Δαμοκλέα, quae plagulam impressam corrigentes addidimus p. 562.

